MONVMENTA

GERMANIAE

HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

AVCTORVM ANTIQVISSIMORVM TOMVS II

EVTROPI BREVIARIVM CVM VERSIONIBVS ET CONTINVATIONIBVS

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCLXXVIIII

EVTROPI

BREVIARIVM AB VRBE CONDITA

CVM

VERSIONIBVS GRAECIS

ET

PAVLI LANDOLFIQVE

ADDITAMENTIS

RECENSVIT ET ADNOTAVIT

H. DROYSEN

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCLXXVIIII

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

SANCTVS
AMOR PATRIAE
DAT
ANIMVM.

FRANCOFVRTI A. M.
XIII. KAL. FEBR. MDCCCXIX.

Inter Monumenta Germaniae historica postquam qui parandae editionis curam agunt Eutropi quoque breviarium cum versionibus Graecis et continuationibus Latinis recipiendum esse censuerunt, eius editionis munus mihi mandaverunt, ut simul, quibus ex fontibus ii, quos dixi, auctores hauserint, indicare me iuberent. quae iussa quibus subsidiis instrúctus et quo consilio executus sim, hoc loco capitulatim exponere meum est.

I. DE EVTROPI BREVIARIO.

Eutropius ipse noto illo breviarii loco (x, 16) se Iuliani contra Persas expeditioni anno CCCLXIII interfuisse scribit. rhetorem eum fuisse narrant Suidas s. n., qui eum Ἰταλὸν σοφιστήν appellat, et Codinus (de orig. urb. Constant. p. 18 Bonn.). nova[1]) de eius condicione docemur ex praescriptione epistulae breviario praemissae, qualem servavit CODEX BAMBERGENSIS E III, 22 scriptus saeculo decimo folio LII post Festi breviarium: 'Valenti perpetuo Augusto Eutropius v. c. magister memoriae'. hinc confirmantur ex parte, ex parte refelluntur Codini verba: Εὐτρόπιος ὁ σοφιστὴς ὁ τῷ παραβάτῃ Ἰουλιανῷ συμπαρὼν ἐν τῇ Περσίδι καὶ [ὁ] ἐπιστολογράφος Κωνσταντίνου, cum Con-

1) reliqua quae de Eutropio coniecerunt viri docti — collegerunt ea Tzschukke et Pirogoff [de Eutropi breviarii indole et fontibus 1873. cap. I]. — parum sunt certa neque nos iis inmoramur.

stantini mentio aperte ipsius Codini errori debeatur. [recte autem hic magistro memoriae adscribitur clarissimatus; nam lege demum a. 372 C. Th. 6, 11, 1 magistri scriniorum vicariis dignitate praelati sunt et adeo in titulo a. 376 (Orelli 2352 = C. I. L. VI 510) ei, qui ex magisterio memoriae ad vicariatum Italiae evectus est, sola clarissimi viri appellatio tribuitur. eo ipso igitur tempore, quo scripsit Eutropius, magistri memoriae ultra perfectissimatum evecti spectabilitatem nondum acceperant, sed vere consistebant in clarissimatu. *Th. M.*]. — Ad posterorum memoriam nomen eius pervenit rerum gestarum compendio eo, quod edimus, de cuius libris scriptis iam exponemus.

Omnium breviarii Eutropiani CODEX antiquissimus est GOTHANVS (*G*) bibliothecae ducalis signatus numero CI in membranis formae maioris scriptus saeculo nono. Maugerard abbas, qui eum librum cum undecim aliis bibliothecae ducali anno MDCCLXXXXVI vendidit, nihil de eorum origine addidit, ut, unde proveniat, ignoretur, neque quae adiecit manus satis antiqua in calce Frontini: 'utilis iste liber si correctus foret esset m. p. d. p. F^{a}bllbck' quid sibi velint, coniectura assequi nobis contigit[2]. Eutropii textus, qui inter Rufi Festi breviarium et Frontini strategematicon excerpta a folio VIIII ad folium XXXVIIII legitur, scriptus est ab uno ut videtur scriba eoque et linguae Latinae ignaro et neglegenti, quippe qui passim plane inepta protulerit: e. gr.

si se anceps (= is eam cepit) 72, 14	adutrium (adversum) 134, 12
ococcasionem 98, 1	vel re vel 138, 21
Caeresare 114, 21	Zenobi *et* poster 158, 4

itaque factum est, ut recognitores codicis errores emendare hiatus supplere aggressi sint. quot fuerint recognitores, addideritne et correxerit nonnulla ipse codicis scriba, diiudicari nequit; quam ob causam in editione quaecunque ex emendatione profecta in libro Gothano leguntur, manus alterius (G^2) additamenta nominavimus[3]. maioris quam de numero recognitorum quaerere momenti est, unde hausta sint, quae in textu correcta sunt. atque coniecturae aut interpolationi nonnulla deberi apertum est, quippe quae aliena sint a reliquis breviarii codicibus:

	textus restitutus	textus	vera lectio
14, 8	contra Tarquinium	Tarquinii	Tarquinio
18, 16	L. Artius	Largius	Larcius
22, 14	eos	missos	ipsos
42, 14	cum tantus elephantorum numerus	cum XXX elephantorum numerus	cum elephantorum numerus
58, 10	Hispaniae caput	Hispaniae	Hispaniae
68, 1	petitus per	petitum	per Titum
72, 9	bellum committere	patrem committere	partem committere

2) disputaverunt de hoc codice Mommsen (*Herm. I, 467*); Hartel Mommseniana collatione ad editionem (apud Weidmannos 1872) instituendam usus in libello qui inscribitur: *Eutrop und Paulus Diaconus;* Lüdecke (*Fleckeisen Jahrb. 1875 p. 874*). specimen lithographicum scripturae dederunt Jacobs et Ukert (*Beiträge zur ältern Litteratur I tab. 3*) iidemque ediderunt collationem librorum I—III ad editionem Tubingensem a. MDCCLXXXXVI factam (l. l. III p. 222—234).

3) Lüdecke l. l. statuit inde a IX, 21 alium librarium successisse Latini sermonis magis peritum, ante IX, 21 autem praeter ipsius, quae videntur, scribae emendationes duos vel tres distinguendos esse emendatores. nobis codicem iterum atque iterum tractantibus, ut diversas manus recte distingueremus, non contigit, cum ne litterarum quidem forma ad certum deducat iudicium.

	textus restitutus	textus	vera lectio
76, 13	fame fecit laborare	fame fecit	fame confecit
94, 24	contra Mithridatem pugnaverat bellum	contra Mithridatem bellum	contra Mithridaten bellum gerebat et in Italia novum bellum
100, 7	honorificeque eum recepit	honorificeque eum habuit	honorificeque eum habitum
126, 8	nam privata eius virtute insignis	nam privata eius insignis	nam privata eius vita insignis
128, 12	Vespasiani militibus	Vespasiani duobus	Vespasiani ducibus
144, 6	imperii fasce	imperii fas	imperii fastigio

nihilominus codex, unde emendaretur textus, adhibitus sit necesse est, cum ex additamentis inter alia haec, quae sunt 'adque earum virgines' 10, 3, 'et consecratus' 10, 6, 'pelleretur et Tarquinius' 16, 6, 'duxit et — Fabium' 30, 10. 11, 'ambo — confecere' 30, 14 ad 32, 1, 'quod armati capi' 34, 8, 'a Romanis impetravit' 38, 14, 'obsidem daret' 64, 13, ficta non esse constet. sed is codex non fuit Gothani archetypus; nam verba 'tum' 10, 1, 'consecratus' 10, 6, 'Marcius' 12, 3, 'datus' 30, 12, 'redimendis' 32, 21, 'obsidem daret' 64, 13, quae et ipsa inter haec additamenta sunt, a gemello codice Fuldensi afuisse disertis verbis testatur Sylburg de reliquis tacens. faciunt autem emendationes illae modo cum secunda modo cum tertia codicum familia, nimirum cum secunda locis his:

		tertia familia
10, 6	tricesimo septimo	XXXVIIII
12, 15	censum	census
26, 9	adducta (*O, om. L*)	ducta
40, 8	captivorum duxit (*ex* captivo reduxit)	captivorum reduxit
15	tantum hominum	tantum
78, 3	Galliciis	Callecis
80, 2	eo sunt (*ex* eo sunt eo)	sunt

cum tertia autem his:

		secunda familia
10, 1	tum cum	tunc cum
22, 16	postea	post eam
30, 12	ei . . . legatus datus	ei datus . . . legatus
34, 8	quod armati capi potuissent	quod armati capti fuissent
38, 16	duillo	duellio
86, 13	gessit (*Vatican.*)	egisset

denique et cum secunda et cum tertia consentit G^2 in additamentis his:

10, 6	est et consecratus	24, 18	triennio
12, 17	LXXXIII	40, 15	omni Romano exercitu

ea in quibus G^2 consentit cum secunda familia, levia fere sunt et casui facile tribui poterunt excepto uno loco 10, 6: qui nisi obstaret, ad tertiae familiae codicem solummodo Gothanum emendatum esse crederes. utut est, apparet emendationibus his nihil tribuendum esse et lectionis primariae tantum in Gothano libro rationem habendam esse.

Secundo loco nominandus est codex Fvldensis (F), quem qui excussit Sylburg in altera breviarii editione (Romanae historiae scriptores Graeci minores Francof. a. 1590), de hoc codice pervetusto, ut ait, qui nunc periisse videtur, haec dicit: 'post editiones Schonhovi et Vineti ad codices institutas id annitendum putavi, ut ipse quoque veterem librum manuscriptum alicunde impetrarem et cum a Francisco Modio antiquorum librorum diligenti scrutatore cognovissem optimae notae exemplar in Fuldensi bibliotheca superesse, tandem eo per assiduas amicorum intercessiones sum potitus'. ex lectionibus huius codicis, quas Sylburg in editionis notationibus et indicibus abscondidit, apparet Fuldensem et Gothanum si non ex eodem archetypo descriptos eiusdem certe fuisse familiae, Fuldensem autem Gothano fere semper, ubi differunt, praeferendum esse scriptum a librario diligentiore et minus inperito. erroribus enim ineptiisque cum scateat Gothanus, plerique eorum afuerunt a Fuldensi aderantque in eo et librorum II—VIII subscriptiones et alia, quae desunt Gothano, ut 'Asiae' 58, 1, 'quen' (*in* quendam) 58, 2, 'partim in deditionem accepit' 76, 12, 'saepe consul' 126, 9, 'filios — Sarmatas' 160, 14, 'Maximinus — vicinum' 172, 13. 14. uno solo loco Sylburgo teste omisit, quod est in Gothano, vocabulum 'senatus' 104, 23; nam quae absunt ab editione 'vindicare' 154, 9 et 'Valeriano' 156, 4 tacente Sylburgo, ipse omisisse potest. vocabulum autem 'appellavit' 158, 11, quod propter hiatum subsequentem non habet, unde pendeat, fortasse delevit.

Codicum Gothani et Fuldensis archetypus, nobis in sequentibus A littera signatus, in operis initio praescriptum habuit: 'incipit breviarius Eutropi'. in fine: 'Eutropi liber X explicit', libro primo subscriptum: 'breviarium ab urbe condita liber primus explicit incipit secundus', libro nono: 'Eutropi breviarium ab urbe condita liber VIIII explicit incipit X'. has enim subscriptiones habent Gothanus Fuldensisque; in reliquis libris II—VIII Gothanus subscriptione caret, subscripsit Fuldensis: 'breviarium ab urbe condita liber III (VII) explicit incipit IIII (VIII), Eutropi liber secundus (IIII, V, VI, VIII) explicit incipit tertius (V, VI, VII, VIIII)'. hiatus, quibus potissimum erat corruptus, hi fere fuerunt:

10, 6	et consecratus	132, 10	et liberalitatis
64, 13	obsidem daret	136, 15	victo subegit provincia trans Danubium facta in his agris quos nunc Taifali
70, 3	ut appareret	146, 29	interiores et Azabenos Arabas
72, 10	rex Numidarum per annos sexaginta fere	148, 1	Azabenicus[1])
78, 8	Romanos iuvit	158, 2	Occidentisque
80, 16	alterum ex Thracia	15	que eam Daciam quae nunc duas Moesias dividit
96, 16	Mesopotamiam occupaverat	162, 23	atque hac se occasione ditaret
126, 15	et Neronis familiaris	180, 11	aetatis altero et tricesimo
130, 6	quam cum omni diligentiae provisione colligeret		

1) [pleraque quae ab hoc librorum ordine absunt cum propter homoeoteleuta similesve causas casu omissa esse appareat, hoc vocabulum librarius consilio delevit ideo quod antea Adiabenorum mentio casu exciderat. *Th. M.*]

Secundae codicum classis haec mihi praesto fuerunt exemplaria:

CODEX BERTINIANVS olim monasterii S. Bertini, nunc bibliothecae publicae Audomarensis (St. Omer), signatus numero DCLXXXXVII (*O*), in membranis formae mediae saeculo undecimo vel decimo scriptus (*cf. Catalogue des manuscrits des bibliothèques des departements III, 205*); praeter Marcellini chronicon Eutropium continet avulsa inde altera parte, quae annales Bertinianos complectens nunc est eiusdem bibliothecae codex DCCVI.

Ex hoc codice descriptus est CODEX BRVXELLENSIS 6439—6451, quondam societatis Iesu Brugis, in membranis formae maximae, continens praeter alia opera historica foliis novem primis breviarium Eutropii, cui tamen initium usque ad 'retur in regnum' 16, 19 et verba inde a 'Britannia' 148, 5 ad 'ordine' 162, 18 singulis foliis excisis aut abruptis desunt. verba a viro quodam docto primae paginae inscripta: 'hic est liber de quo meminit Aubert Miraeus donat. Belgic lib. I cap. XXX in notatione' errore adscripta sunt; neque enim Miraeus loco infra apposito[5]) de nostro codice agit sed de eo, qui nunc est Bruxellensis 9178—9187 (*cf. Pertz Archiv VII, 530*). hunc nostrum scriptum esse ineunte saeculo duodecimo ostendunt series regum Francorum et comitum Flandriae, quas ipse scriba aut aequalis addidit, ad Ludovicum regem (MCVIII—MCXXXVII) et Balduinum 'filium clementiae' (MCXII—MCXVIIII) deductae neutri annis, quot regnaverint, adiectis.

Alter huius familiae codex Bertiniano quam maxime similis neque tamen ex eo descriptus est notissimus LEYDENSIS bibliothecae publicae inter Latinos signatus numero CXLI (*L*) membranaceus formae minoris, scriptus saeculo decimo ineunte, iusto diutius ab editoribus pro recensionis fundamento habitus. primum fuit monasterii Gandensis St. Iohannis et Bavonis, unde eum Sconhovius adhibuit ad editionem anno 1546 institutam (cf. Hartel l. l. p. 63), deinde Francisci Nansii, cuius nomen primae paginae Hincmari epistularum nunc eadem compage comprehensarum inscriptum in rasura legitur; is eum cum Merula communicavit; Lugdunensis primus dicitur Havercampio et Verheyckio. folio hodie ultimo, quod antiquitus pro indice fuit, postea bibliopegae errore loco motum est, haec sunt inscripta: 'ML libri X Eutropii vic de rebus Roma|norum et negotiis bellicis ac civilibus' ex epistula Eutropii ad Valentem eiusque subscriptione conflata.

In archetypo codicum Bertiniani et Leydensis, quem littera *B* signabimus, ipsi breviario praemittebatur inscriptio: 'incipit Eutropium', libro primo: 'Eutropius vic (*sic L,* ūō *O*) peculiariter suus', in fine librorum est 'explicit (finit) liber *ille* incipit *ille*', neque breviarii nec ab urbe condita inscriptio unquam occurrit. recte supra vidimus Eutropio tribui clarissimatum latentem in corruptelis supra relatis. [nec minus recte in epistula libro primo praemissa Valentem appellari non Maximum nude, ut est

5) 'genealogia ista (Caroli ducis primi Lotharingiae inferioris) legitur ad calcem chronici Hugonis Floria-'censis, quod cum aliis adiunctis anno 1227 Petrus monachus in pergameno descripsit et S. Quintino obtulit. 'est volumen ingens pergamenicum, quod Iacobus Revardus Iureconsultus emit a milite, qui illud in direp-'tione oppidi S. Quintini anno 1558 acceperat. Iacobi fuit postea Pamelii episcopi Audomarensis nominati 'hodie (*idest anno 1629*) Brugis adservatur in bibliotheca societatis Iesu'. Hugonis chronicon codici, de quo nos agimus, prorsus deest.

in alterius familiae libris, sed Gothicum Maximum efficitur ex notissimo titulo urbano Orell. 1117 = C. I. L. VI 1175 *Th. M.*]. hiatus codicis absorbuerunt vocabula haec fere:

12, 15	fossas circum murum duxit	96, 8	L. Lucullus et M. Lucullus
14, 5	feminam Lucretiam eandemque pudicissimam	126, 9	et civilibus rebus
		136, 7	et civilissimum
14, 11	navibus cum triginta fugit nonaginta	138, 15	quarto imperii nono decimo mense sexto die
56, 8	in Hispaniis contra fratrem eius Hasdrubalem	21	vel vere laudantibus
62, 10	captivos et perfugas redderent	142, 12	revexit cum fratre eodemque socero triumphavit
68, 22	Aemilius Paulus consul	148, 26	Caesar a senatu
80, 16	alterum ex Thracia	156, 4	in Oriente servatum
92, 8	rem publicam conposuisset bella	12	fratri vel praeferendus
94, 12	anno urbis conditae	174, 12	et docilitate

textus breviarii, qualem haec familia exhibet, tantum abest, ut sola librariorum incuria aut neglegentia a codicibus prioris familiae recedat, ut nescio quis emendator mutando interpolando transponendo novam plane breviarii recensionem effecerit. huius discrepantiae pauca infra adscripsimus exempla: neque enim in toto huius praefationis capite id agimus, ut omnia, quae in promptu sunt, exempla afferantur sed ex iis, quae ipsa suppeditat editio, diligenter selecta:

	A	B
8, 8	XVIII annos natus	XVIII anno nativitatis suae
12, 18	occisus est	occisus XLII imperii anno
18, 8	pauper	pauper factus est
20, 5	postquam reges eiecti erant	post reges eiectos
40, 13	Afri auxilium (petiverunt)	per Africam auxilium (petierunt)
15	milia tantum	milia tantum hominum
50, 8	is legatos admittere noluit. Romani etiam Carthaginem miserunt	is legatis parere noluit. Romani etiam a Carthaginensibus petierunt
82, 14	Cimbri in Gallia victi sunt	Cimbri in Italia victi sunt
86, 16	Marius sexiens consul	Marius exiens consulatum
90, 13	sed cum Romae mutati consules essent	secundo Romae mutati consules sunt
92, 20	Rhodopam provinciam	Europam provinciam
94, 10	multi simul triumphi fuerunt	multi Romae simul triumphaverunt
21	milia regis	milia ex parte regis
96, 11	civitates . . nobilissimas	civitates . . bellicosissimas
98, 12	collectis auxiliis	collectis multis auxiliis
102, 1 *et* 6	anno urbis conditae	anno ab urbe condita
10	argenti infinitum	argenti infinitum pondus
106, 10	bellorum victores	populorum victores
126, 18	ingentes tamen copias haberet	cum plures tamen copias haberet
128, 11	est magno dedecore	est et cum magno dedecore
132, 10	qua antea habuerit	qua antea habuerat receperit

	A	B
134, 12	de Dacis Cattisque duplicem triumphum egit	de Dacis Gothis quidem publice triumphum egit
144, 9	nam gravius	quod ergo gravius
17	belli sumptum	belli usum
166, 6	Dioclitianus moratus callide fuit	Diocletianus mortuus Gallis defuit
182, 4	qui plurimum vel minimum tradunt	qui plurimi animum tradunt

Iam de codicum *A* et *B* orthographia breviter est agendum, neque enim libri ad eam vetustatem adscendunt, ut auctoritatem et utilitatem in tali re habeant. atque *B* familiae codices scribendi ratione satis diligenti et constanti utuntur. de prioris familiae orthographia ex solo *G* in his maxime errorum et neglegentiae inconstantiaeque exemplorum pleno constat, cum de Fuldensis orthographicis admodum pauca enotaverit Sylburg. nobis minime in animo est omnia, quae minus recte scripta leguntur in *G*, in unum conferre — collecta sunt ab Hartelio (l. l. p. 52 *s. s.*) —, nonnulla adscribimus, tam quibus, qua in universum scribendi ratione utantur codices utriusque familiae, cognosci possit, quam quae aliis fortasse viris doctis de orthographicis quaesituris usui esse possint.

In codicibus *A* et *B* saepissime confunduntur *ae* et *e*, *i* et *y*, *ti* et *ci*, *e* et *oe* raro (*e. gr.* faetore [non 'foetore', ut edidimus] *LO* 160, 21, coenandum *G*, caenam *O*, cenem *L* 182, 1).

b et *v* commutantur inter se raro in *B*, qui habet 'Danubius', 'Suevi' semper, 'Navidem' 64, 14, 'bispiliones' 134, 19 ('evoraci' *L* 148, 7), saepe in *FG*, quorum diserto testimonio nituntur exempla haec:

Alvem 118, 16	Vestia 82, 3
Favius (*semper*)	Vituito 80, 5
Galva 126, 14	bispellones 134, 19
Iuva 120, 7	nobis 172, 8
Navidis 64, 16	Rabennam 152, 17
Narvone 160, 13	Rabennae 170, 16,
Vacaudarum 162, 14	

litterae falso geminantur sescenties in *G*, saepe in *A*:

Affrica	Assinius 86, 7
Amisson 96, 11	exossus 134, 18
Appulia	Lellio 66, 5
Assia	Nassica 80, 18

falso ponuntur pro duplicibus singulae 'opida' 82, 11 et passim 'misi, commisa' similiaque.

o falso est pro *u* in: 'epistolas' *GB* 100, 12, 'adolescens, iocundus, iniocundus, incolomi' 150, 22 in *B*.

m et abundat et deest saepissime in utriusque familiae codicibus.

ph et *f* maxime in *G* confunduntur ut e. gr. in 'triumphare, Philippus'; Bosporus vox, quae quater legitur, in *A* est 'busforo' 88, 6, 'bosforum' 118, 15, 'bosporum' 100, 3, 'bosperanorum' 136, 19.

e et *i* in ablativis tertiae declinationis confunduntur in substantivis:

potestati *B* 24, 7. 17
igneque *B* 32, 19
turre *B* 160, 12

in adiectivis:

consulare *B* 24, 7
exconsulare *A* 94, 1
sequente *A* 20, 3
insequente *G* 58, 20; 70, 17
victrice *B* 42, 1
maiori *B* 98, 10; 118, 6
obscuriori *B* 170, 6

duplex *u* semel tantum scribitur 'exercitum' *G* 20, 15. *B* 170, 17, 'sumptumque' *B* 124, 9.

genetivi nominum, quae in 'ius' finiuntur, in *G* sunt in *i* praeter:

Cassiique 116, 2
Claudii 156, 11
Constantii 176, 8 (*F*), 16
Tarquinii 14, 8 (*F*)
Tiberii 122, 9

in *B* in *ii* praeter:

Cassique 116, 2
Galeri 172, 8
Maxenti 170, 15 (170, 13 *L*)
Mummi 74, 11
Pompei 94, 10; 104, 10
Sirmi 160, 12

et *i* simplex in genetivis aliis occurrit in 'aerari' *G* 181, 4; 'exili' *B* 130, 9; 'imperi' *G* 166, 17, praeterea pro duplici *i* simplex scribitur:

Brittis *A* 60, 14
fili *G* 110, 10
Gallis *A* 136, 12; 154, 5; *G* 170, 20
gladiatoris *AB* 146, 11
Lacedaemonis *G* 40, 14; *L* 64, 14
circuit *B* 140, 5
petit *B* 106, 15
redit *G* 44, 6; 94, 7; *B* 64, 4; 66, 16
transit *A* 104, 23; *F* 106, 3

pro simplici falso duplex est in 'Numidiis' *G* 181, 17, 'Galliciis' *B* 78, 3.

s post *x* scribitur in compositis ex *ex* et vocabulis ab *s* littera incipientibus:

exspectare *GO* 42, 1
exspectandos *B* 46, 19
exspectatione *L* 148, 23
exsecrabilis *AL* 124, 19; *B* 134, 11
exsecratione *B* 146, 13 (excecratione *G*)
exsequias *G* 150, 19
exsequiam *G* 128, 11
exstinctus *B* 178, 18

in vocabulis aliis in *G*:

exscisae 22, 13
exsercitum 30, 1; 44, 13

praepositionum in compositis scribendarum ratio solito more fluctuat, cuius rei sequitur conspectus:

a d ante *t* est in *B*:

adtulerant 70, 15
adtigerat 122, 17
adtigisset 146, 15 (adtilius *L* 40, 8)

c u m praepositio extremam litteram ante *p* et *l* servat exceptis his locis

conparandus *GO* 130, 2
conperta *GB* 130, 8
conpescuit *B* 158, 6
conpleret *G* 42, 15
conplexu *GB* 44, 3
conposuisset *GB* 92, 8
conpositas *GB* 60, 9
conposito *GB* 94, 7
conpositis *GB* 112, 1
conpulit *AO* 90, 16
conpulera(u)nt *GL* 90, 7
conpulsi *GB* 164, 3
conlata *G* 16, 7. *GB* 138, 17
conlatis *B* 18, 8
conlatinus *AB* *semper*
conlocavit *G* 70, 1. *A* 100, 7
conloquium *AB* 62, 15. *FB* 90, 2

in servatur ante *l, m, p* praeter:

illustrium *B* 3, 7
immodici *G* 181, 5
impatientiam *L* 52, 11
impatientis *F* 148, 14
impellentis *L* 48, 3
impulsore *O* 160, 19
implendum *GB* 20, 14
impositus *O* 96, 5

ob scribitur ante *p* et *t* locis his:

obpugnans *GB* 14, 4
obpugnabat *L* 14, 9
obpugnaturus *GB* 20, 8
obpugnare *GB* 50, 6
obpugnavere *G* 72, 4
obpugnavit *GB* 94, 2
obprimere *G* 112, 12
obprimendum *B* 152, 9
obpressit *G* 94, 21. *L* 152, 5. *G* 160, 7. *GO* 172, 19
obpresserat *G* 96, 10
obpressus *GO* 176, 6. *G* 178, 7
obtinuit *B* 44, 6. *GB* 118, 3
obtineret *B* 34, 6. *GB* 168, 9
obtinente *GO* 176, 20
obtinendum *GB* 178, 28. *B* 181, 7
obtulit *B* 26, 15. 54, 6

sub ante *m* est in: submovit *L* 118, 16 submotique *B* 178, 25

memoratu praeterea digna sunt haec: in *A* numeralia finiuntur in 'ens' et 'ensimus' praeter 'sescentesimo' 104, 9; semper est 'sescentensimus' pro: sexc. praeter 96, 6; in *B* semper est 'petierunt', 'petivit' tamen 106, 1. *A* semper habet 'Lysitania, Lysitani', cui addendum est 'Lygdunum' 178, 14, 'Bezi, Bezentes' (nescio an ex BEIENTES male descripto ortum) 'Bezentani', quocum non conferendum est 'Azabenos' 146, 29 et 'Azabenicus' 148, 1 *L* et Landolfi ('Aiabinicus' *O*, 'Aiabenicus' tertiae familiae codices) quae forma redit in titulo Orelliano 5492. — praenomina in *A* plerumque perscripta sunt, in *B* fere semper litteris singularibus notantur. in archetypo litteris singularibus ea notata fuisse, nos autem minus recte *G* secutos ea perscripsisse demonstrant praenominum aliquot notae falso perscriptae in *B* et *C*, tertiae familiae archetypo, de quo statim est agendum: legunt enim pro P. aut 'post' *B* 30, 13; *C* 44, 10, 78, 4. 7, 80, 18, 94, 1 aut 'prae' vel 'proe' *B* 32, 10, 52, 8, 60, 13, pro Q. 'que' aut 'quae' *B* 30, 1, 92, 12; codicum *B* emendatori late hic campus corrumpendi patebat finxitque pro 'P. Cornelius Scipio' 50, 13: 'Pompeius Cornelius Scipio', pro 'M. Antonius' 114, 15: 'magnificus Antonius'. consulum sollemnem notam apud antiquos, id est non *coss.*, sed *cos.*, in archetypo fuisse errores demonstrant, qui leguntur pro 'consulibus' 'consule': *L* 38, 10; 80, 11, *G* 44, 15; 80, 18; *GL* 66, 5, *B* 182, 7 et 'consule' pro 'consul' *B* 102, 12. — numeri in codicibus fere semper perscribuntur, signis autem numeralibus quae vocant eos in archetypo fuisse scriptos et *B* et *C* docent, qui habent: 'vel' pro VI *BC* 22, 10, 'et' pro CC *B* 42, 4, 'tria milia' pro III *B* 62, 19, 'tertius' pro III *B* 114, 3, 'L. Quintius' pro L *B* 64, 12 Quinti nomine interpolato.

Tertiae denique familiae est tam, qui extat, CODEX VATICANVS 1860 (*D*) scriptus anno MCCCXIII in membranis formae magnae, qui continet breviarium Eutropi post Vegetium a folio 80 ad folium 89, quam, qui ipse iam non superest, omnium vetustissimus, Casinensis fortasse aut Beneventanus, quo usus est PAVLVS DIACONVS, cum circa annum DCCLXX Eutropi libros adauxit et continuavit: qui qualis fuerit, e consensu codicum Historiae Romanae *P* efficitur. a Vaticano illo epistula Eutropii ad Valen-

tem abest, ipsi breviario praescribitur 'Eutropi liber primus rerum gestarum', post libros singulos legitur: 'ab urbe condita explicit liber . . . incipit liber . . .' omisso breviarii nomine a Pauli quoque codice alieno, cum is in epistula ad Adelpergam scripta 'historiam' Eutropi appellet. sane codex ille Vaticanus non solum additamentum habet: 24, 7 potestate] 'hoc fere tempore in Aegis fluvio lapis de caelo ruit' haustum ex Hieronymo a. 1551 alterumque originis incertae: 150, 5 Maximinus ex corpore militari] 'genere Gothus'. sed etiam non immunis mansit tam a Pauli additamentis ad Eutropium quam ab ipsis Landolfianis:

12, 14 ancilla] regnavitque annos XXXIIII
20, 2 posset] eodem tempore Neemias concedente Xerxe Persarum rege — restituit (*sic Land.*, *Paulus* 'Neemias' *habet post* 'rege')
21 exercitum] iugumque — egit
24, 1 auro] mille librarum
4 conditor] circa haec tempora Hester — perhibetur
28, 4 factus] tunc etiam dilatata — natus est
52, 1 Hannibali] apud Ticinum
114, 1 natus] patre — sortitus
1 eum] apud Mutinam
116, 17 Cleopatra] exornata — aspidem
126, 3 appellantur] denique — trucidavit (*Paul. inserit post*: consumpta est 126, 5)
152, 13 imperator (imperavit *Paul.*)] siquidem avarus (*sic Land.*, Maurus *Paul.*) fuerat
156, 4 interea] fraude Aureoli ducis (sui *add. D*[2])
160, 14 fecit] cum quibus regnavit annis duobus
182, 1 enim] nimium

sed quod inde pronum est conicere, cum praesertim aetatis sit minime vetustae, eum ex aliquo libro Paulino vel Landolfiano descendere, id re accurate expensa secus esse invenitur. ea enim, quae Paulus apud Eutropium aut mutavit aut propter additamenta sua (cf. infra p. XXXVIII) transposuit vel omisit, in Vaticano integra et genuino, qui est in breviario, ordine adsunt. descriptus est igitur Vaticani archetypus ex eiusdem atque cuius Pauli exemplar erat, familiae codice, qui postea insertis additamentis Paulinis vel Landolfianis inquinabatur. luculentum interpolationis per gradus auctae exemplum suppeditat locus 110, 9, ubi cum Eutropius scripsisset: 'Caesar Romam regressus', Paulus propter Orosii verba p. 121 'quattuor triumphis urbem ingressus' substituit haec: 'Caesar Romam cum quattuor triumphis ingressus', Vaticanus autem cum sic scribit: 'Caesar Romam quattuor triumphis ingressus regressus' et plenam Eutropianam lectionem proponit, quod Paulus delevit vocabulum 'regressus' retinens, et veram lectionem Orosianam omissa praepositione a Paulo postea adiecta. *Th. M.* codex is, ex quo tam Vaticani archetypus quam Pauli codex pendent, nobis *C*, neque epistulam ad Valentem habuit neque breviarii nomen agnovit, hiabat autem his fere omissis:

14, 5 feminam Lucretiam eandemque pudicissimam
46, 19 spectandos
68, 20 amissi sunt urbes Macedoniae quas rex tenuerat: *pro eo legit:* amiserat
96, 6 Lentulo et Cn. Aufidio Oreste consulibus duo

98, 20 et Tigranen quo suscepto Mithridaten
122, 9 ac funestissimus
142, 7 M. Antonini filiam in matrimonium habuit. M. autem Antoninus
154, 8 Germani usque ad Hispanias penetraverunt et civitatem nobilem Tarraconem expugnaverunt
162, 29 in Dacia haud longe a Serdica natus atque ut eos
176, 13 rebus tamen plurimis strenue in militia gestis exercituique, *deinde:* vitae

in quibus hiatibus nunquam cum *A*, semel 14, 5 cum *B* codicibus facit. genuinum textum a codicibus *AB* servatum corrupit his locis[6]:

	falsa lectio	genuina *AB* lectio
8, 9	x Kal. Maias	xi Kal. Maias
10, 10	videbantur	putabantur
16, 8	remaneret	maneret
58, 3	nobilissimis	nobilibus
62, 11	petere etiam ipse coepit	petit etiam ipse
70, 17	prospere	bene
91, 15	non unam	variam
21	eius	Luculli
100, 18	Dam(n)a(s)censibus	Daphnensibus
110, 5	M. Pompei	Pompei
118, 15	Ponticappadocem (-dociam)	Panticapaeum
122, 5	diceretur	vocaretur
128, 2	ori(e)retur	moveretur
132, 12	nulli se illo die quicquam	nihil se illo die cuiquam (quicquam *A*)
136, 1	ut	vir
138, 18	cxl pedum	cxliiii pedum
140, 2	Daciae . . . res (vires *D*) fuerant exhaustae	Dacia . . . viris fuerat exhausta
162, 3	verbi	vel levi
16	partem Galliae reformavit	pacem Galliae reformavit
181, 16	quaecunque memoravi(t)	quae commemoravi

C codicem neque ex *A* neque ex *B* fluxisse intellegitur ex locis paucis iis quidem sed certis, quibus *C* solus genuina servavit:

6) Paulini libri in his mendis a *D* alienis consentiunt:
10, 14 septimo (sexto)
12, 17 lxxxiiii (lxxxiii)
20, 10 precatione (deprecatione)
32, 18 Brittiniis[que] (Brittiis)
46, 2 captae (capta)
15 xxii (xxiii)
50, 1 Gallis stipiti (Galli stipiti)
64, 14 abidem (Nabidem)
68, 14 Gaionicius (C. Anicius)
74, 19 latro non (latronum)
80, 15 Gneo (et Gneo)
92, 5 xxiii (xxiiii)
104, 13 Cassium (C. Cassium)
110, 5 que (Quintus)
112, 6 Gaius (Gneus)
118, 9 evexerit (evexit)
124, 6 is *om.*
126, 11 tamen *om.*
144, 21 ea *om.*
154, 14 qui (quae)
162, 16 agreste (agrestes)
181, 19 intergressus (iter ingressus)
182, 6 civilitate (civilitati)

31, 8	quod armati capi potuissent	G^1	potuissent 7)	*B* quod armati capti fuissent
80, 16	alterum ex Thracia alterum ex Sardinia triumphum egerunt	*AB*	alterum ex Sardinia triumphum egerunt	
86, 11	anno urbis conditae sescentesimo sexagesimo secundo	*AB*	anno urbis conditae sescentesimo secundo	
102, 1	anno . . sescentesimo octogesimo nono	*A*	a. . . s. nonagesimo n.	*B* a. . . s. septuagesimo n.
162, 3	verbi fatigatione; *quae lectio firmatur epitome quae dicitur Victoris* 38, 7: '(condiscipuli) quos verbi fatigatione taxaverat' 8).	*AB*	vel levi	

tertiae familiae archetypum propius ad *A* quam ad *B* accessisse consensus probat, qui est in corruptelis. *AC* enim contra secundae familiae codices consentiunt locis his:

		B et vera lectio
24, 17	praesumpserunt	resumpserunt
34, 9	sibi notorum	sabinorum (vera lectio: si binorum)
44, 16	a Catulo . . commissum	Catulo bellum . . commissum
58, 16	P. Fabius	Q. Fabius
68, 19	interfugit	integer fugit
86, 7	T. Legennius (Titus Lucius Herennius *A*)	T. Herennius error codicum *AC* exortus videtur ex archetypi lectione T^LHERENNIVS, aut quod mavult Mommsen, TLERENNIVS
102, 1	Cn. Antonio	C. Antonio
136, 18	Farmato(sarmato)syriae (Farmatosyrio *A*)	Parthomasiri
138, 15	mense uno	mense nono
150, 8	Aquileia	Aquileiae
154, 14	Lolliano	L. Aeliano (vera lectio: Laeliano)
181, 5	nimius religionis Christianae insectator	religionis Christianae insectator
13	Claudium	Gaudium (vera lectio: Caudium)

cum *B* manifestis erroribus facit praeter hiatum supra laudatum non nisi ter:

		A
22, 10	Fidenae vel Veientum (Veii *B*)	Fidenae sexto Bezi
92, 16	octavo decimo anno	octavo demum anno
182, 1	crudelitate	cruditate

7) de *F* non constat, nam Sylburg in editione lectionem Vineti Sconhovique codicumque Burdigalensis Lincolniensis Parisini repetit: 'qui se armis defendere potuissent', archetypi hiatu coniectura suppleto. cum *C* consentit corrector codicis Gothani; nos in editione minus recte codicum *B* lectionem recepimus, cum codicum *C* lectionem genuinam esse doceant verba persimilia, quae leguntur 54, 7 'quod cum armati essent capi potuissent'.

8) Casu factum videtur, ut semel Hieronymus faciat cum *C*; est enim in chronico a. 2126: Antoninus Pius . . . moritur anno aetatis suae LXXVII (*om. B*, *add.* B^1, LXXIII *A*), apud Eutropium 140, 23 in *C*: 'septuagesimo septimo', in *B* 'septuagesimo octavo', 'septuagensimo' *G* [*Paean.*]: de *F* non constat; nam numerus Hieronymianus ut ex *C* ita e *B* numero corrupto describi potuit.

quos errores eiusmodi esse patet, ut duobus diversis librariis pariter accidere potuerint: nam ut omittam 'crudelitate' et 'cruditate' passim a librariis confusa, 'vel' ex '$\overline{\text{VI}}$' et 'decimo' ex 'DEMVM' parum aut falso intellectis exorta sunt. contra codices *C* et *A* aperte ex archetypo communi iam erroneis lectionibus non adeo paucis inquinato descendunt, ut ex altero secunda familia et, ut mox videbimus, Paeanius pendent. sed huius archetypi lectiones per se probae, cum maiorem auctoritatem habeant quam quae codicibus *B* propriae sunt, recipiendae erant in editionis nostrae textum; itaque nos in editione ad eum *A*(*G*)*C* codicum consensum non satis omnibus locis attenti recte quidem 'L. Valerius' (Valerius *B*) 18, 7, 'omnes esse' (omnes *B*) 34, 12, 'Gallia' (Italia *B*) 82, 14, 'exercitus Romani' (exercitus *B*) 144, 9, consensum *AC* secuti edidimus, minus recte autem locis qui sequuntur: 'contra Romanos bellum' (bellum *B*) 20, 3, 'sequenti tamen anno' *C*, 's. anno tamen' *G*, (sequenti anno *B*) 20, 18, 'Hieronem regem Siculorum' (Hieronem *B*) 38, 13, 'responsum Mithridati est' (responsum *B*) 88, 8, 'Caesar etiam' (Caesar *B*) 108, 3, 'expulerat et' (expulerat *FB*) 112, 6, 'L. Otho' (Otho *B*) 126, 14, 'duces suos' (duces *B*) 142, 11, 'percussus est gladio' *C*, 'gladio percussus est' *G*(*F*?) (percussus est *B*) 162, 11, breviore codicum *B* lectione seducti genuinam lectionem *AC* consensu firmatam expulisse nobis ipsis videmur.

Passim codices *C* consentiunt cum secunda familia, ubi ea a prima aut augendo aut mutando differt:

		(*A* aut *G*)
10, 6	creditus est et consecratus	creditus est
20, 8	patriam suam	patriam
24, 8	Romana res	Roma
46, 10	creati sunt	creati
50, 15	Alpes adhuc tum	Alpes tum
56, 15	postquam Hannibal in	postquam in
62, 7	his induciae	induciae
80, 11	annoque post (anno v postquam *B*)	post
100, 3	periit autem	periit
114, 14	profecti sunt	profecti
19	et Italiam	Italiam
128, 14	erecta coma et capite	erecto coma capite
15	stercore involuto (involutum *B*)	stercore in vultum; scriptum fuisse in codicum *ABC* archetypo: 'in voltum' Mommsen coniecit
168, 15	ei argentum (argento *B*)	argentum
20, 15	superfuit	superavit
50, 19	traiecit	transvexit
60, 17	bene in Hispania	in Hispania bene
70, 4	infinitorum	finitimorum
76, 3	imperatores	imperatorem
84, 7	venirent	redirent
106, 3	regressus	reversus
112, 12	civilibus bellis	civili bello
114, 1	Octavianus	Octavius
122, 3	ad se per blanditias	per blanditias ad se
150, 17	Persas	Parthos
172, 17	ac primo	et primo

quae lectiones in *C* eo inlatae sunt, quod codicum *C* archetypus correctus est ad exemplar quoddam secundae familiae: cuius rei idoneum testimonium in eo nobis positum est, quod nunquam *B* et *C* consentiunt in manifestis et secundae familiae propriis corruptelis. Mihi de codicibus Eutropianis aliter iudicandum esse videtur: scilicet redire ea ad archetypa duo, ut ex altero pendeant tam Gothanus et Fuldensis (*A*) quam Paulini libri (*C*), ex altero tam Leidensis et Audomarensis (*B*) quam Paeanius. quam ob rem ubicumque consentiunt aut *AB* contra *C* aut *BC* contra *A*, ibi Eutropii verba tenemus (quamquam haec editio non semper eam legem tenuit) exceptis scilicet paucissimis illis locis, de quibus supra monitum est. nam Paulinorum librorum archetypum scriptum non post saeculum octavum contaminationis ut accusemus, causa nulla est idque ipsum, quod communes mendas nullas habet cum familia altera, in veris probabilibusve saepissime cum ea conspirat, tantum abest, ut contaminationem demonstret, ut e contrario suspicio si qua erat sic ipsa se refellat. *Th. M.*]

E codice, qui trium familiarum lectiones habebat miro modo coniunctas, descriptus est textus excerptorum, quae exhibent codices Petropolitanus Dubrowski et Vaticanus. alter, cuius collationem nobiscum communicavit Rühl, signatus numero CCCXXVII formae minoris foliorum XXII, saeculo nono scriptus, praemittit excerptis: 'Eutropi $\overline{vi}$ historiarum Romanorum liber primus incipit'. alter Palatinus 927 formae magnae, scriptus anno 1223 in monasterio Montis Oliveti prope Veronam, continet praeter alia foliis XLVII—LVII excerpta sub titulo: 'epythoma ex libris Eutropi Victorini historici de consulibus'. utriusque codicis non eadem sunt excerpta, veniunt autem ex eadem epitoma pleniore, quae processit usque ad Augustum. sufficit indicem eorum et specimen adiicere.

D(ubr.) 8, 5 Romanum — 14, 5 perdidit
DP(alat) 14, 5 nam cum — 20, 2 esse posset
D 20, 3 sequenti tamen — 22, 18 civitate expulsus statim
DP 22, 18 Galli — 24, 4 conditor
D 24, 6 anno [*P inde a* 24, 6 post captam] — 28, 3 consul est factus. *P omittit*: 26, 8 non multo — 9 ducta
P 32, 6 eodem tempore — 34, 15 fugatus
D 38, 3 anno CCCCLXX — 9 triumphavit
P 38, 16 quinto — 40, 2 triumphum egit
DP 40, 3 Manlio Vulsone — 16 coniectus
D 42, 6 Cn. Servilius — 10 salvae essent
DP 42, 15 post haec mala — 44, 9 extinctus est
D 46, 15 finito igitur — 18 transacta
P 50, 3 Minucio Rufo — 4 sunt omnes
DP 50, 5 eodem anno — 56, 19 virtute decepti
P 56, 20 quo tempore — 58, 15 maximam capit
D 60, 3 tertio anno — 11 relatum
DP 60, 16 anno XIIII — 62, 5 liberata est
D 62, 5 legati — 64, 6 coeperat
DP 64, 8 transacto — 14 Demetrium
P 64, 14 T. Quintius — 16 Nabidis
DP 64, 17 transacto — 66, 18 appellabatur
D 66, 19 Sp. Postumio — 68, 3 sepultus est

DP 78, 1 illo tempore Attalus — 2 accessit
P 94, 12 anno urbis conditae — 14 heredem
D 96, 6 DCLXXXI urbis — 7 Aufidio
P 98, 17 dum haec geruntur — 19 confecit
DP 100, 11 Pompeius mox — 21 dedit
P 102, 1 M. Tullio — 10 bellum erat
DP 102, 11 anno urbis conditae — 104, 4 stipendiarios fecit
DP 104, 16 hinc iam — 110, 2 annum fuerat
D 110, 2 inde in — 8 interfectus est
DP 110, 9 post annum — 112, 8 confossus est
DP 112, 10 anno urbis — 118, 6 Martio sepultus
D 118, 6 vir qui — 11 res floruit.

speciminis causa integris verbis adduntur, quae in utroque de Caesare et Augusto leguntur: litteris diductis distinximus locos interpolatos. *Eutropii* lectionem ubi utile visum est adscripsimus.

102, 11 Anno urbis conditae DC(CVI[mo] *P*)XCIII Iulius Caesar, qui postea imperavit, cum L. Bibulo (Bibula *P*) consul est factus. decreta est ei Gallia et illicum (*D*, illuc *P*) cum legionibus decem. his primus (ingressus his in primis *P*) vicit Elbitios (Elbitius *D*) qui nunc Sequanii (Siquania *D*) appellantur. deinde vincendo (vicendo *D*) per bella gravissima usque ad Oceanum Brittanicum processit. domuit autem annis novem fere omnem Galliam, quae inter Alpes flumen Rodanum Renum et Oceanum est et circuitu patet ad (ac *P*) bis et tricies centum milia passuum. Brittanis mox bellum intulit, quibus ante eum ne nomen quidem Romanorum cognitum erat, eosque victos obsidibus acceptis stipendiarios fecit.

104, 16 Hinc iam bellum civile successit execrandum et lacrimabile, quod praeter calamitates, quae in proeliis acciderunt, etiam populi Romani fortuna mutata est. Caesar enim rediens ex Gallia victor coepit poscere alterum consulatum atque ita (*om.* P^1), ut sine dubietate aliqua ei deferretur. contradictum est a Marcello (M̄ *add. D*) consule a Bibulo a Pompeio a Catone iussusque, dimissis exercitibus ad urbem rediret. propter quam iniuriam ab (*om. P*) Arimino (Ariminum *P*), ubi milites congregatos habebat, adversum patriam cum exercitu (exercitum eius *D*) venit. c u i u s impetum (i m p e r i u m *P*) n o n f e r e n t e s consules cum Pompeio senatuque omni (senatusque omnis *P*) atque universa nobilitate ex urbe fugientes in Graeciam transierunt (nobilitas e. u. fugit e. i. G. transiit *Eutropius*) apud Epirum Macedoniam Achaiam Pompeio duce; senatus a u t e m r e s i d u u s contra Caesarem bellum paravit. h o s d e v i c t o s Caesar vacuam urbem ingressus est dictatorem se fecit. inde Hispanias (Ispanias *P*) petiit (petivit *D*). ibi Pompei exercitus validissimos et fortissimos cum tribus ducibus L. Afranio M. (*om. P*) Petreio M. Varone superavit. inde regressus in Graeciam transiit adversus Pompeium dimicavit. primo (primo q u e *P*) proelio victus est et fugatus, evasit tamen, quia nocte interveniente (M̄ *add. D*) Pompeius sequi noluit, dixitque Caesar nec Pompeium scire vincere et illo (illud P^2) tantum die (die* *D*, dei *P*) se (esse *P*) potuisse superari. deinde in Tessalia apud Palaeopharsalum productis (cum pro-

ductis *P*) utrimque (utrique *D*) ingentibus copiis dimicaverunt. Pompei acies habuit totius Orientis (Orientes *D*) auxilia totam nobilitatem in numero senatores praetorios consulares et qui (quia *D*) magnorum iam bellorum victores fuissent: Caesar in acie sua habuit Italas Illiricas et Gallicas (Gallias *P*) legiones (legionem *D*[1]). (*numeri* 106, 7 XL milia — 8 quingentos, *et* 10 peditum — 11 mille *omissi.*) numquam adhuc Romanae copiae in unum neque maiores neque melioribus ducibus convenerant, totum terrarum orbem facile subigerent (subacto *D*), si contra barbaros ducerentur. pugnatum tamen est. castra eius direpta sunt: ipse fugatus Alexandriam petiit, ut a (ad *D*) rege Aegyptio Ptolomaeo, qui sub tuitione eius (cui tutor *E*) a senatu datus fuerat propter iuvenilem eius aetatem, acciperet (acciperat *D*) (ab eo *add. P*) auxilia. qui fortunam magis quam amicitiam secutus dolo occidit Pompeium, caput eius et anulum Caesari misit: quo conspecto Caesar etiam lacrimas fudisse dicitur tanti viri intuens caput et (*om. D*) generi quondam sui. mox Caesar Alexandriam venit et ipsi quoque Ptolomaeus parare voluit insidias, qua causa bellum illi (regi *E*) inlatum est. victus in Nilo periit inventumque est eius (*om. D*) corpus cum lorica aurea. Caesar Alexandriae potitus regnum Cleopatrae dedit (tradidit *P*) Ptolomaei sorori, cum qua consuetudinem stupri (strupri *P*) habuerat. rediens inde Caesar Pharnace (Pharnaces *P*) Mitridatis Magni filium (filio *D*), qui Pompeio in auxilio (*ex* auxilium *P*) apud Thessaliam (Tessaliam *D*) fuerat, bellantem in Ponto et multas populi Romani provincias occupantem vicit acie postea ad mortem coegit (cogit *D*). inde Romam regressus tertio se consulem fecit cum Aemilio Lepido, qui ei (eum *D*) magister equitum dictator ante annum fuerat.

110, 9 post annum Caesar Romam regressus (est *add. D*) quarto (quartum *D*) se consulem fecit et statim ad Hispanias est profectus, ubi (ibi *D*) Pompei filius Cn. Pompeius et Sex. Pompeius ingens bellum praeparaverant (praeparaverat *D*): multa proelia fuerunt (fuerant *D*), ultimum apud Mundam civitatem, in quo adeo Caesar paene victus est, ut fugientibus suis se voluerit occidere, ne post tantam (tantum *D*) rei militaris gloriam in potestatem adulescentium (adolescentiam *D*) natus annos (anno *D*) sex et quinquaginta veniret (viveret *D*). denique reparatis suis vicit et Pompei filius maior occisus est, minor fugit. inde Caesar bellis civilibus toto orbe conpositis Romam rediit. agere insolentius coepit et (*om. P*) contra consuetudinem Romanae libertatis. cum ergo et honores ex (*om. D*) sua voluntate praestaret, qui a populo antea (ante *D*) deferebantur, nec senatui adsurgeret (surgeret *D*, ad se venienti *add. E*) aliaque regia et paene tyrannica faceret, coniuratum est in eum a sexaginta vel amplius senatoribus equitibusque (equitalibusque *D*) Romanis. praecipue fuerunt inter coniuratos duo Bruti, qui primus Romae consul fuerant, C. Cassius Servilius (consul fuerat et reges expulerat C. Cassius et Servilius Casca *E*). ergo Caesar cum in senatu die (statuta *add. P*) inter ceteros venisset ad curiam, tribus et viginti vulneribus confossus est.

112, 10 Anno urbis septingentesimo fere ac nono interfecto Caesare civilia bella reparata sunt. percussoribus enim Caesaris senatus favebat. Antonius autem con-

sul partium Caesaris civilibus (et vilibus *D*) bellis obprimere eos (*om.* *P*[1]) conabatur. ergo turbata re publica (p.ca *P*, p. *D*) multa Antonius scelera committens a senatu hostis iudicatus est. missi ad eum persequendum duo consules Pansa et Hirtius (Irtius *P*) et t e r t i u s Octavianus adolescens anno nono decimo (XVIII *E*) natus Caesaris nepos, quem ille testamento heredem reliquerat (relinquerat *P*[1]) et nomen suum ferre iusserat. hic est, qui postea Augustus est dictus et regnum (rerum *E*) potitus. quare profecti contra Antonium tres duces vicerunt eum. evenit (etvenit *D*) tamen, ut victores consules ambo (eam ambo *D*) morerentur (moverentur *D*); quare tres exercitus uni Caesari Augusto paruerunt. fugatus Antonius amisso (ammisso *P*) exercitu confugit (confugiit *D*) ad Lepidum, qui Caesaris magister equitum fuerat et (tum *add.* *E*) copias militum grandes habebat. a quo susceptus est. mox Lepido operam dante Caesar O c t a v i a n u s pacem cum Antonio fecit et quasi vindicaturus patris (patrui *P*[2]) sui mortem, a quo per testamentum (testamento *D*) fuerat adoptatus, Romam cum exercitu profectus extorsit, ut sibi vicesimo anno consulatus daretur. senatum (senatu *D*) proscripsit cum Antonio ac Lepido e t rem publicam armis tenere (armi tene*c *P*[1]) coepit. per hos etiam Cicero orator occisus est (et *add.* *P*[2]) multi quidem (que *E*) alii nobiles. interea Brutus et Cassius interfectores Caesaris ingens bellum moverunt; erant enim per Macedoniam (et Orientem *E*) multi exercitus, quos occupaverant (*ex* occupaverunt *P*[1]). profecti sunt igitur contra eos Caesar Octavianus Augustus et M. Antonius (remanserat enim ad defendendam Italiam Lepidus); i l l i (*ex* ille *P*) a u t e m apud Philippos Macedoniae urbem contra eos pugnaverunt; primo proelio victi sunt Antonius et Caesar, periit tamen dux nobilitatis Cassius, secundo Brutus et infinitam nobilitatem, quae cum illo bellum (*ex* bello *P*) gesserat, victam interfecerunt. ac sic inter eos divisa est res publica, ut Augustus Hispanias Gallias et Italiam teneret, Antonius Asiam Pontum e t Orientem. sed in (*om.* *D*) Italia (Italiam *P*) L. Antonius bellum civile commovit frater eius, qui cum Caesare contra Brutum et Cassium dimicaverat (dimicaverunt *D*). is (his *P*[1]) apud Perusium Tussiae civitatem victus captus est neque occisus. interim a Sex. Pompeio Cn. Pompei Magni (Magno *D*) filio ingens bellum in Sicilia commotum est (*om.* *D*) his, qui superfuerant ex parte Bruti Cassii, ad eum confluentibus. bellatum per Caesarem Augustum Octavianum et M. Antonium (Antoninum *P*) adversus Sex. Pompeium est. pax postremo convenit. eo tempore M. Agrippa in Aquitaniam (Aequitaniam *P*) prospere (prosperi *D*) gessit et L. Ventidius Bassus inrumpentes in Syriam Persas tribus proeliis vicit. Pacorum (Paneonum *P*) regis (*ex* reges *D*, regem *P*) Orodis (Herodis *P*) filium interfecit eo ipso die, quo olim (*om.* *P*[1]) Orodes Persarum rex per ducem Surenam Crassum occiderat. hic primum de Parthis iustissimum triumphum Romae egit. interim Pompeius pacem rupit et navali proelio victus fugiens ad Asiam (i n A f r i c a *add.* *P*) interfectus est. Antonius, qui Asiam et Orientem tenebat, repudiata sorore Caesaris Augusti Octaviani Cleopatram reginam Aegypti duxit uxorem. contra Persas etiam ipse pugnavit: primis eos proeliis vicit, regrediens tamen fame et

ac *P*) pestilentia laboravit et cum instarent Parti fugienti, ipse pro victo recessit. hic quoque ingens bellum civile commovit cogente uxore Cleopatra regina Aegypti, dum cupiditate (cupitate P^1, cupiditate muliebri *E*) optat etiam in urbe (urbem *P*) regnare. victus est ab Augusto **A n t o n i u s** navali pugna clara et inlustri (illustri *P*) apud Actium, qui locus in Epiro est; is (ex qua *E*) fugiit in Aegyptum et desperatis (disperatis *D*) rebus, cum omnes ad Augustum transirent, ipse se interemit. Cleopatra sibi aspidem admisit et veneno eius extincta est. Aegyptus per Octavianum Augustum imperio Romano adiecta est praepositusque (propositusque *D*) ei C. Cornelius Gallus. hunc primum Aegyptus Romanum iudicem habuit. ita bellis toto orbe confectis Octavianus Augustus Romam rediit duodecim annorum quam consul fuerat. ex eo rempublicam (p. *D*) per quadraginta et quattuor annos solus obtinuit (optinuit *P*); ante enim duodecim annos cum Antonio (Antinio *D*) et Lepido tenuerat. ita ab initio principatus eius usque ad finem quinquaginta et sex anni fuerunt. obiit autem septuagesimo sexto anno morte communi oppido Campaniae Atella; Romae in Campo Martio sepultus.

Lectiones excerptorum persaepe consentiunt cum *B*, ut in praescriptione, ubi viri clarissimi mentionem, quae in Vaticano in 'Victorini' nomen abiit, retinent, ita per ipsum breviarium, primum in transpositionibus et mutationibus, dein in corruptelis

	excerpta *et B*	*A*(*G*)*C*
12, 15	fossas circum muros duxit *om.*	
20, 5	post reges exactos (p. r. eiectos *B*)	postquam reges eiecti erant
10	precatione (*P*)	deprecatione (*D*)
19	L. Quintus	L. Quintius
22, 14	viginti deinde	viginti (viginti inde *D et boni Pauli codd.*)
26, 1	Genucio	L. Genucio
34, 4	admiratione ingenti	ingenti admiratione
6	remandatumque Pyrro a senatu est	remandatum Pyrro est a senatu
8	omnes captivos	captivos omnes
13	Decius Numinius (*sic L.* Mummius *O*)	Decius (Decius Mus G^2 *e coniectura*)
50, 9	legatis parere noluit. Romani etiam a Carthaginensibus petierunt	legatos admittere noluit. Romani etiam Carthaginem miserunt
11	reddita	data sunt
54, 8	variis postea	postea variis
58, 5	cum ingenti gloria	ingenti gloria
60, 17	quiddam divinum	divinum quiddam
62, 20	ostenditque	ostendique
64, 2	cc	viginti
102, 1	anno ab urbe condita	anno urbis (ro *add.* G^1) conditae
10	infinitum pondus	infinitum
114, 7	copias militum	militum copias
118, 6	maiore (maiori *B*)	maxima

BC lectiones excerpta exhibent his locis		*A*(*G*)
10, 6	creditus est et consecratus	creditus
7	annus unus	unus annus
20, 8	patriam suam	patriam

20, 15	superfuit	superavit
24, 8	Romana res	Roma
38, 5	tum inventa	inventa
50, 7	agens	habens
8	legatos	legatum
15	adhuc tum	tum
19	transiecit (traiecit *B*)	transvexit
54, 1	aut	et
56, 15	postquam Hannibal in	postquam in
58, 14	omnes fere	omnes
60, 11	relatum est	relatum
17	bene in Hispania	in Hispania bene
62, 7	his induciae	induciae
106, 3	regressus	reversus
114, 1	Octavianus	Octavius
3	profecti sunt	profecti
19	et Italiam	Italiam
116, 10	Asiam et Orientem	Orientem et Asiam

quibus omnibus locis, utra lectio genuina sit, pendet ex auctoritate *B* solis aut *BC* codicibus contra reliquos tribuenda.

cum *C* faciunt excerpta

16, 8	remaneret	maneret *GB*
34, 8	quod armati capi potuissent	potuissent *G*¹ *reliquis omissis,* quod armati capti fuissent *B*
46, 15	viginti tres (*sic D*, XXII *P*)	XXX et tres *A*, XII *B*
102, 2	sexcentesimo octogesimo nono	s. nonagesimo n. *A*, s. septuagesimo n. *B*
118, 9	fidelissimus	fidissimus *GB*

denique consentiunt cum *BC* in hiatu, qui est 14, 5, et cum *A* manifestis erroribus: 'praesumpserunt' 24, 17, 'sibi notorum' 34, 9. nimis inter se contraria sunt haec indicia, quam ut certa ratione, cui codicum familiae excerptorum archetypus tribuendus sit, statuamus. [Codex is, ex quo excerpta haec fluxerunt, ad familiam secundam pertinuerit necesse est, quacum saepe etiam in manifestis mendis consentit: sed exemplaria eius familiae hodie nota ut aetate, ita puritate aliquantum superat. scilicet excerpta ubi a codd. *B* ita discedunt, ut ad alias familias sese applicent, exhibent fere lectionem aut veram aut verae proximam:

24, 17 praesumpserunt *Exc. AC Paean.*, resumpserunt *B ex correctione opinor. Vide infra p. XXIV.*

34, 8 quod armati capi potuissent *Exc. C*, quoo armati capti fuissent *B*, potuissent *G*

34, 9 sibi notorum *Exc. AC Paean.*, sabinorum *B*: *vera lectio* si binorum *in nullo libro scripto reperitur. Vide infra p. XXIV.*

46, 15 viginti tres *Exc. D Paean.*, XXII *P*, triginta et tres *A*, XII *B*

102, 2 octogesimo *Exc. C Paean.*, septuagesimo *B*, nonagesimo *A*

Duo loci, quibus tertiae familiae interpolationes in excerptis videntur redire, 16, 8 (r e m a n e r e t pro m a n e r e t) et 118, 9 (f i d e l i s s i m u s pro f i d i s s i m u s) recte casui dabuntur, cum praesertim epitomatores in talibus suo ingenio indulgere soleant. denique 100, 11 vera lectio O r o d e n t e r cum in sola familia *A* servata sit, tertiae familiae

(quam ad primam prope accedere supra vidimus cum codices meliores pro ea habeant **p r o d e n t e r** (sic *D* et Pauli Bamb.), **b r o d e n t e r** (sic Pauli Vat. alter), **p r u d e n t e r** (sic Pauli Vat. prior), sine dubio mero casu et deterrimi quique Paulini libri scilicet Laur. et Monac. ex p r u d e n t e r fecerunt p r u d e n t e m et epitoma id ipsum substituit pro corrupta lectione codicum *B* quae est o r o d e n t e m. Habent igitur excerpta haec suam, licet non magnam utilitatem. *Th. M.*

Restat, ut pauca moneamus de reliquis codicibus, quorum raro mentionem fecimus in editionis apparatu.

C o d i c e s L i n c o l n i e n s i s Oxonii et P a r i s i n u s 5802 saeculo XII scripti ante Frontinum habentes breviarium Eutropi descripti sunt e codice quodam familiae *A* sed ex *BC* interpolato, nihili sunt aestimandi, postquam familiae *A* integra exempla innotuerunt, nisi quod ter aut archetypi communis aut alterius libri scriptor coniiciendo corruptae codicum lectioni medelam attulit his locis:

66, 7	circa Sipylum ad Magnesiam *Lincoln.*	circa Sipylum Magnesiam *AC*. circa Sipylum magnam iam *B*
178, 11	ad quaelibet *Paris.*	atque libet *rell.*
181, 2	quam tantum *Paris. Lincoln.* (*Burdig.?*)	quantum *reliqui*

Denique pauca adiicienda sunt de breviarii editionibus iis scilicet, quae ad crisin faciunt.

Post editiones, quae inde a principe anno MCCCCLXXI Romae facta breviarii textum a Paulo interpolatum et continuatum exhibent, purum breviarium primus edidit Sconhovius Basileae anno MDXLVI. scribit is in editionis praefatione: 'breviari textum a Paulo interpolatum 'cum ex collatione integerrimi exemplaris, quod subministravit 'nobis R. D. Abbas ac Praepositus SS. Ioannis et Bavonis apud Gandenses' (id est codicem Leydensem) 'deprehendissem, nolui committere, quin tam utilem auctorem integri'tati suae restituerem sincerumque ederem, ne posthac . . Paulina pro Eutropianis ci'tentur'. neque vero promisso stetit, nam breviarii textus, quem edidit, novies interpolatus est receptis quinquies Pauli additamentis (62, 5; 74, 14; 108, 8; 152, 19; 156, 4), quater interpolationibus, quae primum, quantum video, leguntur in editione Erasmiana anni MDXVIII alienae a codicibus Eutropi Paulique, quos inspeximus:

40, 18 classe [Clypeam petunt et contra Carthaginienses venerunt]
44, 12 ceterae [viginti milia capta]
50, 7 quinquaginta [peditum milibus et XX milibus equitum] : quinquaginta milium *Eutropius*
156, 17 Tetricum [qui a militibus imperator electus]

Paucis post Sconhovium annis, scilicet a. MDLIII, Vinetus breviarium edidit Pictavis 'ex antiquo Dominicalium Burdigalensium codice'. editionis eius fundamentum erat textus Sconhovianus, cuius errorem: 'Romanus exercitus fuerant subiugati' 76, 9 repetiit. ex codice Burdigalensi, qui periisse videtur, meliore eo codice Leydensi et aut ex eodem aut persimili libro descripto atque codices Parisinus et Lincolniensis, de quibus modo egimus[9], septuaginta fere locis Vinetus Leydensis lectiones pravas cor-

[9] nos minus recte lectiones huius codicis a Vineto in editionis commentario servatas in adnotationem criticam recepimus; erant enim aut omnino reiciendae aut una cum codicum Parisini et Lincolniensis discrepantia adscribendae. sero autem de Burdigalensis auctoritate edocti sumus, cum reliquorum eiusdem originis codicum collationes eximia Rühli, Deboori, Chatelaini benevolentia acceperimus maxima breviarii parte iam typis expressa.

rexit. expulit quoque interpolationes editionis Erasmianae praeter secundam et tertiam.

Tertius Sylburg editione anni MDXC e codice Fuldensi facta Sconhovi Vinetique lectiones corruptas alias correxit adhibito codice Fuldensi, quem Leydensi et Burdigalensi longe praestare supra exposuimus. alias retinuit e. gr. 'qui se armis defendere potuissent' 34, 8, quam lectionem in Fuldensi non fuisse fere constat, etsi tacet Sylburg[10]).

Nuperrime denique breviarium edidit Hartel apud Weidmannos MDCCCLXXII adhibitis codicibus Eutropi quidem Gothano ad Mommsenianam eius collationem Pauli autem Monacensi et Bambergensi. cuius discrepantiam ex Eyssenhardti editione Historiae Miscellae MDCCCLXVIIII repetiit. is duplicem codicum familiam extare censuit, unam Eutropi puri memoriam propagantem, alteram interpolatam, cui Paulinae recensionis nomen indidit. familiae purae testem optimum esse Gotha num recte posuit, reliquos codices omnes propriam auctoritatem habere non recte negavit.

Praeter breviarii codices Latinos alia adsunt textus restituendi subsidia: scilicet et Graecae versiones altera Paeani, quae maiore ex parte aetatem tulit, altera Capitonis Lycii, ut fertur, cuius reliquiae maxime apud Iohannem Antiochenum extant, et auctorum Latinorum libri, qui commentarios Eutropianos satis commodos et elegantes compilaverunt.

PAEANIVS quo tempore vixerit breviariumque verterit, definiri posse Sylburg recte monuit e verbis IX, 24 Eutropi textui insertis: πάππος δὲ οὗτος (Narses) Σάπωρί τε καὶ Ὁρμίσδᾳ τοῖς εἰς τὴν ἡμετέραν ἡλικίαν ἀφικομένοις, minus recte autem inde Paeanium ante annum 380, quo Saporem obiisse constat, conclusit scripsisse. hanc amplexus coniecturam Schulze in uberrima de Paeanio disputatione (*Philol. XXIX p. 285 ss.*) Paeanium nostrum eundem atque cuius mentio apud Libanium fit, fuisse statuit. at cum dicat Paeanius ἀφικομένοις non ἀφικνουμένοις, maiorem habet veri speciem post annum 380 versionem esse factam, licet non multo post scripsisse videatur, ut nihilo minus Eutropi fere aequalis existimari possit.

Versionem duo servarunt CODICES LAVRENTIANVS (*L*) et PITHOEI. eorum Laurentianus LXX, 5 (*Bandini II, 665*) chartaceus saeculi XV praeter alia Paeanium continet inde a pagina 198, adiectis a correctore in margine multis futilibusque notis[11]).

10) editiones Hearni (1703) Havercampi (1729) Verheyki (1762, 1793) Tzschucki (1796, 1804) vastum quidem apponunt apparatum criticum sed minimi vel nullius faciendum; neque enim is procedit ultra editionum priorum aut codicum ab editoribus prioribus adhibitorum lectionem in unum congestam, nisi quod Hearnius septem librorum Oxoniensium, Havercampius trium Lugdunensium antea non excussorum, inutilium autem omnium variam lectionem apparatui inseruerunt.

11) tertius codex Marcianus DXXIII chartacens quondam Bessarionis, foliis 166—207 Paeani versionem continet. ex paucis, quae propter temporis angustias enotare mihi licuit, eum ex Laurentiano descriptum esse verisimile est. in hiatibus enim et erroribus gravioribus semper facit cum Laurentiano, praeterea consentit cum Laurentiano his locis: ἐπὶ τοὺς Ἄφρους L^1, ἐπὶ τοὺς Καρχηδονίους L^2 *i. m. Marc.* 39, 17; εἰς Ἰταλίαν L^1, ἐκ Λιβύης *add.* L^2, ἐκ ἐκ Λιβύης εἰς Ἰταλίαν *Marc.* 61, 9; αἴρει μάχαις L^1, αἴρει πόλιν L^2 *Marc.* 97, 23; ζημίας πολλὺν *L*, ζημίαν πολλὴν *Marc.* 179, 15; in fine post ἄλλο addit uterque: 'ζήτει τὸ λεῖπον'. quartum codicem scilicet Monacensem Bavaricum CI saeculi XV vel XVI accurate ex Laurentiano descriptum esse demonstravit Schulze l. l. conlata librorum I—IIII lectione. est denique vel fuit codex Paeani in bibliotheca monasterii τῶν Ἰβήρων in monte Atho, quem commemorari in catalogo eius bibliothecae saeculo XVIII scripto, edito a Satha (bibl. Graec. med. aevi I, 282) nos docuit Deboor.

Pithoei codicem nunc deperditum, ut videtur, adhibuit ad editionem principem Paeani 1590 Sylburg, postquam ei codicem 'impetravit e Francisci Pithoei bibliotheca Iohannes Opsopoeus', et ipse Pithoeus eius mentionem facit in epistula ad Simmlerum data anno 1576 (*Ber. der Sächs. Ges. der Wiss. 1852 p. 280*).

Vterque codex mutilus est, desunt enim libri sexti capita nonum et decimum, septimi capitis tertii pars, decimi finis inde a capite duodecimo. atque, cum haud raro in erroribus consentiant inter se, Pithoeanus autem nonnulla omittat, quae leguntur in Laurentiano, 13, 16 ὑπὸ τῶν — 17 αὐτὸς, 101, 8 Ἀρταξάτου φρουρίου, 133, 4 ἐννάτῳ — 5 βασιλείας δὲ. Schulze statuit Pithoeanum ex eodem archetypo descriptum esse atque Laurentianum, sed minore cura adhibita. at conferenti αἱρεῖται . . (χὴ L^1, αἱρεῖται ἀρχὴ ἤγουν τιμητής L^2 *Pith.* 31, 17; αἴρει μάχαις L^1, αἴρει (ἔρει *Pith.*) πόλιν L^2 *Pith.* 97, 23; δημογοντιον L^1, δημοκοπῶν L^2 *Pith.* 155, 17, dubium vix erit, quin Pithoeanus e Laurentiano fluxerit.

Paeanii versionis ab homine Graeco neque linguae Latinae admodum perito factae in usum Graecorum haec est indoles, ut Eutropii textum in universum non ad verbum vertat sed in brevius contrahat reiectis haud raro ipsius narrationis partibus, quae nimia continere viderentur, et omissis sescenties praenominibus Romanis, dignitatibus virorum Romanorum, locorum regionumve Occidentis nominibus, annorum accurata notione. adduntur autem subinde, quae voces Romanas interpretentur:

9, 18 σενάτωρας αὐτοὺς καλέσας κατὰ τὴν Ἰταλῶν φωνήν. ἐπειδὴ σένης ἐκεῖνοι καλοῦσι τοὺς γέροντας· σύγκλητον δὲ Ἕλληνες ἐκάλεσαν τὸ συνέδριον ἐκ τοῦ πρότερον μὲν τοὺς βασιλεύοντας, μετὰ δὲ ταῦτα τοὺς ὑπάτους συγκαλεῖν τε αὐτοὺς ἐπὶ τὰς βουλὰς καὶ τῶν ψήφων ποιεῖσθαι κυρίους.

11, 22 σημείοις] μίλια καλοῦσιν αὐτὰ Ῥωμαῖοι· τὰ χίλια γὰρ βήματα οὕτως ὀνομάζουσι τοσούτοις βήμασι συμμετρούμενοι τὸ σημεῖον.

13, 25 Σουπέρβου] δηλοῖ δὲ τοῦτο ἐπώνυμον ὑπερήφανον.

19, 15 σημαίνει δὲ ἀναγόρευσιν ἡ φωνὴ (dictatura) ἢ διὰ τὸ λέγειν μετὰ τὸν δῆμον, οὐ ψηφηφορεῖν δὲ ὡς ἐπὶ τῶν ὑπάτων, τῷ ῥήματι δὲ ἀκολουθεῖν τὴν ἐξουσίαν . . ἓξ μησὶ δὲ παρετείνετο μόνον.

21, 3 οὓς δημάρχους ἐκάλεσε, τριβούνους πλῆβις κατὰ τὴν αὐτῶν φωνήν.

27, 9 τόρκυς γὰρ ἐπιχωρίως ὁ στρεπτὸς καλεῖται.

29, 3 Κορβῖνος γὰρ ὠνομάσθη [ἀπὸ] τοῦ κόρακος οὕτω κατὰ τὴν τῶν Ἰταλῶν ὀνομαζομένου φωνήν.

11 Ῥῶστρα] τοῦτο δὲ τὸ χωρίον τὰς πρὸς τὸν δῆμον ἐδέχετο τῶν ὑπάτων τε καὶ τῶν λοιπῶν ἀρχόντων δημηγορίας. ἐκεῖθεν γὰρ ἐν ταῖς καταλαμβανούσαις χρείαις διελέγοντο τῷ δήμῳ.

31, 17 κήνσωρ αἱρεῖται (ἤγουν τιμητὴς *add.* L^2)· ἀρχὴ δὲ ἦν αὕτη τῶν μεγίστων καὶ ἦν ἔργον αὐτῇ τοὺς τῶν πολιτῶν διερευνᾶσθαί τε καὶ κρίνειν βίους. τιμωρίας τε κατὰ πάσης ἠδύνατο δυναστείας καὶ οὐδεὶς ἦν ἔξω τῆς τοῦ κήνσωρος ἐξουσίας. κύριοι δὲ ἦσαν οἱ κήνσωρες καὶ ἔργοις καινοῖς κατακοσμεῖν τὴν πόλιν.

93, 8 ἡ δὲ τῶν αἰδιλικίων ἀρχή τις ἦν, ἧς πρώτης οἱ παριόντες ἐπὶ τὰ πράγματα τῆς πόλεως ἐτύγχανον.

135, 25 (vispelliones) οἱ ταῖς κοιναῖς ἐπιτεταγμένοι ταφαῖς.

159, 4 (monetarii) οἱ τὸ νόμισμα διοικοῦντες ἐξ ἀργυρίου τε καὶ χρυσίου καὶ μὴν καὶ τὸν χαλκὸν μορφοῦντες εἰς δηνάριον.

quibus addendum, quod adiectum est 69, 2 de Hannibalis sepulcro: καὶ ὁ τάφος ἐς τόδε ὁρᾶται. praeter haec adsunt additamenta alia maiora, quae ex Dione hausta esse primus Schulze monuit. ea haec sunt:

19, 3 καταπλαγεὶς τὸν Μούκιον ἐπιβάλλοντα τῇ φλογὶ τὴν δεξιὰν εἰκόνα τε γενόμενον ἀνδρείας τε καὶ καρτερίας τῶν Ῥωμαίων cf. Zonar. VII, 12.

39, 24 Cornelius cos.] κρατῶν γὰρ τοῖς ὅπλοις δόλῳ τῶν Ἄφρων ὡσανεὶ σπονδὰς αἰτούντων τῆς αὐτῶν ἐπιβὰς τριήρους συνελήφθη τε καὶ δεθεὶς ἀπήχθη cf. Zonar. VIII, 10.

43, 26 τὸ μὲν οὖν πρῶτον ἀντιβολοῦντας αὐτοὺς ὁ Ῥηγοῦλος καίτοι δέσμιος ὢν ἀπεωθεῖτο, νικηθεὶς δὲ τῇ προσεδρείᾳ παραγίνεται μὲν εἰς τὴν Ῥώμην *et*

45, 9 ἐπεὶ τὸ τῶν ὅρκων, οὓς ἐδεδώκει τοῖς Ἄφροις, ἦ μὴν ἐπανήξειν, εἰ μὴ καταπράξαι τὰς σπονδάς, οὐδὲν ἐκώλυε μένειν. ὁ γὰρ ἀρχιερεύς, ὁ καλούμενος παρ' αὐτοῖς ποντίφεξ, οὐκ εἶναι τὸ πρᾶγμα ἐπιορκίαν ἐκ τῶν ἱερῶν ἐψηφίσατο νόμων . . . πολυτρόποις ἐξεδόθη κολάσεσιν, ἃς ἄλλοι ἄλλως ἐκδεδώκασιν cf. Dio fr. 43, 26—29 et Zonar. VIII, 15, qui tamen de pontifice tacent.

53, 8 Fabius δικτάτωρ ἀναδειχθεὶς adversum Hannibalem mittitur cf. Zonar. VIII, 25.

61, 2 Μαρκέλλου περιπεσόντος ἐνέδραις, ἃς ἔστησεν Ἀννίβας cf. Zonar. IX, 9.

Ad restituendum genuinum breviarii textum non tantum, quantum credas, adiumentum affert metaphrasis, cum alias haud inelegans longius saepe a Latino archetypo recedat. attamen ex eis, quae sic vertuntur, ut quid in exemplari fuerit Paeani, dubitari nequeat, Paeani codicem, ut par est, apparet plerumque sequi lectionem genuinam, sive ea in familiae *A* codicibus superest sive in altera tertiave. et de illa utpote omnium optima exempla adscribere longum est: loci autem, ubi in vera lectione consentiunt familia *B* et metaphrastes, cum *A* aut *AC* codices corruptam exhibeant lectionem, hi sunt

50, 16	x milia	XI milia *A*
52, 8	quadragesimo	quinquagesimo *A*
66, 19	Q. Marco	Marco *AC*
102, 1	C. Antonio	Cn. Antonio *AC*
138, 15	mense nono	mense uno *AC*
146, 29	Arabas interiores et Azabenos	*om. A*
148, 1	Azabenicus	*om. A*
154, 14	L. Aeliano	Lolliano *AC* (polliano *D*)
178, 8	pilo per urbem	per urbem *A*

sed ex mendis quoque, quibus altera familia inquinata est, non ita paucae apud Paeanium redeunt:

18, 15	*et* 114, 1 Octavianus	Octavius *G Capito*
22, 9	bellaverunt	rebellaverunt *AC*
34, 8	quod armati capti fuissent (ὅτι πολεμοῦντες ληφθεῖεν)	quod armati capi potuissent *C*, potuissent *G*¹
48, 5	Βούσκλου (Vulsco *B*)	Vulgo *AC*
50, 9	legatis parere noluit (μὴ πεισθέντος)	legatos admittere noluit *AC*
56, 8	in Hispaniis contra fratrem eius Hasdrubalem *om.*	*exh. AC*
64, 2	cc milia	viginti milia

84, 2	Manilius	Manlius
86, 11	quinto decimo anno	quinto demum anno
106, 10	integra XXX milia	non integra triginta milia
110, 5	Q. Varro	Q. Varus
126, 18	cum plures (copias) μετὰ πλείονος δὲ πλήθους	ingentes (copias)
154, 3	Genuo	Ingenuo

hinc igitur apparet familiarum *A* et *B* divisionem ad ipsius Eutropi tempora ascendere et manifestorum familiae *B* errorum antiquissimos in ipso Paeani libro adfuisse. contrarium num evenerit, scilicet num mendae extent metaphrastae cum familia prima communes, in medio relinquendum; nam missis levioribus, ut quod 'Servius' apud Paeanium factus est Ἐρβίλιος, in *A* 'Servilius' 40, 17, quod pro Ogulnio habet *A* 'Gulinio', Paeanius 'Κυλληνίου', cum sit in *B* 'Culnio' 36, 15, quod Paeani verba: 'ἐβιάζοντο δύνασθαι καὶ τὸ κῦρος ἔχειν' 24, 17 propius accedere videntur ad *AC* lectionem 'praesumpserunt tamen tribuni militum consulari potestate iterum potestatem' postponendam codicum *B* lectioni: 'resumpserunt tamen tr. m. c. p.' id sane negari non potest corruptelam librorum *AC* 34, 9 'sibi notorum hostium occisorum spolia' et ipsam a Paeanio esse lectam, cum vertat: 'διεγνωσμένων ἀνδρῶν λάφυρα'. sed hoc loco ne altera quidem familia genuinam 'si binorum' lectionem servavit, sed quod habet 'sabinorum' videtur manifesti erroris temeraria emendatio: quam ob rem nihil obstat, quominus error codicum *AC* omnium, qui Eutropi textum pessumdederunt, antiquissimus item ipsum secundae familiae archetypum insederit et sic in libro quoque a Paeanio usurpato fuerit. cum *C* denique genuina servavit metaphrastes contra *AB* corruptelas

46, 15	XXIII *D* (XXII *P*)	triginta et tres *A*, duodecim *B*
64, 15	ingenti gloria triumphavit duxit θριαμβεύων εἰς τὴν Ῥώμην εἰσῆλθε προτρεχόντων αὐτῷ τοῦ ἅρματος	ingenti gloria duxit
80, 16	alterum ex Thracia (alterum ex Sardinia triumphum	alterum ex Sardinia tr.
86, 14	sescentesimo septuagesimo secundo (sesc. sexagesimo s. *C*	sescentesimo secundo
102, 2	sescentesimo octogesimo nono	s. nonagensimo n. *A*, n. septuagesimo n. *B*

neque vero ab Eutropi ipsius erroribus emendandis abstinuisse videtur Paeanius: 134, 19 enim codices et Capito Domitianum anno aetatis tricesimo nono obiisse scribunt, Paeanius autem verum numerum 'quadragesimo' interpolavit: interpolavit quoque, e Dione fortasse, Crassi nomen a codicibus Latinis alienum 38, 10, ubi legit Οὐαλέριος Μάρκος καὶ Ὀτακίλιος Κράσος, Latini libri Valerio Marco et Otacilio. denique 118, 18 Latini codices legunt quadringenta (sic *GC*, LXCC *L*, CCLX *O*) captivorum milia (a Tiberio e Germania in Galliam esse translata). Paeanius XL milia, recte quidem ut testatur Suetonius Tib. 9, sed ex emendatione potius quam quod liber ab eo adhibitus solus veram scripturam servavit.

Alterius versionis et a Paeani metaphrasi plane diversae Capitonem Lycivm auctorem fuisse coniecit H. Valesius (ad exc. Peir. ex. Ioh. p. 115) Suidae verba secutus: Καπίτων Λύκιος . . . οὗτος ἔγραψεν Ἰσαυρικὰ βιβλία $\bar{\eta}$· μετάφρασιν τῆς ἐπιτομῆς Εὐτροπίου ῥωμαιστὶ ἐπιτεμόντος Λίβιον τὸν Ῥωμαῖον κτλ. Capito vixerit necesse est ante Stephanum Byzantium, id est ante annum 580 et, si ea, quae Steph. s. v. Ψίμαθα (fr. 5 *M.*) narrantur, de Conone Isaurorum duce dicta esse recte coniecit Müller Fr. H. Gr. IV, 133, temporibus Anastasii vel Iustini I inter annos 491 et 527.

Capitonis versionis Paeaniana longe elegantioris et magis a breviarii verbis recedentis fragmenta quotquot supersunt, non ex ipso Capitonis libro sed ex Iohannis Antiocheni, qui eo usus est, desumpta sunt, eamque ob causam discerni nequit, utrum additamenta permulta et satis ampla a breviario aliena, quae in versionis fragmentis extant, addita sint ab ipso Capitone an a Iohanne[12]. ad restituendum breviarii textum non magna eius versionis est utilitas; pauca igitur adscribere sufficit. interpolationem Christiani hominis, quae est 181, 5 in *G*(*F?*)*C*: 'nimius religionis Christianae insectator' (Iulianus), non agnoscit cum *B*: 180, 11 legit: 'facundia ingenti et prompta, memoriae' cum *BC* contra *A*: 'facundia ingenti et promtae memoriae'. 181, 2 recte vertit: 'quam tantum principem decet', ubi archetypus codicum Lincolniensis et Parisini (et Burdigalensis, ut videtur) codicum *ABC* errorem: 'quantum principem decet', coniectura sane facili sanavit. mirum denique errorem commisit, cum verba: 'sororis filium commodae indolis iuvenem' (interfecit) 171, 5 verteret his verbis: τῆς ἀδελφῆς τὸν υἱὸν Κομμόδης ἀποκτείνει δόλῳ.

Primus inter eos auctores, qui Eutropi breviarium aut adhibuerunt aut adhibuisse creduntur, nominandus est Festvs aequalis Eutropi et ipse magister memoriae in aula Orientali. eius breviarium rerum gestarum populi Romani inscriptum Valenti imperatori in eis certe, quae de Orientis rebus a Traiano ad Diocletianum c. 20—25 narrantur. Eutropiani breviarii vestigia premere dixit Iacobi, qui nuper de eo libello egit (*de Festi breviarii fontibus 1874*) explosa opinione eorum, qui integrum librum ex Eutropianis consarcinatum perperam sane sibi persuaserant. sed ne Iacobio quidem adsentiendum esse docuit Mommsen, cui quae infra de Festo leguntur fere debeo. non supervacaneum autem erit, quid de ratione inter Festi Eutropique breviarium statuendum sit, paucis exponere, cum praesertim faciat ad Eutropianorum librorum indolem recte aestimandam.

De rebus a Traiano per Orientem gestis narrat

Festus	Eutropius viii, 3
20. Traianus . . . Armeniam recepit a Parthis sublato diademate [sc. Parthomasiri] Armeniae maioris regnum ademit.	Armeniam, quam occupaverant Parthi, recepit Parthomasiri occiso, qui eam tenebat.

12) fragmentis Iohannis iis, quae leguntur in Constantinianis excerptorum syllogis et apud Suidam, addenda esse nonnulla a Maio perperam inter Dionea edita monuit Mommsen (*Hermes VI, 82*) [cf. addenda post praefationem]. Capitonis versionis locorum, qui apud Iohannem inveniuntur, conspectum edidit Wollenberg (*excerpta e Ioh. Ant. ad libr. Peir. a se exc. emend. 1861*).

Festus	Eutropius VIII, 3
Albanis regem dedit.	Albanis regem dedit.
Hiberos Bosporianos Colchos in fidem Romanae dicionis recepit, Osrhoenorum loca et Arabum occupavit.	Hiberorum regem et Sauromatarum et Bosporanorum et Arabum et Osdroenorum et Colchorum in fidem accepit.

de Parthomasiri cum Festo facit Dio 68, 19, secundum quem diadema capite detractum ante Traiani pedes deposuit neque occisus est sed dimissus. gentium a Traiano subactarum nomina perverso apud Eutropium leguntur ordine. recte procedunt apud Festum, qui populos ad Caucasum et Pontum habitantes bene distinguit a maris rubri et Syriae accolis. Sauromatarum regnum cum nullum huic loco aptum noverimus, ex Bosporanorum regis nomine Sauromatas ab Eutropio effectos esse coniecit Mommsen.

Festus	Eutropius
Carduenos Marcomedos obtinuit.	Carduenos Marcomedos occupavit.
Anthemusium optimam Persidis regionem Seleuciamque Ctesiphontem Babyloloniam accepit ac tenuit.	et Anthemusium (*sic ABC*) magnam Persidis regionem Seleuciam Ctesiphontem Babylonem Messenios (scil. Μεσήνη) vicit ac tenuit.
usque ad Indiae fines post Alexandrum accessit, in mari rubro classem instituit. provincias fecit Armeniam Assyriam Mesopotamiam.	usque ad Indiae fines et mare rubrum accessit atque ibi tres provincias fecit Armeniam Assyriam Mesopotamiam cum his gentibus, quae Madenam attingunt. Arabiam postea in provinciae formam redegit. in mari rubro classem instituit, ut per eam Indiae fines vastaret.

inepte inseritur apud Eutropium 'a t q u e i b i', cum Traianus tres provincias neque in India neque in mari rubro instituerit. plura quidem leguntur apud Eutropium quam apud Festum, sed male ordinata divulsaque: nam in archetypo quod fuisse apparet: 'u s q u e a d I n d i a e f i n e s e t m a r e r u b r u m a c c e s s i t a t q u e i b i c l a s s e m i n s t i t u i t', id Festus recte retinuit, Eutropius male separavit.

Festus	Eutropius VIIII, 2
21: (Gordianus) fraude Philippi, qui praefectus praetorio eius erat, occisus est.	(Gordianus) interfectus est fraude Philippi, qui post eum imperavit.
23: Mesopotamia invasa etiam Syriam sibi Persae coeperant vindicare, nisi, quod turpe dictu est, Odenathus decurio Palmyrenus conlecta Syrorum agrestium manu acriter restitisset et fusis aliquotiens Persis non modo nostrum limitem sed etiam ad Ctesiphontem Romani ultro imperii . . penetrasset.	VIIII, 8 Parthi Mesopotamia occupata Syriam sibi coeperunt vindicare. 10 per Odenathum Persae victi sunt defensa Syria recepta Mesopotamia. usque ad Ctesiphontem Odenathus penetravit.
24: (Zenobiam) apud Immas haud procul ab Antiochia vicit (Aurelianus)	13 (Aurelianus Zenobiam) haud procul ab Antiochia sine gravi proelio cepit.

in his Philippi officium, Odenathi condicio, locus pugnae cum Zenobia commissae aliena sunt ab Eutropio. statuendum igitur est Festum ea, quae de Oriente narravit, non ex ipsis Eutropi libris hausisse sed ab utroque auctore expilatum esse chronicon quoddam Eutropiano simillimum et ad temporis ordinem compositum. qua in re Festus

subinde maiore quam Eutropius diligentia et fide auctoris verba expresserit. qua nostra opinione minime fit, ut Festi auctoritas in Eutropianis verbis constituendis imminuatur. immo tuetur Rufiana lectio et codicum Eutropianorum lectionem 'Carduenos' et 'Anthemusium' 136, 20, ubi solus Paeanius habet 'Anthemusiam', item 'Parthos' 150, 17 quod est in *A*, ubi 'Persas' legunt reliqui et Paeanius, confirmat supplementum 146, 29. 148, 1 codicum *BC* in textum receptum, commendat denique *B* lectionem 'urbes nobilissimas' 160, 16 a Paeanio quoque defensam, cum vertat τῶν πόλεων ἐπιφανεστάτας, minus recte a nobis neglectam propter *AC* auctoritatem, qui habent 'urbes notissimas'.

Proximum post Festum locum tenet Hieronymvs quem Eusebii chronicon maxime ex Eutropi breviario interpolasse constat. meliorem quam qui supersunt codicem adhibuit: legit enim recte:

10, 7	unus annus *G*	annus unus *BC*
132, 13	cuiquam *B*	quicquam *AC*
138, 15	nono *B Paean.*	uno *AC*
140, 23	septuagesimo septimo *C* (lxxviii *B*)	septuagesimo *Paean.*, s. tertio *G*
146, 29 *et* 148, 1 *integrum habet textum ut BC*		
160, 16	nobilissimas *B Paean. Fest.*	notissimas *AC*
178, 8	pilo per urbem *BC*	per urbem *A*

quibus addenda videntur

122, 3	ad se per blanditias *BC*	per blanditias ad se *G*
134, 17	Isium *BC Paean.*	Iseum *A*

errores autem codicum repetit

84, 11	Teutomodum *AC*	Teutobodum *B*, Τευτόβολον *Paean.*
116, 19	C. Cornelius *O Paean.*	Cn. *reliqui*

bis consentire videtur cum sola *B* lectione a. 2094: 'anno aetatis lxviiii', ubi *B* (170, 13): 'annum aetatis agens lxviiii', *GD* 'annum agens (aetatis *add. P*) lxviii(i)', et a. 2256: 'Gordiano Romam ingresso', ubi *B* (150, 13): 'cum Romam venisset', reliqui: 'venissent' legunt: sed altero loco Hieronymus breviarii verba interpolavit, altero neglegenter excerpsit. a. 1300 denique haec habet Eutropiana (10, 5): 'Romulus apud paludem Caprae nunquam comparuit et (suadente L. Proculo Quirini nomine) consecratus est'; 'consecratus' vocabulum a codicibus optimis *A* alienum utrum in Hieronymi exemplari fuerit an interpolatum ex Hieronymi libris in deteriores breviarii codices venerit, diiudicare non ausim.

Orosivs, qui bis nomine laudat Eutropium vii, 11 p. 484 et vii, 20 p. 511, raro in rebus liberae rei publicae et Augustorum usque ad Neronem, frequentius inde a Vespasiano breviario usus est nec multum ex eius excerptis in textu breviarii constituendo proficimus. paucis, quae huc pertinent, in editione indicatis adiiciendum est, quod 56, 15 facit cum *BC*: 'postquam Hannibal (*om. G*) in Italiam venerat'.

Epitome quae de vita et moribus imperatorum inscripta Victoris vulgo fertur, nonnulla Eutropiana eaque ad verba descripta habet. solum, quod afferatur, operae pretium est, quod 162, 3 eadem leguntur in epitome 38, 7 'verbi fatigatione' atque in *C*, ubi reliqui habent 'vel levi fatigatione' (v. supra p. xii). nam quod praeterea bis con-

d*

sentit epitome cum solo *P* 142, 18 'ab infantia' ('in infantia' *BD*, 'ex infantia' *A* Paean.) et 144, 21: 'venditio habita est' (ea venditio habita est *GBD*), alterum casui tribuendum alterum eo factum esse mihi quidem certum est, quod Paulus ipse codicis errorem 'in infantia' ex epitoma correxit.

Denique Cassiodorvs Hieronymianis in chronico descriptis pauca inseruit Eutropiana. codice tertiae familiae usum esse Cassiodorum lectiones demonstrant, tam

a. 64 Alexandrinae (sic *P praeter N*)	Alexandrinea *BD*, Alexandrianae *A* (126, 3)
a. 160 L. Annius Antoninus (Antonius *C*) Severus	L. Antoni(n)us Severus *A*, L. Annius Antoni(n)us Verus *B* (142, 3)

quam quod apud eum (a. 120) columnam Traiani CXL pedes altam fuisse legitur, qui numerus codicibus *C* proprius est, cum *AB* genuinum: CXLIIII (138, 18) retineant.

II. DE PAVLI HISTORIA ROMANA.

Pavlvs ipse de origine Historiae Romanae in epistula ad Adelpergam Arichis ducis uxorem data narrat: 'legendam tibi Eutropii historiam . . optuli . .: hoc tibi in eius 'textu praeter inmodicam etiam brevitatem displicuit, quia utpote vir gentilis in nullo 'divinae historiae cultusque nostri fecerit mentionem. placuit itaque tuae excellentiae, ut 'eandem historiam paulo latius congruis in locis extenderem eique aliquid ex sacrae 'textu scripturae, quo eius narrationis tempora evidentius clarerent, aptarem. at ego . . . 'paulo superius ab eiusdem textu historiae narrationem capiens eamque pro loci merito 'extendens, quaedam etiam temporibus eius congruentia e divina lege interserens eandem sacratissimae historiae consonam reddidi. et quia Eutropius usque ad Valentis 'tantummodo imperium narrationis suae in ea seriem deduxit, ego deinceps . . sex in 'libellis . . usque ad Iustiniani Augusti tempora perveni'. quando composita sit Historia Romana, non constat; Bethmann (*Pertz Archiv X 257 ss.*) eam scriptam esse coniecit inter annos 766 et 781, Dahn (*Paulus Diaconus p. 14*) inter annos 766 et 774: certe epistulam ad Adelpergam Historiae libris praemissam ante annum 774 scriptam esse inde efficitur, quod Paulus Adelpergam ductricem, Arichim ducem appellat, pro quibus honoribus eo anno principum nomen sumpserunt. Paulum autem ante annum 763 Adelpergae studiis adfuisse docent versus eiusdem 'de annis a principio' inscripti.

Epistvlae Pauli ad Adelpergam qui integrum et genuinum textum exhibent, codices duodecim fere recentiores omnes sunt saeculo duodecimo, adsunt autem vestigia eius antiquioris aetatis, scilicet inscriptio, quae in altera Historiae Romanae codicum familia inter libros decimum et undecimum inseritur, et interpolata eius epistulae recensio, quae legitur in codice Bambergensi saeculi undecimi, denique Leonis Ostiensis locus hic: (I 15) 'in historia etiam Romana, quam Eutropius breviter composuerat 'eiusdem Adelpergae rogatu plurima hinc inde ex historiis ecclesiasticis addidit, ad ul- 'timum vero duos libellos a tempore Iuliani Apostatae, in quem ipsam historiam Eutro- 'pius terminaverat, usque ad tempora Iustiniani imperatoris eidem annexuit'. epistulam,

quam priores ediderunt e codicibus casu oblatis, in nostra editione ad antiquissimos, qui quidem superesse videantur, recensuimus Laurentianum LXXXIX inf. 41 saeculi decimi tertii, Perusinum H LXXV et Vindobonensem CIV saeculi decimi quarti.

Historiae Romanae codicum, quorum quinquaginta fere aut ipsi inspeximus aut amicorum benevolentia in iudicium vocare potuimus, duo sunt genera, quae potissimum hiatu libri xv inter se distinguuntur. alterum enim genus locum 209, 22 ss. sic proponit plene: '(Gothi) bifarie per Alaricum ac Fridigernum divisi decreverunt, ut 'utramque rempublicam idest Fridigernus cum suis orientalem, Alaricus vero cum suo 'exercitu occidentalem opprimeret. hi ergo, qui cum Fridigerno in orientali remanse'rant parte, lingua patria ab oriente Ostrogothae id est orientales Gothi sunt dicti, isti 'vero, qui occiduas petierant regiones, ab occidente Wisigothae id est occidentales sunt 'appellati'. eius generis sunt codices Vaticani 7312 (saec. xii), 1983 (xv), 4853 (xv), Vrbinates 433 (xiiii), 456 (xiiii), 669 (xv), Ottoboniani 1371 (xv), 1762 (xv), 2006 (1465), Laurentiani xx 2 (xi), lxv 35 (xi), Perusinus H 75 (xiiii), Neapolitanus bibl. publ. iiii, C 38 (xiii), Marcianus hist. prof. x, 31, Parisini 4693 B (xiii), 5799 (xiiii), 6815 (xiiii), 14963 (xiiii), Vindobonenses 104 (xv), 3225 (xv), Monacensis 3516 (xi), et codices, unde manaverunt editiones princeps Romae edita anno 1471, Mediolanensis Lavagnae 1475, Parisina Maillardi 1515, Aldina 1516, Iuntina 1517. alterum genus post 'bifarie per Alaricum' pergit 'regiones ab occidente', omissis reliquis: 'ac Fridigernum — occiduas petierunt': huius familiae sunt codices Vaticani 303 (xv), 1479 (xi), 3339 (xi), Ottobonianus 1400 (xv), Neapolitanus iiii C 40 (xiiii), Marcianus 387 (xv), Ambrosiani A 85 inf. (xv), C 72 inf. (xiiii), F 94 sup. (xv), Parisini 2320 A, 5693 (xv), 5796 (xii), 5797 (xiii), 5798 (xiiii), 14963 (manus prior, xiiii), 175568 (xiii), Vindobonenses 239 (xii), 583 (x), Bambergensis E iii 4 513 (x), Berolinus Lat. 401 (xiii) [13]).

Ex hac librorum manuscriptorum multitudine, ne inutilis et nimia fieret variae lectionis congeries, sex codices elegimus, ternos utriusque generis et suae quosque familiae optimos antiquissimosque, quibus ad recuperandum textum genuinum certis ducibus uteremur. sunt autem adhibiti ex genere hiantium codices, quibus praeter hiatum eum, quem commemoravimus, hoc quoque commune est, quod post librum decimum inserunt haec: 'hucusque historiam Eutropius composuit, cui tamen aliqua Paulus Diaconus addidit':

Bambergensis E III, 4. 513, Eyssenhardto *B*, nobis *H*, scriptus saeculo decimo vel nono in membranis formae minoris. continet post Victoris Vitensis de persecutione

—

13) mutili sunt codices Vaticanus 1982 (XII), qui deficit in verbis: 'communiter habitarent bifa ||', Reginensis 710 (XI), cui deest folium, in quo legebantur verba, de quibus agitur, Laurentianus LXVII, 6 (XIV) omisso loco 'eo tempore cum (209, 12) — appellati' (209, 27), Parisini 11793 omisso loco 'exigit nunc (209. 19) — appellati' (209, 27) et 2320 omisso loco 'per Alaricum ac (209, 23) — appellati' (209, 27), sed in his tribus codicibus locum mutilum a librariis utpote inutilem deletum esse manifestum est. non procedunt ultra Traianum codices Vaticanus 2953 et Angelicus 5, 5, 7, non ultra librum decimum Vaticanus 1980, Neapolitanus IV, C, 39, Laurentianus LXVII, 57, non ultra Valentem (deficit 'mortuo tenuit' 186, 24) Parisinus 5692, non ultra Theodosium (deficit 'bellum contra Wandalos movit' 200, 5) Laurentianus LXXXIX, 41. de codicibus Parisinis 1498, 4498, 5795, 5800 reliquisque plerumque Anglicis nihil compertum habemus. conspectum codicum post Champollionum et Papencordtum edidit Bethmann (*Archiv X p. 309*) codices Vindobonenses nostra causa inspexit Zimmermann, Parisinos Niese et Chatelain, Italos aut ipse aut amici.

Wandalorum libros historiam Romanam foliis 89—248 in fine uno folio abrupto mutilam, praemissis: 'incipit historiae Romanae liber primus'.

Vaticanvs 3339 (*V*) saeculi undecimi in Italia scriptus formae minoris; erat Fulvii Vrsini; historia Romana legitur foliis 186—246. collationem librorum I. II et partis tertii a Zangemeistero factam in editionem recepit Eyssenhardt. praemittuntur libro primo: 'in nomine domini nostri Iesu Christi incipit historiae Romanae liber primus', ultimo subiunguntur: 'explicit liber XVI historiae Romanae imperatorum Romae vel Constantinopolim regnantium'. haud ita diligenter scriptus est.

Codices Bambergensis et Vaticanus quamvis non ex eodem archetypo descripti tamen in omnibus gravioribus et hiatibus et erroribus consentiunt, ut eorum consensus pro uno codice haberi possit. qui codex Pauli ipsius temporibus non multo inferior etsi ter interpolatus 'commotum ⟨exortum⟩ est' 86 15, 'in ⟨bello⟩ barbarico' 152, 6, 'catholica ⟨repperisset⟩' 220, 16, nostrae editionis erat fundamentum.

Berolinensis Lat. 4° 1 (*B*) saeculi XIII formae minoris; Victori Vitensi antecedit historia Romana praemisso titulo 'incipit istoriae Romanae primus liber Eutropii' et post historiae Romanae librum decimum septimum qui vocatur additis: 'explicit liber XVII imperatorum Romae vel Constantinopolim regnantium'. adhibitus est ad libros sex extremos. errores librariorum, qui codices *H* et *V* exaraverunt, is qui hunc codicem scripsit plerumque evitavit. in gravioribus omnibus ab eorum parte stat.

Alterius, scilicet eius, quod locum illum integrum exhibet, generis antiquissimus, quo uti nobis licuit, Lavrentianvs est LXV, 35 (*N*) formae maximae saeculo undecimo in Germania, ut coniecit Bethmann (*Archiv XII 721*), scriptus, continet inter alia opera historica historiam Romanam foliis 16—42. ante librum primum iuxta Eutropii stantis imaginem est 'in nomine domini incipit storiae Romanae lib primus Eutropii'. decimo subiungitur Pauli imago. in calce libri ultimi legitur 'explicit liber XVI de storia Romanorum'.

Alter liber, quem adhibuimus, est Vaticanvs 7312 (*Z*) saeculi XII formae maioris, qui solam historiam Romanam complectitur omisso titulo et in fine adiectis: 'explicit liber XVI de storia Romanorum'.

Laurentiani et Vaticani communem originem et hiatus communes et errores iidem, praeterea interpolationes nonnullae demonstrant, quae in utroque pariter leguntur: e. gr. 'milia hostium ⟨capti sunt et⟩ interfecti' 48, 14, 'invadit' ('inundavit' *rell.*) 193, 9, 'Scithiam' ('Pannonias' *reliqui*) 207, 7. textum persaepe temere mutatum et corruptum exhibent et in universum longe deteriores sunt classis prioris libris, quamquam nonnunquam soli genuina servaverunt: 'circumfusae' ('circumfugae' *rell.*) 98 P. 1, 'consecravit' ('celebravit' *rell.*) 121, 18, 'dum contra' ('demonstra' *HVM*(*onacensis*), 'demonstrans' *B corrigens ut assolet*) 217, 9, 'per filium' ('et filium' *HVM*[1], 'et per filium' *B*) 217, 11. codicem Laurentianum correctum esse ad exemplar ad Vaticani 7312 archetypum quam proxime accedens inde colligitur, quod tam Vaticanus *Z* quam Laurentiani manus secunda (*N*[2]) addunt post 'pereamus' 196, 2.: 'hucusque Orosius', quod additamentum a reliquis huius generis codicibus Parisinis certe et Romanis alienum est. praeterea haec exempla sufficere videntur, quibus, quae inter *Z* et *N*[2] intercedat ratio, illustretur: sex *N*[1] *rell.*, sexcentos *N*[2]*Z* 90, 11; ruinam *om.* *N*[1], depopulationem *N*[2]*Z* 198, 29:

an deo] an bellum N^1, mortem an bellum Z, 'an bellum 'mortem N^2 199, 35; Ticinumque] que N^1, demumque N^2Z 204, 15; vi fulminis] fulminis N^1, sex fulminibus N^2Z 218, 2.

His duobus libris quoddammodo gemellis adiecimus ex eadem familia Monacensem iam ab Hartelio ad Eutropium adornandum adhibitum. est autem Augustanus 16 signatus numero 3516 formae minoris saeculi undecimi. manus saeculi ut videtur xvii primae paginae praeter nonnulla de Pauli vita inscripsit: 'liber erat Hersfeldensis' et est is codex Hersfeldensis, quem Canisius se a Marco Velsero accepisse in praefatione Historiae Miscellae editionis (1603) scripsit et cuius variam lectionem librorum i—x in notis posuit. Historiae Romanae textus legitur foliis primis ad centesimum nonum: sequitur Victor Vitensis. liber et neglegentissime scriptus est et tam ab ipso librario quam a correctore nescio an aequali temere mutatus et additamentis aliis ex Landolfo petitis aliis aliunde adsumptis vel excogitatis interpolatus. cuius interpolationis et neglegentiae exempla idonea sunt ipsa libri primi praescriptio: 'in nomine domini nostri 'Iesu Christi incipit historia Romana ⟨breviter digesta⟩ liber primus', item subscriptiones libri septimi 'explicit liber v (vi *m. 1*) incipit liber vi (vii *m. 1*)', octavi 'e. l. vii (viii *m. 1*) i. l. viii (viiii *m. 1*)', noni 'e. l. viii (viiii *m. 1*) i. l. viiii (x *m. 1*)', undecimi 'e. l. decimus. i. l. undecimus'; liber duodecimus in duos ita dividitur, ut alter praemisso titulo 'explicit liber xi (xii *m. 1*) incipit liber xii (xiii *m. 1*)' initium capiat inde a verbis: 'anno ab urbe condita mcxiiii Archadius' 192, 11, libro sequenti, qui consentit cum Pauli decimo tertio, praescriptum est: 'explicit liber xii (xiii *m. 1*) incipit liber xiii (xiiii *m. 1*)'. in lectione medium locum tenet inter duo, quae sunt, codicum genera: facit quidem cum Laurentiano Vaticanoque altero in verbis libri xv, quae mutila sunt in altera familia, item in libri decimi interpolata subscriptione: 'hucusque historiam Eutropius composuit, cui tamen aliqua Paulus Diaconus addidit 'iuvente (*om. NZ*) domna (domina N^2Z) Adelperga christianissima Beneventi ductrice 'coniuge (coniux N^1, conius Z) domni Arichis (Argis NZ) sapientissimi et catholici prin'cipis: deinceps quae secuntur idem Paulus ex diversis auctoribus proprio stilo con'texuit'. at e contrario plerumque Bambergensis et Vaticani prioris vestigia premit, ut eius archetypus prioris familiae fuisse videatur sed suppletus et passim correctus ad codicem aliquem generis secundi. itaque cum minime aptus sit, qui ad genuinum historiae Romanae textum restituendum adhibeatur, sprevimus eum in libris decem prioribus, in reliquis quod non sprevimus, quodammodo aegre ferimus.

Sicut Paulus Eutropi breviarium additamentis adauxit et libris sex adiectis continuavit, Historiae Romanae libri xvi circa annum millesimum a Landolfo amplificati et octo adiunctis usque ad Leonis imperatoris tempora deducti sunt. nobis cum infra uberius de hoc opere agendum sit, hic exponere sufficit de codice Paulino a Landolfo usurpato. qualis is codex fuerit, neque facile diiudicatur neque magnum ad crisin momentum habet: nam ex codicibus Pauli, quos ipsi adhibuimus, optimi Landolfo aetate aut pares aut superiores sunt et Landolfus Pauli textum omittendo transponendo interpolando misere foedavit. itaque quantum ex laciniis frustulisque Paulinorum librorum, quae in Landolfi compilatione leguntur, cognoscitur, codicem satis bonum nactus est

Landolfus (nam in eo legit verba ea, ubi hiant codices meliores[14]), atque plerumque eorum lectionem, interpolationem quoque eorum 220, 16 addito vocabulo 'repperisse' sequitur, nonnunquam manifestos alterius familiae errores repetit e. gr. 206, 22 'scriptione' pro 'scrutatione'. ex Landolfi textu codicum Laurentiani et Vaticani alterius archetypus aliquotiens videtur interpolatus esse addidamentis, quorum graviora haec sunt

	NZL	*HVB*
7, 8	Silvius regnavit annis	Silvius annis
10 P 16	duce Romuli eri (fratris) sui eiusdem ut fertur voluntate	duce Romuli dubium an fratris voluntate
12 P 8	rege Chaldaeorum	rege
82 P 7	vinculis dissolutis	vinculis
156, 13	muris validioribus et latioribus (laxioribus *NZ*)	muris validioribus
178, 1	liberalium artium	liberalium
194, 9	sanctorum apostolorum	sanctorum
222, 10	per annum continuum	per annum

nam possunt sane haec adfuisse in libro Pauli eo quem Landolfus usurpavit et ita ex Paulo interpolato ad Landolfum venisse: sed cum eius generis codicem nullum invenerim, quem Landolfum aetate superare constaret, fieri item potest, ut Landolfus haec addiderit et ex eo haec adsciverint qui Paulum interpolaverunt.

Praeter genuinam Historiae Romanae et Landolfianam recensionem extant aliae praeterea epitomatae, quae pro satis eleganti bonoque sermone, quo utitur Paulus, rudem et vulgarem substituentes rerum narrationem mutatam et in brevius contractam exhibent. harum recensionum per se inutilium speciminis loco epistulam, librum primum, de Attila narrationem, librum XVI in editionis appendice apponi e re visum est.

Antiquissimam harum epitomarum sistit codex **Bambergensis** E III, 14 formae maioris saeculi undecimi[15]: continet Pauli ad Adelpergam epistulam interpolatam, ipsam historiam inde a folio vicesimo quarto omissa librorum divisione, praemissis

14) Landolfus 344, 26 haec habet post narrationem de Frithigerno et Athalarico Gothis ex Historia Tripartita haustam:

'quam ob rem *Frithigernus cum suis* occidentalem 'partem petiit, Ath*alaricus vero cum suo exercitu* ibi'dem remansit. *hi ergo qui cum Frithigerno occi'duas petierant regiones, ab occidente lingua pa'tria Guisegothi id est occidentales Gothi sunt 'appellati, hi vero qui cum* Athalarico in proprias se'des *remanserant, Ostrogothae idest orientales 'Gothi sunt dicti*'.

Paulus 209, 23: ut utramque rem publicam idest Fridigernus cum suis Orientalem, Alaricus vero cum suo exercitu Occidentalem opprimeret. hi ergo, qui cum Fridigerno in Orientali remanserant parte, lingua patria ab oriente Ostrogothae id est orientales Gothi sunt dicti, isti vero, qui occiduas petierant regiones, ab occidente Wisigothae id est occidentales sunt appellati.

itaque Landolfum verba, quae in solo secundo codicum Paulinorum genere extant, legisse apertum est, loco autem mota interpolasse et transposuisse, ut consona redderet narrationi, quae praecedit. [Vide ne aliter res se habeat, nimirum locum illum Pauli male hiantem a Landolfo de coniectura expletum esse eumque inde inlatum esse in libros Paulinos ordinis deterioris, quorum vel optimos et antiquissimos mihi constat alias interpolationes ex Landolfi recensione adscivisse. nec magnopere mirabimur hiatum illum in codicibus Pauli non interpolatis omnibus reperiri, cum epistula quoque sine dubio a Paulo praemissa ab iisdem absit. utut est, mihi Paulinorum crisis solis libris prioris ordinis tuto videtur inniti. *Th. M.*]

15) codicem accuratissime descripsit Waitz (*Archiv IX, 673—703, cf. VI, 44—50*), qui de sermonis proprietate uberrime egit; exemplis ibi compositis addi possunt, quae legenti mihi occurrerunt 'se retornare' et 'per forciam apprehendere'.

Historiae Romanae initio verbis: 'et dicunt alii'. — similem, breviorem tamen in codice Oxoniensi Magd. Lat. 14 saeculi decimi quarti repperit Pauli (*Neues Archiv I. 161*) ubi epistula legitur in primo folio, historia inde a folio duodevicesimo. — consentit plerumque cum hac recensione tertia, quae est in codice Vrbinate 961 saeculi decimi quarti inde a folio vicesimo septimo omissa Pauli epistula, desinens in verba libri XVI: 'et ordinavit, ut illarum ecclesias catholici episcopi consecrarent'[16].

Denique quartam epitomen dedit codex Vaticanus 1984 saeculo undecimo et duodecimo scriptus (*cf. Archiv V, 80, Papencordt Gesch. der Vand. Herrschaft 400—405*). similem atque quae est in codicibus modo laudatis, farraginem excipit praemisso titulo, qui Landolfi historiae Romanae antecedit (p. 227, 2), inde a folio vicesimo septimo Pauli historia: deest epistula, liber nonus incipit ab Antonino Pio, decimus et undecimus sunt Pauli nonus et decimus[17], duodecimi initium est a Theodosio imperatore. textus huius codicis ad genuinum Historiae Romanae propius accedit quam codicum Bambergensis, Oxoniensis, Vrbinatis recensio: ita liber primus inde a verbis: 'Romanum igitur imperium' Pauli fere integra verba repetit et liber XVI plerumque Pauli premit vestigia. nonnumquam tamen plane nova huius recensionis vel epitomae auctor inmiscuit, quorum specimen satis lepidum apposui e 'gestis Iulii Caesaris': 'Crassus alter legatus Aquitanis et Cantabris triginta octo milia interfecit: ceteri autem, 'qui in fuga comprehensi fuerant, clamidem quoque vestimentorum eorum praecidi ius'sit usque ad nates et sic restitui in ipsorum civitate. et praecepit, ut quam diu sub'iugati essent sub Romanis, praecisis vestimentis vestirentur omnibus diebus, quo mun'dus steterit. hanc turpitudinem habuerunt Aquitanii de sua superbia, quae contra 'Romanos habuerunt'.

Recensionem, quae est in codice Vaticano, in agro Romano eo fere tempore, quo liber scriptus est, factam esse coniecit Papencordt, Bethmann autem (*Archiv X, 313*) recensiones, quas laudavimus, praeter Oxoniensem minus recte uno nomine complectens iussu Iohannis ducis Neapolitani paulo post annum 942 scriptas esse voluit nescio quibus nisus argumentis. immo omnes has recensiones scriptas esse apparet post Historiam Romanam circa annum millesimum a Landolfo compositam: eius

16) in his codicibus Pauli historia Romana pars est operis historici, quod praemissa Pauli epistula post descriptionem mundi narrationes continet fabulosas de Assyriis, de Scythis, de Amazonibus, de Francis, de Romanis (hic apponitur Pauli historia), de Langobardis. — ipsi Pauli historiae praemittuntur verba: 'et (ut *Urb.*, *om. Ox.*) dicunt alii', unde manifestum est de hac Historiae Romanae recensione verba facere epistulae Paulinae interpretem Franco-Gallicum (*Champollion l'ystoire de li Normant p. XXIV*), cum scribat: 'digne chose est 'de savoir, que cestui Paule dui foiz escript ceste ystoire delo devant dit Eutrope a la petition de dui no'bilissime marit et moillier . . mès pour ce cette première estoit trop fort stille alla dame une autre foiz cette 'meissme ystoire commensa: ensi comment dient li autre'.

17) additamentum quod extat inter Pauli libros X et XI his codicibus hoc est scilicet *Bamb. Oxon.*: nunc (huc *Ox.*) usque historiam Eutropius composuit. cui tamen aliqua Paulus Diaconus addidit iubente domina Athel'perga (Aldeberga *O*) cristianissima Beneventi ductrice coniuge domini Arichis (Arechis *O*) sapientissimi 'et catholici (catholicissimi *O*) principis ista alia (istam aliam *O*) quae sequuntur (subsequitur *O*) idem Pau'lus Diaconus ex diversis auctoribus composuit (ex diversorum auctorum paginis compilavit *O*). *Vatic.* hucus'que Eutropius historiam composuit cui tamen aliqua Paulus Diaconus addidit et deinceps quae sequuntur 'idem Paulus Diaconus ex diversis auctoribusque proprio stilo contexuit, *Vrb.* huc usque Eutropius historiam 'composuit quem sequitur Paulus Diaconus ex diversis auctoribus composuit'. (*sic*).

enim praescripta integra sua fecit librarius codicis Vaticani. similiterque additamenta nonnulla Landolfiana ut p. 383, 21: 'a Pausanio rege Sparthanorum' receperunt qui scripserunt codices Bambergensem et Vrbinatem[18].

III. DE FONTIVM NOTIS BREVIARIO ET PAVLI HISTORIAE ROMANAE ADIECTIS.

De Eutropi et Pauli fontibus atque auctoritate quaestiones cum neque in ipsa editione neque in hac praefatione absolvi posse intellexissem utrique enim auctori praesertim ad libros extremos conscribendos auctores praesto fuerunt, qui hodie non extant, quibus autem libris hodie deperditis usus sit uterque, quaerere circumscriptos huius praefationis fines excedit, cum ad alios quoque auctores id pertineat, id egimus, ut ea certe, quae recepta sunt in breviarium et in Historiam Romanam ex auctoribus, quorum libri aetatem tulerunt, in margine indicarentur et commode disiungerentur ab eis, de quorum origine et auctoritate coniectura et disputatione iudicandum est.

I. Evtropi breviarii, quod ad fontes pertinet, tres partes fieri possunt, quarum prima liberae rei publicae tempora complectitur, secunda imperatorum vitas usque ad Domitianum, tertia res inde a Nerva gestas. secunda autem pars — maxime enim est apta, unde quaestio de fontibus exordiatur — tota fere e Suetonii vitis conflata est et optime, qua ratione Eutropius libros, quos adhibuit, in compendium redegerit, ostendit, id quod exempla, quae subiecimus, illustrant.

118, 12 Romano adiecit imperio Aegyptum Cantabriam Dalmatiam saepe ante victam sed penitus tum subactam, Pannoniam Aquitaniam Illyricum Raetiam Vindelicos et Salassos in Alpibus omnes Ponti maritimas civitates, in his nobilissimas Bosphorum et Panticapaeum. vicit autem proeliis Dacos. Germanorum ingentes copias cecidit ipsos quoque trans Albim fluvium summovit, qui in barbarico longe ultra Rhenum est. hoc tamen bellum per Drusum privignum suum administravit,	*Suet. Aug.* 21: domuit autem partim ductu partim auspiciis suis Cantabriam Aquitaniam Pannoniam Dalmatiam cum Illyrico omni, item Raetiam et Vindelicos ac Salassos gentes Inalpinas. coercuit et Dacorum incursiones tribus eorum ducibus cum magna copia caesis Germanosque ultra Albim fluvium summovit.
sicut per Tiberium privignum alterum Pannonicum, quo bello XL	*Tib.* 9: (Tiberius bello) Germanico quadraginta milia dediticiorum traiecit in Gal-

18) codex Riccardianus 627 saeculi XIV — eademque exhibere refert Bethmann codices Bruxellensem 3915—3918 anno 1118 scriptum et Estensem XI F 14 saeculi XV — Orosio subiungit Pauli libros XIII—XVI omissa librorum divisione sub hac praescriptione: 'Ex Paulo diacono secuntur' libri XIII initio sic mutato:

Honorius igitur imperator dum rempublicam cotidianis cerneret labefactari incommodis *etqs.*	Paul.: igitur imperator Honorius, dum vires rei publicae cotidianis cerneret labefactari incommodis *etqs.*

et decimi sexti fine ita interpolato: 'quia vero restant adhuc, quae de Iustiniani Augusti felicitate dicuntur, insequenti libello, (in quo Langobardorum historia demonstratur), deo praesule promenda sunt. explicit'.

captivorum milia ex Germania transtulit et super ripam Rhein in Gallia conlocavit.

liam iuxtaque ripam Rheni sedibus adsignatis conlocavit.

Armeniam a Parthis recepit. obsides, quod nulli antea, Persae ei dederunt; reddiderunt etiam signa Romana, quae Crasso victo ademerant. Scythae et Indi, quibus antea Romanorum nomen incognitum fuerat, munera et legatos ad eum miserunt.

Aug. 21: Indos etiam et Scythas auditu modo cognitos pellexit ad amicitiam suam populique Romani ultro per legatos petendam. Parthi quoque et Armeniam vindicanti facile cesserunt et signa militaria, quae M. Crasso et M. Antonio ademerant, reposcenti reddiderunt obsidesque insuper optulerunt.

120, 8 multi autem reges ex regnis suis venerunt, ut ei obsequerentur, et habitu Romano togati scilicet ad vehiculum vel equum ipsius cucurrerunt.

Aug. 60: (reges) saepe regnis relictis non Romae modo sed et provincias peragranti cotidiana officia togati ac sine regio insigni more clientium praestiterunt.

122, 2 quosdam reges per blanditias ad se evocatos numquam remisit, in quibus Archelaum Cappadocem, cuius etiam regnum in provinciae formam redegit et maximam civitatem appellari nomine suo iussit, quae nunc Caesarea dicitur, cum Mazaca antea vocaretur.

Tib. 37: quosdam (reges) per blanditias atque promissa extractos ad se non remisit, ut Marobodum Germanum Rhascypolim Thracem Archelaum Cappadocem, cuius etiam regnum in formam provinciae redegit.

124, 9 ut qui exemplo C. Caligulae in calidis et frigidis lavaret unguentis, retibus aureis piscaretur, quae blattinis funibus extrahebat.

Gaius 37: ut calidis frigidisque unguentis lavaretur. *Nero* 30: piscatus est rete aurato et purpura coccoque funibus nexis.

124, 15 Britanniam paene amisit. nam duo sub eo nobilissima oppida capta illic atque eversa sunt. Armeniam Parthi sustulerunt legionesque Romanas sub iugum miserunt. duae tamen sub eo provinciae factae sunt Pontus Polemoniacus concedente rege Polemone et Alpes Cottiae Cottio rege defuncto.

Nero 39: clades Britannica, qua duo praecipua oppida magna civium sociorumque caede direpta sunt; ignominia ad Orientem legionibus in Armenia sub iugum missis. *et* 18: Ponti modo regnum concedente Polemone, item Alpium defuncto Cottio in provinciae formam redegit.

128, 7 gravi saevitia notabilis praecipue ingluvie et voracitate, quippe cum die saepe quarto vel quinto feratur epulatus. notissima certe cena memoriae mandata est, quam ei Vitellius frater exhibuit, in qua super ceteros sumptus duo milia piscium, septem avium adposita traduntur.

Vit. 13: sed vel praecipue luxuriae saevitiaeque deditus epulas trifariam semper interdum quadrifariam dispertiebat . . famosissima super ceteras fuit cena data ei adventicia a fratre, in qua duo milia lectissimorum piscium, septem avium apposita traduntur.

128, 13 interfectus autem est magno dedecore: tractus per urbem Romam publice nudus erecto coma capite et subiecto ad mentum gladio, stercore in vultum et pectus ab omnibus obviis adpetitus, postremo iugulatus et in Tiberim deiectus etiam communi caruit sepultura.

Vit. 17: seminudus in forum tractus est (e palatio) . . per totum viae sacrae spatium reducto coma capite . . atque etiam mento mucrone gladii subrecto, ut visendam praeberet faciem neve summitteret, quibusdam stercore et caeno incessentibus . . tandem apud Gemonias . . confectus est et inde unco tractus in Tiberim.

130, 2 ut qui a Claudio in Germaniam et deinde in Britanniam missus tricies et bis cum hoste conflixerit, duas validissimas gentes, viginti oppida, insulam Vectam Britanniae proximam imperio Romano adiecerit.	*Vesp.* 4: Claudio principe . . in Germaniam missus est inde in Britanniam translatus tricies cum hoste conflixit. duas validissimas gentes superque viginti oppida et insulam Vectem Britanniae proximam in dicionem redegit.
132, 1 genituram filiorum ita cognitam habuit, ut cum multae contra eum coniurationes fierent, quas patefactas ingenti dissimulatione contempsit, in senatu dixerit aut filios sibi successuros aut neminem.	*Vesp.* 25: tam certum eum de sua suorumque genitura semper fuisse, ut post assiduas in se coniurationes ausus sit affirmare senatui aut filios sibi successuros aut neminem.
7 in oppugnatione Hierusolymorum sub patre militans duodecim propugnatores duodecim sagittarum confixit ictibus.	*Tit.* 5: novissima Hierosolymorum oppugnatione duodecim propugnatores totidem sagittarum confecit ictibus.
10 ut cum nulli quicquam negaret et ab amicis reprehenderetur, responderit nullum tristem debere ab imperatore discedere, praeterea cum quadam die in cena recordatus fuisset nihil se illo die cuiquam praestitisse, dixerit: 'amici hodie diem perdidi'.	*Tit.* 8: ne quem sine spe dimitteret: quin et admonentibus domesticis quasi plura polliceretur quam praestare posset, non oportere ait quemquam a sermone principis tristem discedere; atque etiam recordatus quondam super cenam, quod nihil cuiquam toto die praestitisset, memorabilem illam meritoque laudatam vocem edidit 'amici diem perdidi'.
134, 1 tantus luctus eo mortuo fuit, ut omnes tamquam in propria doluerint orbitate; senatus obitu ipsius circa vesperam nuntiato nocte inrupit in curiam et tantas ei mortuo laudes gratiasque congessit, quantas nec vivo umquam egerat nec praesenti.	*Tit.* 11: (Tito mortuo) non secus atque in domestico luctu maerentibus publice cunctis senatus prius quam edicto convocaretur ad curiam concurrit obseratisque adhuc foribus deinde apertis tantas mortuo gratias egit laudesque congessit, quantas ne vivo quidem umquam atque praesenti.
11 expeditiones quattuor habuit, unam adversum Sarmatas, alteram adversum Cattos, duas adversum Dacos. de Dacis Cattisque duplicem triumphum egit, de Sarmatis solam lauream usurpavit. multas tamen calamitates isdem bellis passus est; nam in Sarmatia legio eius cum duce interfecta est et a Dacis Oppius Sabinus consularis et Cornelius Fuscus praefectus praetorio cum magnis exercitibus occisi sunt.	*Dom.* 6: expeditiones partim sponte suscepit partim necessario: sponte in Catthos, necessario unam in Sarmatas legione cum legato simul caesa, in Dacos duas primam Oppio Sabino consulari oppresso, secundam Cornelio Fusco praefecto cohortium praetorianarum, cui belli summam commiserat. de Catthis Dacisque post varia proelia duplicem triumphum egit, de Sarmatis lauream modo Capitolino Iovi retulit.

Suetonii verba apparet fere semper retineri, aliena, quae leguntur non ita multa, pleraque originis incertae sunt nisi quod aedificiorum a Nerone et Domitiano extructorum mentionem Eutropium e chronico urbano hausisse coniecit Mommsen (*Chronograph. v. J. 354 p. 601*).

Difficilius iudicium est de auctore Eutropi in parte prima. Suidas licet scribat sub n. Καπίτων: Εὐτροπίου ῥωμαιστὶ ἐπιτεμόντος Λίβιον τὸν Ῥωμαῖον, inscripserit licet Eutropius libros Livium imitatus 'ab urbe condita' (v. supra p. VIII), conspiret denique narratio sescenties cum Livio, nihilominus non ex ipso Livii opere sumpta est.

sed ex epitoma quadam sive chronico maximam ad partem e Livio composito: nam quam inter Eutropi Suetoniique textum deprehendimus verborum similitudinem, nequaquam eadem est inter Liviana et Eutropiana neque veri habet speciem Eutropium vasti Liviani operis in brevius contrahendi perdifficilem laborem subiisse, cum commode in usum suum vocaret epitomas Livianas, quales ea aetate plures circumferebantur. conficit rem, quod breviarium a Livio haud raro dissentit et in temporum ordine et in ipsis rebus enarrandis atque haec a Livio aliena aut Livio contraria similiter leguntur apud alios auctores Eutropi fere aequales, Rufum, Victorem, Ammianum. recte hac de re exposuit, qui nuper uberrime de Livio Eutropioque egit, Pirogoff, cuius disputationis summa haec fere est. cum Livianis consentiunt numeri annorum, quos regibus tribuit Eutropius, nisi quod Servii anni desunt et Superbo XXIIII adscribuntur. item numeri annorum post reges exactos et ab urbe condita, qui leguntur, illi I, 11—15, hi IIII, 2—23, VI, 7; reliqui numeri similes aut Livianis uno anno minores sunt

II, 1 CCCLXV = CCCLXVI *Liv.*
IIII, 24 DCXXXV = DCXXXVII *Liv.*
V, 3 DCLVIIII = DCLX *Liv.*
V, 4 DCLXII = DCLXIII *Liv.*
VI, 6 DCLXVI = DCLXVII *Liv.*

aut uno maiores:

VI, 8 DCLXXXI = DCLXXX *Liv.*
VI, 15 DCLXXXVIIII = DCLXXXVIII *Liv.*
VI, 16 DCLXXXX = DCLXXXVIIII *Liv.*
VI, 17 DCLXXXXIII = DCLXXXXII *Liv.*
VI, 18 DCLXXXXVII = DCLXXXXVI *Liv.*

sunt quoque annorum numeri, qui a Livianis longius recedant:

II, 15 CCCCLXI = CCCCLXXVIII *Liv.*
II, 18 CCCCLXXVII = CCCCLXXXVI *vel* CCCCLXXXVII *Liv.*
III, 10 DXL = DXXXV *Liv.*

annorum regum Romanorum numerus universus est Catonianus. item fortasse anni a. u. c. I, 18 CCCII et 19 CCCXV. decemvirorum anni duo sunt, apud Livium tres, anni sine magistratibus quattuor, apud Livium quinque, tribunorum militarium consulari potestate eorum, qui post solitudinem magistratuum facti sunt, anni tres, apud Livium quattuor; ab urbe condita usque ad Hirtium et Pansam consules computantur anni DCCX, qui annus Livio DCCVIII fuerit necesse est, nobis secundum aeram Varronianam est DCCXI. ad Veterem et Valentem consules anni numerantur DCCCL, qui est annus Varronianus DCCCXLVIIII, ad Iovianum et Varronianum consules MCXVIII secundum Eutropi libros meliores, qui annus est Varronianus MCXVII, quem ipsum numerum tam Festus habet quam breviarii codicum familia secunda. ex eis, quae Livianis inserta sunt aliunde petita, ipse Eutropius inseruisse videtur, quae leguntur de ludis Romanis (I, 6), de consulibus primis (I, 9, 1), de dictatura (I, 12, 2), de Coriolano (I, 15, 3), de legionibus (II, 6, 1), de Scipione (III, 15, 2), de Eumenia (IIII, 4, 2), de Hannibalis sepulcro (IIII, 5, 2), denique, quae ad oppidorum nomina nonnunquam adscripta sunt, milia passuum, quibus distarent ab urbe Roma, petita scilicet ex itinerariis. — nos hanc partem ita instituimus, ut ex fontium notis appareret, Eutropiana utrum cum Livianis conveniant necne et ut quid is habeat non ex Livio desumptum, facile perspiciatur. itaque aut ipsos libros Livianos, quatenus extant, aut per deperditam operis partem auctorum, qui e Livio pendent, locos huc facientes in notis laudavimus, aliorum auctorum si quae mentio

facta est. non hoc dicimus Eutropium ex eis hausisse sed eadem similiave apud eos inveniri atque apud Eutropium.

Tertia denique pars, quae est de imperatorum inde a Nerva rebus gestis, cum saepissime eadem atque Scriptores Historiae Augustae tradat, nequaquam eam inde sumptam esse contra quam vulgo credunt, nobis persuasit Pirogoff, immo Eutropio et Victori et biographis illis aut idem aut certe similis auctor subest. cum ita adhibuerunt Eutropius et Scriptores, ut quinquies libro VIII, semel VIIII ad verbum fere excerpta Eutropiana cum vitis illis consentiant[19].

II. Pavlvs ipse, quo modo Eutropi breviarium adauxerit, exposuit his epistulae verbis: 'ac primo paulo superius ab eiusdem textu historiae narrationem capiens 'eamque pro loci merito extendens quaedam etiam temporibus eius congruentia ex di- 'vina lege interserens eandem sacratissimae historiae consonam reddidi. et quia Eutro- 'pius usque ad Valentis tantummodo imperium narrationis suae in ea seriem deduxit, 'ego deinceps meo ex maiorum dictis stilo subsecutus sex in libellis superioribus in 'quantum potui haud dissimilibus usque ad Iustiniani Augusti tempora perveni'. secundum hanc divisionem, quam ipse auctor indicat, nos quoque primum de libris I—X deinde de sex extremis disputabimus[20].

Breviarii codicem, quem nactus est, Paulus ad verbum descripsit additamentis insertis aut quod placet Mommseno, ipsi codici additamenta ita adscripsit, ut cum supplementis suis deinde librario describendum traderet; ab iis quae apud Eutropium legebantur, recessit ibi tantum, ubi propter additamenta sua requirebatur, id quod raro usu venit. quae transposuit, delevit, mutavit, haec sunt. transposita sunt verba: 'vir — fastigio suo' 118, 6—10 post: 'militabat' 121 P 19 et 'templum — constituit' 158, 11. 12 post: 'saepsit' 156 P 14. desunt apud Paulum ex Eutropianis haec:

8, 10 tertio — CCCXCIIII
10, 5 orta subito tempestate
30, 7 et sub iugum miserunt
48, 16 tum Marcellus — 18 sua occidit
52, 3 is quoque vincitur
54, 14 M. Claudius, 56, 1 civitatem — pugnavit
58, 14 uno animo
60, 9 apud Senam Piceni civitatem
10 ingentes — interfectae sunt
72, 4 oppugnaverunt — dimicabat
14 is eam cepit ac diruit
76, 12 postremo ipsam, diu — confecit et
78, 10 in proelio interfectus
96, 1 et per Italiam vagantes
100, 1 Pharnacis — 2 hausit
106, 14 victusque — Pompeius est
108, 6 qua causa — 7 lorica aurea
118, 3 ita ab — 6 Martio sepultus
120, 10 moriens — appellatus
122, 1 Tiberius — 2 libidine nam
152, 7 senior — referri
156, 16 Romanam — revocavit
158, 3 qui quidem — 4 reliquit
11 urbem — cinxit
181, 7 post hunc Iovianus — militabat

19) hac ut videtur causa motus Iacobi (*l. l. p. 60*) libri octavi capita I—XXII ex epitoma e Marii Maximi libris confecta pendere coniecit.

20) Inter Eutropium Paulum Landolfum quae intercedat ratio, luculenter demonstravit Papencordt (*Gesch. der Vandal. Herrschaft in Africa p. 394—425*); exposuit deinde de Pauli Historia Romana Bethmann (*Archiv X, 307 ss.*). postea de Pauli fontibus quaesiverunt Bauch (*die historia Romana des P. D. 1873*), de libris inde ab undecimo Oechsli (*über die historia miscella l. XII—XVII und d. Anom. Vales. II 1873*); ipse fontium conspectum proposui (*Forschungen XV, 1, 167*). praeterea alii alias tetigerunt partes, inter quos nominandi sunt Waitz (*Forschungen I, 4* et *Göttinger Nachrichten 1865 p. 81*) et Holder-Egger (*Neues Archiv I, 300—309*).

mutata sunt minora haec:

20, 1 a consulibus (consulibus *Eutr.*)
32, 1 sublatum est (sustulerunt)
34, 3 ob quae (quare)
52, 2 saucius (vulneratus)
eundem amnem (Trebiam amnem)
60, 1 pugnaverunt (pugnatum est)
76, 7 quasi (quem) *propter codicis hiatum, qui sequitur*
78, 6 exceptus (susceptus)
78, 8 infinita ⟨habens⟩ *ultimo vocabulo, quod deerat in archetypo, suppleto*
11 eius (ipsius)
82, 16 (triumphi per) — Marium ⟨acti sunt⟩ *codicis hiatu expleto*
100, 20 expugnavit (cepit)
118, 11 Caesarem (eum)
122, 8 Tiberio (ei)

maiora autem haec:

	Eutropius
30, P 10 sub tali tamen condicione pacis, qualis facienda Samnitibus placuit	30, 8 (pax) quae cum ipsis (Samnitibus) propter necessitatem facta fuerat
30, P 15 Luciusque Papirius consul adversus eos directus est . . . . 19 congressi itaque Samnites cum Papirio superati sunt, quorum VII milibus sub iugum missis Papirius *etqs.*	30, 8 postea Samnites victi sunt a L. Papirio consule, VII milia eorum sub iugum missa. Papirius *etqs.*
50, 4 perdomiti sunt	perdomitique sunt omnes
52, P 6 tunc se Hannibali multi Itali dedidere . . . 14 igitur Hannibal ad Tusciam veniens	52, 3 Hannibali multi se in Italia dediderunt. inde ad Tusciam veniens Hannibal
54, 3 in omnibus his tamen malis	in quibus tamen malis
108, 5 insidias paravit	parare voluit insidias.

Aaddidit Paulus complura, scilicet usque ad librum sextum adsumptis locis imprimis Orosii, Hieronymi, Iordanis libri de successione regnorum qui dicitur, inde a libro VII epitomam de vita et moribus imperatorum potissimum adhibuit, Iordanem in hac operis parte bis tantum inspexit (117; 126), Orosium item bis (119; 160), Hieronymum bis (119; 152). Hieronymi Iordanis epitomae excerpta fere semper ad verbum inseruit, Orosii ambages in compendium fere redegit ita tamen, ut nunquam ab auctore longius discederet. praeterea per libros decem primos exscripsit paucis locis Solinum scilicet de Cinea 34 (I, 109) et de Caesare 112 (I, 106, 107), Frontini strategemata de Marcello 48 (IIII, 5, 4), de Hannibale 53 (II, 27), de Paullo et Varrone 54 (IIII, 5, 5, 6). ea quae de Italiae historia usque ad Romulum breviarii initio praemisit, ex eadem, qua Hieronymus usus est, historia Latina sumpta esse conieci (*cf. de Demophanti Patrocl. Tisam. populiscitis 1873 p. 48*), eamque historiam librum de origine gentis Romanae pleniorem fuisse probavit nuper Mommsen (*Herm. XII, 408*). Paulus cum, ut diximus, plerumque quos ad manus habuit libros satis accurate expresserit, et quo quid auctore posuerit, fere constet, paucos subicimus locos, qui aut ad eorum auctorum, quos Paulum adhibuisse constat, aliquem prope accedunt sed ut dubitari possit, num eum ipsum eo loco Paulus usurpaverit, aut similes sunt locis Iustini, Livi, Plini, quorum ipsa volumina Paulum compilasse vix est credibile.

14, 1 quo tempore (Tarquinii Superbi) ad relaxationem Cyri regis Persarum reversi sunt Hierosolymam Iudaei XLII milia quadringenti.	*cf. Hier. a.* 1456 (= a. XXI. Servii): 'Cyrus Hebraeorum captivitate laxata D ferme hominum milia regredi fecit in Iudaeam', quae descripsit Iordanes p 224.

14, 5 Tarquinii sane temporibus castissima Iudith Holofernem peremit.

numerus Iudaeorum apud Esram est XLII milia CCCLX (2, 6, 4).

cf. Hier. 1487 (= a. XVIII. Tarquini): sub quo (Cambyse) Iudith historia contexitur.

14, 6 isdemque temporibus Pythagoras philosophus claruit, qui Samo oriundus Crotone docuit, novissime Metapontum adiit ibique sepultus est.

similia habet Iustinus XX. 4, sed uberiore narratione explicata.

24, 1 circa haec tempora (Romae a Gallis captae) Esther putatur historia conscripta.

cf. Hier. 1613 (Roma capta anno 1626): sub hoc rege (Artaxerxe Mnemone) mihi videtur historia, quae in Hester libro continetur, expleta.

Iord. R. p. 224: sub quo (Artaxerxe sive Asvero) liber Hester confectus est.

59, 1 denique dum quaedam adulto flore virgo pulcherrima ab eo (Scipione) deprehensa fuisset, eam paterna pietate servavit concedens parentibus, ut eam redimerent; ad se etiam puellae sponsum nobilissimi generis virum venire persuadens ei ipsam quasi pius in matrimonium genitor tradidit dotisque nomine puellae pretium, quod a parentibus eius acceperat, condonavit: pro quibus factis maxime adnitente puellae sponso eiusque parentibus (omnes fere Hispaniae ad eum transierunt).

cf. Frontin. 2, 11, 5: Scipio Africanus in Hispania cum inter captivas eximiae formae virgo nubilis ad eum perducta esset omniumque oculos in se converteret, summa custodia habitam sponso nomine Allucio reddidit. insuperque aurum, quod parentes eius redempturi captivam donum Scipioni adtulerant, eidem sponso pro nuptiali munere dedit. qua multiplici magnificentia universa gens victa imperio populi Romani accessit.

117, 1 (Cleopatra) exornata diversis ornamentis ad Caesarem venit sperans eum, ut ceteros, sua specie ad libidinem inlicere, sed ille se intra pudicitiam coartans ad eius concupiscentiam minime inflexus eam mox custodiri mandavit: quae custodia elapsa in pretioso sepulcro iuxta Antonium suum se collocans (mortem sibi conscivit).

cf. Iord. R. p. 225: regina ad pedes provoluta tentavit oculos ducis frustra quidem. nam pulchritudo intra pudicitiam principis fuit. nec illa de vita, quae offerebatur, sed de parte regni laborabat. quod ut desperavit a principe servarique se triumpho cognovit, incautiorem nacta custodiam in mausoleum se regum recepit ibique maximos ut solebat cultus induta in referto odoribus solio iuxta suum se collocavit Antonium.

52, 15 nam per summa montium iuga et abditos nemorum saltus castra ponens (Fabius) Hannibalis fervorem elusit.

cf. Liv. XXII, 14, 8: nos hic . . per aestivos saltus deviasque callis exercitum ducimus conditi nubibus silvisque.

52, 16 victus quoque Hannibal fertur de Fabio suis ita dixisse: num quid non dixi vobis, quod montana haec nubes maxima nos in campo vi tempestatis obrueret?

cf. Liv. XXII, 30, 10: Hannibalem quoque ex acie redeuntem dixisse ferunt. tandem eam nubem, quae sedere in iugis montium solita sit, cum procella imbrem dedisse.

50, 6 quibus (Saguntinis ante captam ab Hannibale urbem) ante hoc portenderat triste prodigium: nam cum paene enixa

cf. Plin. n. h. VII, 3, 35: est inter exempla, in uterum protinus reversus infans Sagunti, quo anno deleta ab Hannibale est.

mulier esset, infans in uterum regressus civitatis excidium significavit.	
65, 1 (Boii) a quibus Ticinum civitas condita est.	*cf. Plin. n. h. III*, 7, 124: Laevi et Marici (Ligures) condidere Ticinum non procul a Pado.

Additamenta denique quae sequuntur

50, 4 se (Hannibalem), ut primum posset, adversus Romanos pugnaturum
119, 2 eo quod rem publicam auxerit, (Augustus nomen accepit)
120, 16 (diligebat Augustus Virgilium), Flaccumque (poetas)[21]
152, 6 inter ceteros beatissimum levitam et martyrem Laurentium extinxit (Decius)
156, 3 (Claudius vicit Alamannos) in silva quae Ligana dicitur.

ita comparata sunt, ut ea Paulus non ex libris descripta sed de suo adiecisse videatur. etiam leviora sunt, quae apposuit, ut breviarii et additamentorum verba aliquatenus cohaererent, quae sunt vocabula: 'ergo, igitur, itaque, denique, siquidem, hoc tempore, his diebus' similiaque, item:

8, 7 ut praemissum est
10, 18 causa autem interitus haec fuit
14, 1 invasit imperium
34, 2 (pax) tamen quam offerebat
48, 1 nam idem consules
53, 3 eaque de causa Romanorum exercitum stravit
54, 3 perierunt autem ibi
72, 12 (tribunus) ut dictum est militum
98, 1 expugnavit etiam
102, 1 expugnavit namque in ea
152, 1 ex quibus iunior Philippus
4 e quibus senior
156, 1 ducis sui

Pergimus ad sex libros a Paulo additos totos. agemus autem primum de duobus primis XI et XII additis capitibus primo et secundo libri XIII; auctores enim, quos Paulus in his adhibuit, cum omnes fere supersint, ex hac disquisitione optime intellegetur, quomodo Paulus versatus sit in ea operis parte, quam totam ipse composuit, eaque disputatio quaestionis de reliquorum librorum fontibus solidum fundamentum erit.

Eutropius ubi desinit, Paulus in eius locum ita substituit Orosium, ut ex epitoma Hieronymo Iordane spicilegium solito more institueret, narrationem autem continuam ex Orosio peteret ipsis verbis, ubi fieri posset, servatis, aut ubi non posset, caute et prudenter contractis. cuius rei quattuor subieci exempla, duo quae rationem inter Pauli et Orosii textum, duo, quae, quomodo excerpta coniungantur, demonstrant:

193, 1 interea Rufinus, cui a Theodosio Orientalis aulae cura commissa est, malo perfidiae depravatus, cum barbarorum solaciis regnum temptaret invadere, morte iustissima poenas luit. Stilico quoque Occidentis tutor imperii inmemor conlatorum beneficiorum inmemor adfinitatis, nam socer extabat Honorii, regnum et ipse Eucherio filio affectans ingentia rei publicae intulit mala; nam cum saepe delere posset barbaros, fovit, saepe Alaricum cum Gothis suis vicit, saepe conclusit, semperque	*Or.* 567: interea cum a Theodosio . . . singulis potissimis infantum cura et disciplina utriusque palatii commissa esset hoc est Rufino Orientalis aulae Stiliconi Occidentalis imperii, quid uterque egerit quidve agere conatus sit, exitus utriusque docuit; cum alius sibi, alius filio suo (571 Eucherium filium suum) adfectans regale fastigium, ut rebus repente turbatis necessitas rei publicae scelus ambitus tegeret, (572 Stilico qui ut unum puerum purpura indueret, totius generis humani san-

[21]) 'Flaccumque' vocabulum Opitz (*act. soc. phil. Lips. III, 276*) Paulum ex integra epitoma, a cuius quidem libris qui supersunt omnibus abest, adiecisse existimat.

dimisit. cui quis fuerit exitus, suo melius in loco dicetur.

guinem dedidit) barbaras gentes ille inmisit, hic fovit. taceo de Alarico rege cum Gothis suis saepe victo saepe concluso semperque dimisso. (572 quod et extorquere imperium genero posset [Stilico] in filium).

187, 4 (Valentis persecutione) per singulas ubique provincias adversus catholicas ecclesias et rectae fidei populos diversa sunt inlata incommoda.

Or. 551: quae autem per diversas ubique provincias his similibusque iussis adversus ecclesias catholicas et rectae fidei populos gesta sint, satis significatum ipsa reticendi electione sufficiat.

186, 10 Valentinianus vero anno imperii sui undecimo, cum Sarmatae sese per Pannonias diffudissent easque vastarent, bellum in eos parans dum apud Brigetionem oppidum || Quadorum legationi responderet anno aevi quinto et quinquagesimo || subita effusione sanguinis, quae Graece apoplexis vocatur, || voce amissa sensu integer expiravit. quod quidem intemperantia cibi ac securitate, qua artus diffuderat, accedisse plures retulere. || fuit autem imperator egregius, vultu decens, sollers ingenio, animo gravis, moribus Aureliano similis, sermone cultissimus, quamquam esset ad loquendum parcus, severus, vehemens, infestus vitiis maximeque avaritiae. severitatem tamen eius nimiam et parcitatem quidam crudelitatem avaritiam interpretabantur: || acer in his, quae memoraturus sum, Hadrianoque proximus pingere venustissime, meminisse, nova arma meditari, fingere cera seu limo simulacra, prudenter uti locis temporibus sermone atque ut breviter concludam, si eis foedis hominibus, quibus sese quasi fidissimis prudentissimisque dederat, carere aut probatis uti licuisset, perfectus haud dubie princeps enituisset.

Or. 550: Anno autem XI imperii sui Valentinianus, cum Sarmatae sese per Pannonias diffudissent easque vastarent, bellum in eos parans apud Brigitionem oppidum subita effusione sanguinis, quod Graece apoplexis vocatur, suffocatus ac mortuus est.

ep. 45, 8, 9: Valentinianus apud Bergetionem Quadorum legationi respondens anno aevi quinto et quinquagesimo impetu sanguinis voce amissa sensu integer exspiravit. quod quidem intemperantia cibi ac saturitate, qua artus diffuderat, accidisse plures retulere.

Hier. 2381: Valentinianus egregius alias imperator et Aureliano moribus similis nisi quod severitatem eius nimiam et parcitatem quidem crudelitatem et avaritiam interpretabantur.

ep. 45, 5, 6: hic Valentianus fuit vultu decens, sollers ingenio, animo gravis, sermone cultissimus, quamquam esset ad loquendum parcus, severus, vehemens, infestus tamen vitiis maximeque avaritiae, cuius cupitor ipse fuit acer et in his, quae memoraturus sum, Hadriano proximus, pingere venustissime, meminisse, nova arma meditari, fingere cera seu limo simulacra, prudenter uti locis temporibus sermone atque ut breviter concludam, si ei foedis hominibus, quis sese quasi fidissimis prudentissimisque dederat, carere aut probatis eruditisque monitoribus uti licuisset, perfectus haud dubie princeps enituisset.

187, 19 denique lacrimabili cum Gothis bello commisso || ad primum Gothorum impetum perturbatae Romanorum equitum turmae nudatos pedes deseruere. qui mox equitatu hostium saepti ac sagittarum nubibus obruti cum amentes metu

Or. 553: itaque XV imperii sui anno lacrimabile illud bellum in Thracia cum Gothis iam tunc exercitatione virium rerumque abundantia instructissimis gessit. ubi primo statim impetu Gothorum perturbatae Romanorum equitum turmae nuda

huc illucque fugitarent, funditus interiere. ipse imperator cum sagitta saucius versusque in fugam || ob dolorem nimium saepe equo laberetur || atque in vilissimam casulam deportatus esset, supervenientibus Gothis ignique supposito concrematus est. ||

peditum deseruere praesidia. mox legiones peditum undique equitatu hostium cinctae ac primum nubibus sagittarum obrutae deinde cum amentes metu sparsim per devia cogerentur, funditus caesae gladiis insequentium contisque perierunt. ipse imperator cum sagitta saucius versusque in fugam *etqs.*

epit. 46, 2: hic Valens cum Gothis lacrimabili bello commisso sagittis saucius in casa deportatur vilissima, ubi supervenientibus Gothis ignique supposito incendio concrematus est.

Hier. 2395: ipse imperator Valens cum sagitta saucius fugeret et ob dolorem nimium saepe equo laberetur *etqs.*

denique petentibus Gothis, ut eis episcopos mitteret, a quibus fidei rudimenta susciperent, Valens doctores ad eos Arriani dogmatis misit, sicque universa illa gens Arriana effecta est. iusto itaque dei iudicio ab illis igne crematus est, quos ipse perfidiae succenderat igni. ||

Or. 554: Gothi antea per legatos supplices poposcerunt, ut illis episcopi, a quibus regulam Christianae fidei discerent, mitterentur. Valens imperator exitiabili pravitate doctores Arriani dogmatis misit. Gothi primae fidei rudimentum quod accepere tenuerunt. itaque iusto dei iudicio ipsi eum vivum incenderunt, qui propter eum etiam mortui vitio erroris arsuri sunt.

Gothi vero imperatore occiso iam securi ad urbem properant Constantinopolitanam, ubi tunc Dominica Augusta Valentis uxor multa pecunia plebi largita ab urbis vastatione hostem submovit, regnum cognatis fideliter viriliterque servavit. ||

Iord. 238: Gothi vero occiso imperatore iam securi ad urbem properant Constantinopolitanam, ubi tunc Dominica Augusta Valentis uxor multam pecuniam plebi largita ab urbis vastatione hostes submovit regnumque cognati, usque dum ille Theodosium ordinasset, fideliter utiliterque servavit.

Additamenta non ex auctoribus desumpta in his quoque libris talia sunt, qualia esse in Eutropianis vidimus. ut recte intellegatur, quam sint exilia, omnia composuimus. scilicet ut excerpta quodammodo consarcinaret, interponit haec:

his diebus 185, 16; 186, 1
interea 196, 8
non multo post tempore 186, 8
dum 186, 11
autem 186, 14
tamen 186, 17
hic enim 186, 26
praecipueque 187, 3
quibus cognitis 187, 17
denique 187, 25; denique prius 190, 29
igitur 187, 33; 190, 8; 196, 2; itaque 192, 7
porro Gratianus 188, 10
nihilominus 188, 13
at vero Gratianus 189, 11
mox, eum 190, 24
quoque 191, 17; 196, 11
interdum 191, 18
inter haec 193, 8; 195, 22
sane 194, 12
qui, dein 195, 8
continuo 196, 3
postmodum 196, 10
e contrario 196, 21

aliis locis perspicuitatis causa inserit nonnulla, scilicet haec:

- aetatis *vocabulum* 188, 15; 189, 15; 192, 7
- habentem 189, 15
- imperatorum 189, 27
- ut dictum est 185, 10; 195, 13
- quem sibi, ut praemisimus, Gratianus, sociavit in regno 186, 31
- (iussus) a Valente 187, 10
- (turbo ventorum) a parte Theodosii 190, 26
- (x milia) auxiliatorum 190, 29
- ad cuius laudem (poeta cecinit) 190, 31
- (incendium quantum) olim a Caesare factum est 194, 13 (cf. *tamen infra p. LI.*)
- (detrimento magis) . . quam augmento 195, 24
- (legationem) in his verbis 196, 22

raro ab auctorum verbis longius recedit, ut factum est:

187, 4 '(monachorum multitudo) martyrii consecuta est palmam'.

Or. 551: interfecta sunt ibi multa agmina sanctorum. *Hier.* 2391: multi monachorum caesi.

paulo graviores loci sunt duo, qui sequuntur: 191, 23 'inerat ei cura pietatis eximiae' ante 'colere patruum tanquam'. pro quibus est in epitoma, quam sequitur, 'iam illa minutiora et ut dicitur intra aulam, quae quidem quia occulta sunt, magis naturae hominum curiosae oculos auresque ad se trahunt'. item 193, 12 Radagaiso Romam ingresso 'invadit ilico Romam pavor infinitus'. pro quibus Orosius, quo hic utitur, habet 568 'hoc (Radagaiso) igitur Romanis arcibus inminente'.

Denique ter[22] in libris XI, XII, primis decimi tertii capitibus ex libro deperdito hausit

188, 2: 'hoc denique ei *Gratiano* recta fidei cultura contribuit. nam cum usque 'ad id tempus Italia Arrianae perfidiae morbo langueret (post Auxentii seram mortem) 'cum (Ambrosius) ex pagano iudice subito (apud Mediolanium) divino nutu episcopus 'a cunctis fuisset electus moxque catholico baptismate tinctus praesul esset ordinatus 'cumque pro fide catholica libros Gratiano imperatori porrexisset ac veneratione qua 'debuerat susceptus esset, (universa) statim ad rectam fidem Italia repedavit': in quibus quae uncis inclusa leguntur, ex Hieronymo a. 2390 hausta sunt: post Auxenti seram mortem Mediolanii Ambrosio episcopo constituto omnis ad fidem rectam Italia convertitur.

190, 6: 'hanc Maximo perditionem beatus Martinus ante praedixit'.

191, 29: 'huius Theodosii imperatoris (et apud homines mansuetudo et) quanta 'extiterit apud deum devotio, hoc uno monstratur exemplo: nam cum apud Mediola-'nium missarum fruiturus sollemniis ecclesiam vellet intrare eumque beatus Ambrosius 'pro quodam facinore, nisi publice paeniteret, non admissurum se diceret, et prohi-'bitionem humiliter pertulit et satisfactionem non erubescens indictum ab episcopo 'paenitentiae modum devotus excepit'.

22) de eis, quae de Athanarico et Alarico (XI, 15; XII, 13—15) narrat, infra dicendum erit. — verba 192, 3: 'huic (Theodosio) sociata in coniugio Flacilla fuit, ex qua Archadium et Honorium genuit; qua de-'functa Gallam Valentiniani maioris et Iustinae filiam Valentiniani quoque iunioris sororem in matrimonium 'duxit, quae ei Placidiam peperit, cui postea de matris nomine Gallae cognomen accessit' praeter verba 'Va-'lentiniani maioris et Iustinae filiam' e 186, 30 repetita et ea, quae sunt inde a 'cui postea', e Iordane descripta sunt p. 238: 'de qua Galla dehinc Theodosius imperator Flacilla defuncta, quae ei Archadium et Ho-'norium pepererat, Placidiam generavit, quae mater fuit moderni Valentiniani iunioris imperatoris'.

Inspexit igitur Paulus ad conscribendos libros XI, XII, decimi tertii capita duo prima Orosium, epitomam, Hieronymum, Iordanis Romana, librum quendam de rebus Gothicis de Athanarico et Alarico, quibus accedit auctor ecclesiasticus, cui tres locos modo relatos debet[23]. primarium auctorem elegit Orosium, cuius narrationi tamquam operis staminibus reliqua additamenta adnectuntur, verba auctorum retinet aut ipsa aut leviter immutata, nec quicquam, quod habeat momentum, de suo addit.

Eadem prorsus ratione compositum esse librum decimum tertium inde a capite tertio auctores a Paulo adhibiti, quatenus supersunt, testantur. adhibitus est in eo Iordanis semel (197, 33). novum accedit Bedae chronicon[24]: primum autem locum in hoc libro obtinet auctor, cui cum magna similitudo sit cum Prosperi chronico, tamen

---

23) aut huic aut Prospero debet Paulus, quae leguntur de Martino, Hieronymo, Augustino:

188, 7 eo tempore in Galliis apud Turonos multis beatissimus Martinus lampabat virtutibus.

Prosp. 381: Martinus episcopus Turonorum Galliae civitatis multis clarus habetur (*Tiro:* apostolicis virtutibus insignis habetur).

totoque orbe doctrinis et scientia clarus apud Bethleem civitatem Palaestinae situs radiabat Hieronymus.

id. 385: hoc tempore Hieronymus presbyter toto iam mundo clarus habitat in Bethleem egregio ingenio et studio universali ecclesiae serviens.

et 196, 16 in qua (Africa) fulgentissimus tunc apud Ipponi regium totiusque magister ecclesiae florebat Augustinus.

id. 395: Augustinus beati Ambrosii discipulus multa facundia doctrinaque excellens Hippone Regio in Africa episcopus ordinatur.

24) eiusdem quoque Historiam Ecclesiasticam gentis Anglicae Paulus videtur adhibuisse; inter ea enim, quae ad verbum plerumque e chronico de rebus Anglorum narrat, leguntur haec:

200, 14 (cum Aetius minime annuisset) eo quod contra viciniores hostes occupatus existeret.

H. E. I, 13: neque . . quicquam ab illo (Aetio) auxilii impetrare quiverunt utpote qui gravissimis eo tempore bellis cum Blaedla et Attila regibus Hunnorum erat occupatus.

200, 17 nec ultra exinde hactenus valuerunt expelli (Picti). at vero residui Brittanorum dum continue Scottorum impetus formidarent, ultra iam de Romanorum praesidio diffidentes (*Anglos invitant*).

H. E. I, 14: revertuntur grassatores Hiberni domus post non longum tempus reversuri. Picti in extrema parte insulae tunc primum et deinceps quieverunt [Picti extremam insulae partem tum primum et deinceps habitaturi detinent *chron.*], praedas tamen nonnunquam exinde et contritiones de Brittorum gente agere non cesserunt. initum namque consilium est, quid agendum, ubi quaerendum esset praesidium ad evitandas vel repellendas tam feras tamque creberrimas gentium Aquilonalium inruptiones placuitque (*ut Anglos vocarent*).

205, 21 ecce autem adhuc ibidem sanctis episcopis consistentibus valida [Saxonum Pictorumque manus Brittaniam advehitur *e chron.*] nihilominus Brittones mox arma corripientes hostibus obviam pergunt, cum quibus beatissimus Germanus sponte se offerens una pergit ad proelium, cumque ipse dux belli ante consertam aciem constitisset iamque hostes conglobati propius adventarent, non tubae clangoribus, non gladiis fidens imperat solummodo sanctus antistes, ut cum ipse prior inclamasset, omnes voce consona eundem responderent sermonem. moxque elevata magna voce Alleluia sonuit: cumque omnis exercitus sublato ad sidera clamore Alleluia respondisset cunctaque per circuitum loca resultassent, continuo tantus hostes pavor invadit, ut dissoluta acie fugam arripientes, ac si singulorum cervicibus gladius immineret, tremebundi ad propria refugerent.

H. E. I, 19: sed et bellum Saxonum Pictorumque adversus Brittones eo tempore iunctis viribus susceptum divina virtute retundunt: cum Germanus ipse dux belli factus non tubae clangore sed clamore Alleluia totius exercitus voce ad sidera levato hostes in fugam vertit inmanes.

H. E. I, 20: Germanus ducem se proelii profitetur . . et iam aderat ferox hostium multitudo . . tum subito Germanus signifer universos admonet et praedicit, ut voci suae uno clamore responderent . . Alleluiam tertio repetitam sacerdotes exclamant: sequitur una vox omnium et editum clamorem repercusso aero montium conclusa multiplicant, hostile agmen terrore prosternitur . . trepidationi iniectae vix sufficere pedum pernicitas credebatur.

neque integrum quod dicimus nec Vaticanum nec Tironianum Paulus videtur adhibuisse. sunt autem loci, de quibus agimus, hi:

III his ita tantis incommodis deo favente sopitis Honorius Gallam Placidiam germanam suam Constantio suo comiti fide integerrimo et ingenti viro iam dudum promissam magno cunctorum gaudio sociavit, ex qua Valentinianum filium Constantius genuit. qui postea rei publicae imperium gessit.

hoc in tempore foedus firmissimum cum rege Gothorum Wallia Constantius pepigit tribuens ei ad habitandum Aquitaniam Galliae provinciam eiusdemque provinciae quasdam civitates vicinas.

cernens itaque Honorius ubique se Constantii virtute et ingenio seu per bella seu pacis moderatione tueri eum cunctis adnitentibus apud Ravennam in regni consortium adscivit, qui necdum septem mensibus evolutis ex hac luce subtractus est.

IV his diebus apud Bethleem Palaestinae beatissimus Hieronymus expletis nonaginta uno vitae annis ad Christum migravit.

V sequenti tempore Maximus apud Hispanias factione Ioviani, qui tunc in re militari clarus habebatur, tyrannidem arripuit. nec multo post superati utrique et capti ab Honorii exercitu eidem, cum apud Ravennam tricennalia sua ageret, praesentantur.

VI hoc tempore dum Wandali Alanique Hispanias infestarent, Honorius ad eas defensandas Castinum ducem cum exercitu dirigit. qui Castinus praeclarum virum Bonifatium ac bellicis artibus exercitum inepto et iniurioso imperio ab expeditionis suae societate avertit. Bonifatius vero periculosum sibi indignumque ratus eum sequi, quem discordem superbientemque expertus esset, celeriter se ad portum urbis atque inde ad Africam proripuit magnumque postmodum rei publicae detrimentum totiusque Africae causa excidii extitit. Castinus vero tanto collega ob suam intemperantiam privatus nihil dignum in Hispaniis gessit.

Prosp. int. 416: eiusque (Placidiae) nuptias Constantius promeretur. *Vat.:* Constantius eam (Gallam) accepit uxorem.

int. 418: Valentinianus Constantii et Placidiae filius nascitur VI Non. Iul.

Tiro 750 XXIX: (Constantius dignitate imperii) vix octo mensibus usus interiit. Valentiniano octo annorum filio derelicto.

int. 419: Constantius pacem firmat cum Wallia data ei ad habitandum Aquitania secunda et quibusdam civitatibus confinium provinciarum (*similiter Aug. Vat., om. Tiro*).

420: Constantius ab Honorio in consortium regni adsumitur. 421: Constantius imp. moritur. *Tiro:* Constantio dignitas imperii ab Honorio sponte delata, qua vix octo mensibus usus periit.

420: Hieronymus presbyter moritur anno aetatis suae XCI prid. kal. Oct.

solus Tiro: XXX: Maximus tyrannus de regno deiicitur ac Ravennam perductus sublimem spectaculorum pompam tricennalibus Honorii praebuit.

422: hoc tempore exercitus ad Hispanias contra Vandalos missus est. cui Castinus dux fuit. qui Bonifatium virum bellicis artibus praeclarum inepto — avertit: nam ille periculosum sibi atque indignum — proripuit idque rei publicae multorum laborum (et malorum sequentium initium fuit.

VII inter haec Placidia Augusta a fratre Honorio pulsa ad Orientem cum Honoria et Valentiniano filiis profecta a Theodosio Augusto Archadii alterius germani sui filio honorifice libenterque suscepta est.

Honorius vero postquam cum minore, de quo praemissum est, Theodosio Archadii sui germani filio annis XV imperasset, cum iam antea cum fratre annis XIII ac sub patre duobus regnasset, rem publicam, ut cupierat, pacatam relinquens apud urbem Romam vita exemptus est corpusque eius iuxta beati Petri apostoli martyrium in mausoleo sepultum est.

VIII (198, 2) fuit sane Honorius moribus et religione patri Theodosio non valde absimilis. cuius temporibus quamvis multa externa et civilia bella surrexerint, vel nullo vel minimo sanguine quievere.

exempto rebus humanis Honorio fultus praesidio Castini magistri militum Iohannes invadit imperium.

VIIII anno ab urbe condita MCLXXVII Theodosius Archadii filius XLIII regum Romanorum Orientale regebat imperium. qui comperto patrui sui Honorii funere mox Valentinianum amitae suae Placidiae filium Caesarem effectum cum matre Augusta ad recipiendum Occidentis dirigit regnum. quo tempore Iohannes, dum Africam, quam Bonifatius obtinebat, bello reposcit, ad defensionem sui infirmior factus est.

denique venientes Placidia Augusta et Valentinianus Caesar mira eum felicitate continuo opprimunt regnique gubernacula victores arripiunt.

quorum tunc milites crudeliter Ravennam depopulati sunt eo, quod illius maxime cives tyrannicae parti favissent.

Castinum vero magistrum militum damnant exilio, cuius arripuisse factione Iohannes tyrannidem credebatur, data Aetio venia eo, quod Hunni, quos per ipsum Iohannes acceperat, eius studio remeassent ad propria. Valentinianus igitur consensu totius Italiae imperator efficitur itemque ex decreto Theodosii Augustus appellatur. dum haec geruntur, Achillas nobile

423: Placidia Augusta a fratre Honorio pulsa ad Orientem cum Honoria et Valentiniano filiis proficiscitur.

423: Honorius moritur. *Tiro* XXXII: Honorius Ravennae defunctus.

Vat. 709: Honorius cum Theodosio fratris filio regnat annis XV. Archadius . . . regnat cum fratre Honorio annos XIII.

423: et regnum eius Ioannes occupat connivente ut putabatur Castino, qui exercitui magister militum praefuit.

423: Theodosius regnavit annis XXX (XXVIII *Aug.*, XXVII *Tiro*).

424: Theodosius Valentinianum amitae suae filium Caesarem facit et cum Augusta matre sua ad recipiendum occidentale mittit imperium. quo tempore Iohannes — factus est.

425: Placidia Augusta et Valentinianus Caesar mira felicitate Ioannem tyrannum opprimunt et regnum victores recipiunt.

solus Tiro 751 II: Iohanne ab exercitu Orientis victo et perempto Ravenna depraedatione vastata est.

425: data Aetio venia (eo) quod Hunni, quos per ipsum Iohannes acciverat, eiusdem studio ad propria reversi sunt. Castinus autem in exilium actus est, quia videbatur Ioannem sine conniventia ipsius regnum non potuisse assumere. Valentinianus decreto Theodosii Augustus appellatur. Aretas nobile — abscederent.

oppidum Galliarum a Gothis multa vi oppugnatum est, donec imminente Aetio non inpuniti abscederent.

X Bonifatius inter haec apud Africam potentia gloriaque augebatur. mittuntur adversus eum Mabortius et Galbio; qui dum Bonifatium obsidere parant, ab eo interempti sunt. exinde gentibus, quae uti navibus nesciebant, dum a concertantibus in auxilium vocantur, mare pervium factum est. rursus contra Bonifatium Sigisvuldus comes dirigitur. Bonifatius vero sentiens se non posse tuto Africam tenere cernensque sibi periculum instare, in perniciem totius rei publicae effervescens Wandalorum (Alanorumque *e Beda*) gentem cum Geiserico suo rege ab Hispaniis evocatus Africae intromisit.

427: Bonifacio, cuius potentia gloriaque in Africa augebatur, bellum . . . . illatum est ducibus Mavortio et Galbione et Sinoce, cuius proditione Mavortius et Galbio, dum Bonifatium obsiderent, interempti sunt . . . exinde gentibus — factum est bellique contra Bonifatium coepti in Sigisvultum comitem cura translata est.

gens Vandalorum ab Hispaniis ad Africam transiit. *Tiro* 751 VIII: Wandali in Africam transfretantes ingentem lacerata omni provincia Romanis cladem dedere.

XI eodem tempore pace totius orbis et consensione mirabili Bonifatius ab Africa ad Italiam per urbem rediit accepta magistri militum dignitate. qui cum resistentę sibi Aetio proelio superavisset, paucis interiectis diebus morbo extinctus est. Aetius vero cum deposita dignitate in agro suo degeret ibique eum quidam eius aemulus repentino incursu opprimere temptasset, profugus ad urbem atque illinc ad Dalmatiam, deinde Pannonias ad Hunnos pervenit, quorum amicitiis auxilioque usus pacem principum et ius interpolatae potestatis obtinuit nec multo post patriciatus etiam dignitatem adeptus est. post eam igitur, quae praemissa est, Africae cladem data per Trigetium ad habitandum Wandalis Africae portione pax cum eisdem necessaria magis quam utilis facta est.

432: totius orbis pace — venit — cum sibi resistentem Aetium paucos post dies — quidam inimicus eius — Pannoniam — amicitia — obtinuit.

435: pax facta cum Vandalis data eis ad habitandum per Trigetium Africae portione (III Id. Febr. Hippone).

XII his etiam temporibus Gundicarium Burgundionum regem intra Gallias habitantem Aetius patricius bello obtrivit pacemque ei supplicanti concessit. interea Gothi pacis placita perturbant et pleraque municipia vicina suis sedibus occupant cumque essent maxime oppido Narbonensi infesti civesque eius longa obsidione et fame affligerent, adveniens comes Litorius hostes in fugam vertit et civitatem adlata frumenti copia a fame liberavit.

435: eodem tempore Gundicarium — supplicanti dedit.

436: Gothi pacis — sedibus vicina suis occupant Narbonensi oppido maxime infesti. quod cum diu obsidione et fame laboraret, per Litorium comitem ab utroque periculo liberatum est. siquidem per singulos equites binis tritici modiis advectis strenuissime et hostes in fugam vertit et civitatem annona adiuvit.

dehinc anno sequenti bellum adversum Gothos Hunnis auxiliantibus gestum est.

437: bellum — geritur.

hac tempestate Geisericus apud Africam intra habitationis suae limites cupiens catholicam fidem Arriana inpietate subvertere quosdam nostrorum episcopos eatenus persecutus est, ut eos privatos iure basilicarum suarum etiam civitatibus pelleret, cum ipsorum constantia nullis superbissimi regis terroribus cederet.

[in Africa *add. Aug.*] Geisericus rex Vandalorum intra h. s. limites volens cath. — episcoporum — cederet.

his denique diebus Valentinianus Augustus ad Theodosium principem suum fratruelem Constantinopolim profectus est filiamque eius in matrimonium accepit.

Valentinianus Augustus ad. Th. pr. — proficiscitur filiamque — accipit.

per idem tempus piratae multas insulas praecipueque Siciliam populati sunt.

438: hoc quoque anno iidem piratae multas insulas sed praecipue Siciliam vastavere.

XIII inter haec Litorius, qui secunda ab Aetio patricio potestate Hunnis auxiliantibus praeerat, dum Aetii gloriam superare appetit dumque aruspicum responsis et daemonum significationibus fidit, pugnam cum Gothis inprudenter conseruit. ac primum quidem magnam hostium stragem dedit, postmodum vero suis paene omnibus trucidatis ipse a Gothis turpiter captus est.

439: Litorius qui — conseruit fecitque intellegi, quantum illa, quae cum eodem periit, manus prodesse potuerit, si potioribus consiliis quam sua temeritate uti maluisset; quando tantam ipse hostibus cladem intulit, ut nisi inconsideranter proelians in captivitatem incidisset, dubitandum foret, cui potius parti victoria adscriberetur.

postremo pax cum eisdem facta est, cum eam Romani post huius lacrimabilis belli perniciem humilius quam umquam antea poposcissent.

439: pax cum Gothis facta, cum eam post ancipitis pugnae lacrimabile experimentum humilius quam unquam ante poposcissent.

XIIII Aetio itaque rebus quae in Gallis conponebantur intento Geisericus, de cuius amicitia nihil metuebatur, Carthaginem dolo pacis invadit omnesque opes eius excruciatis diverso tormentorum genere civibus in ius suum vertit nec ab ecclesiarum despoliatione abstinens, quas sacris vasis exinanitas et sacerdotum administratione privatas non iam divini cultus loca sed suorum esse iussit habitacula, in universum captivi populi ordinem saevus, sed praecipue nobilitati et religioni infestus, ut discerni omnino non possit, hominibus magis an deo bellum intulisset. igitur Carthago a Wandalis hoc modo capta est annis DLXXX et V evolutis, postquam Romano coeperat iuri parere.

439: Aetio rebus — Galliis — metuebatur XIIII kal. Nov. Carthaginem — quas et sacris — iussit esse — infensus, ut non discerneretur, hominibus — intulisset. Carthago a Vandalis capta anno postquam Romana esse coeperat DLXXXV.

quibus primum is error invenitur, ea non ex Isidoro fluxisse constat. quid errori ansam dederit, non liquet.

209, 19 haec leguntur: 'exigit nunc locus dicere, quam ob causam Gothorum alii Ostrogothae, alii vero Wisegothae sint dicti, oportunumque est aliquantulum ad superiora tempora regredi, quatenus horum ratio vocabulorum possit exponi (*quae omnia ipsius Pauli esse patet*). temporibus Valentiniani superioris Augusti cum intra Traciae fines Gothorum tunc populi communiter habitarent, bifarie per Alaricum ac Fridigernum divisi decreverunt, ut utramque rempublicam id est Fridigernus cum suis Orientalem, Alaricus vero cum suo exercitu Occidentalem opprimeret. hi ergo, qui cum Fridigerno in Orientali remanserant parte, lingua patria ab oriente Ostrogothae id est orientales Gothi sunt dicti. isti vero, qui occiduas petierant regiones, ab occidente Wisigothae id est occidentales sunt appellati'. quae falsa esse manifestum est, cum Fridigernum Wisigothorum regulum fuisse et Valentiniani temporibus Gothos iam in duas Ostrogotharum et Wisigotharum partes divisos esse constet. quam maxime huic insistebant loco, qui Paulum maximae in adhibendis et corrumpendis fontibus levitatis arguerunt, scilicet usum eum esse Isidori (ad a. 451) capite hoc: 'Valentinianus et Valens frater eius regnant annis XIIII. Gothi apud Istrum bifarie in duobus Fridigerno et Athalarico (*vel* Alarico) divisi sunt regibus', Paulum autem Alaricum hunc cum notissimo illo, qui Romam cepit, confudisse atque ideo eum ex Oriente advenientem facere, quamvis ipse paulo superius Alarici irruptionem Honorio imperante factam narravisset. at primum verba 'ac Fridigernum — petierant' aliena ab optimis codicibus non servata sunt nisi libris deterioris ordinis et a Landolfo, qui ipse ea loco mota (314, 28) miro modo interpolavit (cf. p. XXXII adn. 14). deinde Paulum fontium textum ad verba plerumque describere cum constet, haec ipsa discrepantia suspecta est. concedendum fortasse erit Paulum, cum haec de Gothorum divisione scriberet, Isidori chronicon inspexisse, negandum autem est et eum solo Isidori chronico usum esse et hoc uno loco praeter consuetudinem auctoris verba tam ampla interpolatione adauxisse[25].

Haec qui expenderit, non negabit Paulum in contexendo centone historico sane aliquotiens errasse sed in universum cum fide et religione ea rettulisse, quae apud auctores, quos sequitur, repperisset et ut ultra compilatorem non adscendit, ita temerariae neglegentiae fideive corruptae crimen non recte ei imputari.

Quaestionem ipsam de librorum XIIII XV XVI fontibus ordimur componendis. quae in eis libris insunt, excerptis certis e Beda, Iordane (Romana scilicet eius historia), Prosperi chronico integro, Isidoro[26] desumptis adiectis ipsorum auctorum verbis:

25) [Supra p. XXXII, not. 14 monui partem narrationis fortasse Landolfo magis deberi quam Paulo. ea autem quae Pauli esse constat, similiora sunt narrationi Historiae Tripertitae 8, 13 quam Isidorianae; nam Thraciae provinciae in illa sola mentio fit. ceterum ea historia Paulum usum esse aliunde non apparet. *Th. M.*]

26) in ipsa editione minus recte Isidorum Pauli fontem fuisse negavimus. vita quoque S. Severini adhibita videtur esse:

210, 13 cognita Severini fama Christi domini servi, qui illis (Noricorum) tunc degebat in locis, ad eum sibi benedictionem petiturus accessit (Odovacer); qui dum benedictione percepta ab eius egredi cellula vellet et caput, ne in superliminari ostii, eo quod

vit. S. Severini 7: quidam barbari cum ad Italiam pergerent, promerendae benedictionis ad eum intuitu deverterunt. inter quos et Odoacer, qui postea regnavit Italiae, vilissimo tunc habitu iuvenis statura procerus advenerat. qui dum se, humillimae

201, 1 Igitur Valentianus occidui rector imperii pacis ea tempestate foedera cum Geiserico Wandalorum rege firmavit certisque spatiis Africa inter utrosque divisa est. Geisericus vero dum de rerum successu tumidus etiam apud suos superbiret, valida adversus eum suorum conspiratio facta est. quorum molitione detecta diversis ab eo excruciati periere suppliciis. horum siquidem funeribus non minus virium amisit, quam si exsuperatus belli certamine fuisset.

Prosp. 442: cum Geiserico autem ab Augusto Valentiniano pax confirmata et certis spatiis Africa inter utrumque divisa est. in Geisericum apud suos de successu rerum superbientem quidam optimates ipsius conspiraverunt, sed molitione detecta multis ab eo suppliciis excruciati atque extincti sunt. cumque idem audendum aliis videretur, multis regis suspicio exitio fuit, ut hac sui cura plus virium perderet, quam si bello superaretur.

201, 9 Blebam suum germanum regnique consortem peremit eiusque sibi parere populos conpulit.

Prosp. 444: Attila rex Hunnorum Bledam fratrem et consortem suum peremit eiusque populos sibi parere compellit.

202, 3 quos omnes Aetius, ne impar Attilae occurreret, ad belli adsciverat societatem.

451: ut raptim congregatis undique bellatoribus viris adversae multitudini non impar occurreret.

202, 21 in quo proelio quamvis neuter cessisset exercitus, constat tamen Attilam fuisse superatum.

451: in quo conflictu quamvis neutris cedentibus inaestimabiles strages commorientium factae sint, Chunos tamen . . . constat victos fuisse.

205, 16 dum haec geruntur, apud Brittaniam Pelagianae haereseos adsertores Brittanorum temptabant subvertere fidem: qui a Gallorum episcopis auxilium petentes ad rectae fidei defensionem sanctissimum virum Germanum multisque iam virtutibus clarum Altiodorensis ecclesiae episcopum accipiunt et Lupum Trecasenum praesulem aeque apostolicae gratiae virum, qui non minus signorum miraculis quam doctrinae verbis omnes ad sanae fidei confessionem reduxere. ecce autem adhuc ibidem sanctis episcopis consistentibus valida Saxonum Pictorumque manus Brittaniam advehitur.

Beda 459: haeresis Pelagiana Brittanorum turbat fidem, qui a Gallicanis episcopis auxilium quaerentes Germanum Autisiodorensis ecclesiae episcopum et Lupum Trecasenum aeque apostolicae gratiae antistitem fidei defensores accipiunt. confirmant antistites fidem verbo veritatis simul et miraculorum signis . . gens Anglorum sive Saxonum Brittaniam tribus longis navibus advehitur.

Tiro 752: Germanus episcopus Antisiodori virtutibus et vitae districtione claruit.

206, 8 ita vir bellicosissimus Aetius et quondam Attilae regis potentissimi terror occubuit, cum quo pariter et Occidentis imperium salusque rei publicae corruit nec ultra hactenus valuit relevari.

Beda 459: Aetius patricius magna Occidentalis rei publicae salus et regis quondam Attilae terror a Valentiniano occiditur, cum quo Hesperium cecidit regnum neque hactenus valuit relevari.

---

procerae esset staturae, adlideret, inclinasset, a dei viro futurorum praescio mox talia audivit: 'vade nunc ad Italiam, vade Odovacer, vilissimis interim animantium pellibus indutus multis cito plura largiturus'. haec ille verba rerum exitu comprobavit. nam aliquantis postmodum annis totius Italiae insuper et urbis usus est potestate.

tectum cellulae suo vertice ne contingeret, inclinasset, a viro dei gloriosum se fore cognovit; cui etiam valedicenti 'vade', inquit, 'ad Italiam vade vilissimis nunc pellibus coopertus, sed multis cito plurima largiturus'.

206, 11 (Valentinianus) a Transila Aetii milite . . confossus interiit.

Iord. R. 239: Valentinianus . . per Optilam et Thraufistilam Aetii satellites . . truncatus est.

206, 18 perculsis itaque Romanis tam terribili nuntio nobilibusque simul ac popularibus ex urbe fugientibus urbem omni praesidio vacuam Geisericus obtinuit occurrente sibi extra portam eodem sancto Leone episcopo, cuius supplicatio ita eum deo adiuvante linivit, ut cum omnia potestati eius essent tradita, ab igni tamen et caede atque suppliciis abstineretur. quattuordecim interim dies secura et libera scrutatione omnibus opibus suis Roma vacuata est multaque milia captivorum, prout cuique aetate aut arte placuerant, cum regina Eudoxia, quae Geisericum ad hoc facinus invitaverat, duabusque eius filiabus Carthaginem abducta sunt.

Prosp. 455: nuntiato ex Africa Genserici regis adventu multisque nobilibus ac popularibus ex urbe fugientibus . . . et urbem omni praesidio vacuam Gensericus obtinuit occurrente sibi extra portas sancto Leone episcopo, cuius supplicatio ita eum deo agente lenivit, ut cum omnia potestatis ipsius essent tradita sibi civitate, ab igne tamen et caede atque suppliciis abstineretur. per XIIII igitur dies secura et libera scrutatione omnibus opibus suis Roma vacuata est multaque milia captivorum, prout cuique aut aetate aut arte placuerunt, cum regina et filiabus eius Carthaginem abducta sunt.

Iord. R. 239: Gizericus . . ab Eudoxia . . invitatus . . eandem Eudoxiam cum duabus filiabus secum in Africam reduxit.

209, 16 haud procul ab his temporibus Theodoricus cognomento Strabo Triarii filius cum magna Ostrogotharum multitudine usque ad quartum urbis miliarium armatus advenit nulli tamen Romanorum noxius continuoque in Illyricum reversus extinctus est.

Iord. R. 239: Theodericus autem Triarii filius cognomento Strabo rex Gothorum a Sciris suis usque ad Apulum quarto urbis miliario armatus advenit nullo tamen Romanorum noxius continuo est reversus: porro in Ilyricum properans . . . interiit.

210, 2 Leonem itaque, de quo praemissum est, quem pater Leo in regni adsciverat potestatem, mater sua Zenonis impetum formidans occulte clericum fecit exigentique vehementer Zenoni, ut filium proderet, pro eo alium forma similem obtulit. qui Leo deinceps in clericatu ad Iustiniani usque tempora vixit.

Isid. 455: iste Zeno Leonem Augustum filium suum interficere quaerens, pro eo mater eius alium figura similem obtulit ipsumque Leonem occulte clericum fecit. qui in clericatu usque ad Iustiniani tempora vixit.

215, 20 at vero apud Africam Hunuricus, qui mortuo Geiserico in regnum successerat, Arriana perfidia trusis in exilium effugatisque amplius quam CCCXXXIIII catholicis episcopis ecclesias eorum clausit plebem variis suppliciis affecit et quidem innumeris manus abscidens linguas eorum praecidit nec tamen loquellam catholicae confessionis eripere potuit. apud Brittanias quoque Ambrosius Aurelianus, qui solus forte Romanae gentis Saxonum caedi superfuerat, purpuram induit victoresque Saxones Brittonum ducens exercitum saepe

Beda 493: Honoricus rex Vandalorum Arrianus in Africa exulatis diffugatisque plus quam CCCXXXIIII episcopis catholicis ecclesias eorum clausit plebem variis affecit suppliciis et quidem innumeris manus abscindens linguas praecidit nec tamen loquellam catholicae confessionis eripere potuit. Brittones duce Ambrosio Aureliano viro modesto, qui solus forte Romanae gentis Saxonum caedi superfuerat occisis in eadem parentibus purpura indutis, victricem eorum gentem provocantes ad proelium vincunt, et ex eo tempore nunc hi nunc

superavit atque ex eo tempore nunc hi nunc illi palmam habuerunt, donec Saxones potentiores effecti tota per longum insula potirentur.

illi palmam habuerunt, donec advena potentior tota per longum potiretur insula.

217, 1 eo tempore Transamundus, qui fratri Hunurico apud Africam in Wandalorum regno successerat, fratris vel patris Geiserici secutus perfidiam clausis catholicorum ecclesiis CCXX episcopos in Sardinia exilio religavit, quibus beatus papa Symmachus cotidiana subsidia ministrare non destitit.

Beda 521: Thrasamundus Vandalorum rex catholicas ecclesias clausit et CCXX episcopos exilio Sardiniam misit. Symmachus papa . . omni anno per . . Sardiniam episcopis, qui in exilio erant, pecunias et vestes ministrabat.

217, 5 inter has tempestates beatus Fulgentius in confessione fidei et scientia floruit. his ipsis apud Africam diebus dum Arrianus quidam Olympius nomine corpus aquis balnealibus abluens indigna quaedam et blasphema de sanctae trinitatis fide verba evomeret, veniente subito ignito caelitus iaculo visibliter combustus est. Barbas quoque quidam Arrianus episcopus dum contra regulam fidei minorem scilicet patri filium sanctumque spiritum asserere cupiens baptizaturus dixisset: 'baptizo te, Barbas, in nomine patris per filium in spiritu sancto', statim aqua, quae ad baptizandum allata fuerat, nusquam conparuit; quod aspiciens, qui baptizandus erat, confestim ad ecclesiam catholicam fugiens iuxta morem fidei baptismum Christi suscepit.

Isid. 456: eo tempore Fulgentius episcopus in confessione dei et scientia claruit (*vel* floruit). per idem tempus apud Carthaginem Olympus quidam Arrianus in balneis sanctam trinitatem blasphemans tribus igneis (*vel* ignitis) iaculis angelo immittente visibiliter est combustus. Barbas quoque quidam Arrianus episcopus dum contra regulam fidei quendam baptizans dixisset 'baptizat te Barbas in nomine patris per filium (*vel* baptizo te in nomine patris et filii) in spiritu sancto', statim aqua [fontis illius], quae fuerat ad baptizandum deportata, nusquam comparuit. quod aspiciens, qui baptizandus erat, confestim ad catholicam ecclesiam abiit et iuxta morem [evangelicae] fidei baptismum Christi suscepit.

218, 7 eo tempore apud Africam defuncto Transamundo Wandalorum rege Arrianae perfidiae Hildericus eius filius ex captiva Valentiniani principis filia ortus Wandalorum adeptus est regnum. qui non patrem haereticum sed matris catholicae monita sequens rectae fidei cultor enituit. hunc pater Transamundus ad mortem veniens, quia cernebat eum catholicae parti favere sacramenti nodis adstringere curavit, ne umquam in suo regno catholicis consuleret. qui mox, ut suus genitor vita caruit, prius etiam quam regni iura adsumeret, universos episcopos, quos Transamundus in exilium coegerat, regredi fecit eisque ecclesias reformare praecepit LXX iam et IIII annis evolutis, ex quo a Geiserico primitus apud Africam ecclesiae fuerant destructae.

Isid. 457: huius tempore post Trasemundum Hildericus ex Valentiniani imperatoris captiva filia genitus in Wandalis regnum suscepit, qui sacramento a Trasemundo astrictus, ne catholicis in regno suo faveret, antequam regnum susciperet episcopos ab exilio reverti iussit eisque [proprias] ecclesias reformare praecepit.

Beda 529: Hildericus Wandalorum rex episcopos ab exilio reverti et ecclesias instaurare (*vel* restaurare) praecepit post annos LXXIIII haereticae profanationis.

219, 9 Iohannes vero pontifex revertens a Constantinopoli dum cum his, cum quibus ierat, profectus ad Theodericum Ravennam fuisset, Theodericus ductus malitia, quod eum Iustinus catholicae pietatis defensor honorifice suscepisset, eum simul cum sociis carceris afflictione peremit.

Beda 529: qui (Iohannes pontifex) dum rediens Ravennam venisset, Theodoricus eum cum comitibus carceris afflictione peremit invidia ductus, quia catholicae pietatis defensor Iustinus eum honorifice suscepisset.

221, 3 interea ad Africam, quam iam multis labentibus annis Wandali possidebant, a Iustiniano cum exercitu Belisarius missus est, qui mox proelio cum Wandalis commisso eorum magnas copias fudit regemque eorum Gelismerum vivum capiens Constantinopolim misit. Carthago quoque post annum suae excisionis nonagesimum sextum recepta est.

Beda 567: Belisarius patricius a Iustiniano in Africam missus Vandalorum gentum delevit. Carthago quoque anno excessionis suae XCVI recepta est pulsis devictisque Vandalis et Gelismero rege eorum capto Constantinopolim misso.

Vt hinc confirmatur, quod per se confirmatione nulla eget, Paulum in his tribus libris conscribendis talem se exhibere, qualem per reliquos omnes eum invenimus, ita id quoque evincitur auctorum, qui extant, locis supra compositis primariam horum librorum narrationem non contineri, id est eam a Paulo desumptam esse ex fontibus deperditis[27]. ii qui fuerint, antequam indagemus, significabimus quaedam hic quoque inveniri manifesto scripta ab ipso Paulo nullo auctore adhibito.

200, 34 'ceterum Valentiniani tempora huius vel superioris imperatoris curriculis 'adscribuntur'.

209, 19 'exigit nunc locus dicere, quam ob causam Gothorum alii Ostrogothae alii 'vero Wisegothae sint dicti, oportunumque est aliquantulum ad superiora tempora re'gredi, quatenus horum ratio vocabulorum possit exponi'.

211, 16 'sed ut ad liquidum, quam ob causam vel unde advenerit, possit agnosci, 'necesse est aliquantisper ad superiora repedare'.

216, 10 'cessante iam Romanae urbis imperio utilius aptiusque mihi videtur ab 'annis dominicae incarnationis supputationis lineam deducere, quo facilius, quid quo 'tempore actum sit, possit agnosci'.

224, 21 'quia vero restant adhuc, quae de Iustiniani Augusti felicitate dicantur, 'insequenti deo praesule libello promenda sunt'.

haec ubi missa facimus, restant primum, quae de Gothis narrantur Iordanis Geticis similia, deinde in libro XVI non pauca adfinia libro pontificali: accedunt his minora diversae originis scilicet quae narrantur de Digna (XIIII, 10), de Leone papa (XIIII, 12), de Paulino episcopo (XIIII, 18), de anima Theoderici (XVI, 10), de Benedicto Casinoque (XVI, 20), de Benedicto et Totila (XVI, 22), fortasse ea quoque, quae leguntur de Gothis XV, 6.

27) cum nobis discedendum esset a iudicio, quod de librorum XIIII—XVI fontibus ferri solet, editioni nostrae locos, quos Paulus secutus esse fertur, perscriptos adiecimus, ut de ea re commode iudicaretur. etiam monere volumus, quod ratione habita contaminationis narrationum diversarum, cuius documenta supra apposuimus, cautela opus esse visum est in secernendis eis, quae ex fontibus superstitibus hausta esse nobis quoque persuasum est, atque ideo nonnullos Prosperi aut Iordanis Romanorum locos, quos cum alienis commiscuisse videtur Paulus, non in ipsius textus margine sed in ima pagina apposuimus.

Denique excerpta quaedam chronicorum speciem prae se ferunt, scilicet fortasse numeri annorum imperatorum Romanorum, certo autem quod ineunte libro XIIII contra morem solitum accurata temporum notione utitur Paulus: 'tertio huius anno imperii', 'sequenti anno', 'rursus annali emenso spatio', 'anno deinde sequenti', 'ipso denique anno', 'annali deinceps circulo evoluto'.

Haec omnia aut egregie fallor aut petita sunt ex libris hodie deperditis. et chronica quidem illa equidem superesse nego nec recte statuerunt viri docti Cassiodori et Marcellini a Paulo usurpata esse. neque magis reliqua a Paulo relata conflari potuerunt ex Ennodii et Gregorii scriptis, quae opinio hodie fere obtinet. conferenda autem sunt, quae nuper de hac historiae Romanae parte exposuit Holder-Egger, qui Paulinam narrationem ad annalium Ravennatium scriptorem horum temporum longe gravissimum auctorem prope accedere demonstravit.

Pauli de Gothis relationes, quibus adiungenda sunt, quae libris superioribus de Athalarico Alarico Athaulfo narrantur, qui diligenter cum Iordanis Geticis conferet, saepissime eadem eisdem verbis reperiet tradi, aliis autem locis legi apud Paulum, quae cum non sint apud Iordanem, optime cum reliquis consentiant, ut ne intellegi quidem possit, cur Paulus ea comminisci voluerit. ratio autem, quae inter Paulum et Iordanem intercedere diximus, optime explicabitur locis nonnullis utriusque infra speciminis causa adscriptis:

188, 23 quem (Athanaricum) ille (Theodosius imperator) mira animi iocunditate et affectione suscepit. denique cum urbem Athanaricus intrasset et tam aedificia civitatis quamque exornati quasi ad diem festum populi frequentiam cerneret ac per singula mente inhaereret cumque deinceps imperatoris regiam ingressus obsequia officiaque diversa conspiceret: 'sine dubio', inquit, 'deus terrenus est imperator, contra quem quicunque manum levare nisus fuerit, ipse sui sanguinis reus extistit'. nec mora tamen superveniente valitudine rebus excessit humanis: cuius exequias imperator ipse praecedens dignae eum tradidit sepulturae.	*Iord. Get.* 28: moribusque suis benignissimis ad se eum in Constantinopolim accedere invitavit: qui (Athanaricus) omnino libenter adquiescens regiam urbem ingressus est miransque: 'en', inquit, 'cerno, quod saepe incredulus audiebam', famam videlicet tantae urbis, et huc illuc oculos volvens nunc situm urbis commeatumque navium, nunc moenia clara prospectans miratur populosque diversarum gentium quasi fonte in uno e diversis partibus scaturriente unda, sic quoque milite ordinato aspiciens: 'deus', inquit, 'sine dubio terrenus est imperator: et quisquis adversus eum manum moverit, ipse sui sanguinis reus existit'. in tali ergo admiratione maioreque a principe honore suffultus paucis mensibus interiectis ex hac luce migravit; quem princeps affectionis gratia paene plus mortuum quam vivum honorans dignae tradidit sepulturae ipse quoque in exequiis feretrum eius praeiens.
193, 24 interea Alaricus Italiam ingressus cum ab Honorio sedes, quo cum suo exercitu consistere possit, expeteret, Honorius deliberato consilio ei Gallias concessit: qui dum ad Galliam pergens ob	*Iord. Get.* 29: Alaricus . . intravit Italiam . . 30: cum ad Honorium imperatorem . . legationem misisset, quatenus si permitteret, ut Gothi pacati in Italia residerent . . Honorius imperator . . suo

recuperationem iumentorum apud Pollentiam aliquantulum resedisset, Stilico comes in perniciem rei publicae Gothos pertemptans, dum eos insidiis adgredi cuperet . . . Gothis nil tale suspicantibus super eos inruit magnamque eorum partem prostravit, nam primum perturbati Gothi . . . cedentes demum arma corripiunt; more se solito cohortantur victoremque virtute potiori (pugnantes vicimus, victores victi sumus Or.) prosternunt exercitum. hinc in rabiem furoris excitati coeptum iter deserentes Romam contendunt petere, cuncta, per quae ierant, igni ferroque vastantes. nec mora venientes urbem capiunt, devastant, incendunt.

. . . cum senatu inito consilio, quomodo eos fines Italiae expelleret, deliberabat: cui ad postremum sententia sedit, quatenus provincias longe positas id est Gallias Spaniasque . . . Alaricus sua cum gente sibi tamquam Lares proprios vindicaret . . (Gothi) ad patriam sibi traditam proficiscuntur, post quorum discessum nec quidquam mali in Italia perpetrato Stilico . . ad Pollentiam civitatem in Alpes Cottiarum locatam dolose accedens nihilque mali suspicantibus Gothis ad necem totius Italiae suamque deformitatem ruit in bello. quem ex improviso Gothi cernentes primum perterriti sunt, sed mox recollectis animis et, ut solebant, hortatibus excitati omnem paene exercitum Stiliconis in fugam conversum usque ad internicionem deiciunt furibundoque animo arreptum iter deserunt et . . praedis spoliisque potiti . . Aemiliam pari tenore devastant . . usque ad urbem Romam discurrentes, quidquid in utrumque latus fuit, in praeda diripiunt. ad postremum Romae ingressi Alarico iubente spoliant tantum, non autem . . ignem supponunt.

194, 13 deinde per Campaniam Lucaniam Britiamque simili strage bacchantes Regium pervenere in Siciliam transfretare cupientes. quo cum transmeare ascensis navibus vellent, perpessi naufragium plures suorum amisere. Alaricus inter haec dum, quid ageret, deliberaret, apud Consentiam subita morte defunctus est. Gothi Basentum amnem de alveo suo captivorum labore derivantes Alaricum in medio eius alveo cum multis opibus sepeliunt amnemque meatui proprio reddentes, ne quis locum scire possit, captivos, qui interfuerant, extingunt.

Iord. Get. 30: exindeque egressi per Campaniam et Lucaniam simili clade peracta Brittios accesserunt: ubi diu residentes ad Siciliam et exinde ad Africae terras ire deliberabant . . ibi ergo veniens Alaricus . . per Siciliam ad Africam quietam patriam transire disponens, cuius . . fretus ille horribilis aliquantas naves submersit, plurimas conturbavit; qua adversitate depulsus Alaricus, dum secum, quid ageret, deliberaret, subito inmatura morte praeventus rebus humanis excessit: quem nimia sui dilectione lugentes Basento amne iuxta Consentinam civitatem de alveo suo derivato . . in medio alvei collecta captivorum agmina sepulturae locum effodiunt, in cuius foveae gremium Halaricum cum multas opes obruunt rursusque aquas in suo alveo reducentes, et ne a quoquam quandoque locus cognosceretur, fossores omnes interemerunt.

regem deinceps Athaulfum Alarici adfinem Gothi constituentes Romam redeunt: siquid residui fuit, more lucustarum eva-

Iord. Get. 30: regnumque Wesegotharum Ataulfo eius consanguineo . . tradent . . 31: qui suscepto regno revertens

dunt auferentes exinde Gallam, (quam . . Athaulfus) apud Forum Cornelii (coniugio sociavit).

iterum ad Romam, si quid primum remanserat, more lucustarum erasit . . Placidiam . . . ab urbe captivam abduxit, quam . . . in Foro Iuli Aemiliae civitate suo matrimonio legitime copulavit.

203, 17 ac primum Aquileiam civitatem in ipso Italiae sitam principio expugnare adgressus est (Attila); quam continuo triennio obsidens, cum adversus eam strenue civibus repugnantibus nihil praevaleret iamque murmur sui exercitus non valentis famis tolerare penuriam audiret, cum die quadam civitatem circuit, ut ex qua parte eam facilius posset expugnare, inquireret, cernit repente aves in aedificiorum fastigiis nidificare solitas, quae ciconiae vocantur, uno impetu ex urbe migrare fetusque suos sublatos rostris per rura forinsecus deportare. 'aspicite', inquit ad suos, 'aves futurorum praescias perituram relinquere civitatem'. statimque adhibitis machinis tormentisque hortatur suos, acriter expugnat urbem ac sine mora capit: diripiuntur opes, captivantur vel trucidantur cives, residuum direptioni igni supposito flamma consumit.

*Iord.** *Get.* 42: primaque adgressione Aquileiensem obsedit civitatem (Attila) . . in mucrone . . Hadriatici posita sinus . . ibique cum diu multumque obsidens nihil penitus praevaleret fortissimis intrinsecus Romanorum militibus resistentibus exercitu iam murmurante et discedere cupiente Attila deambulans circa muros, dum, utrum solveret castra an adhuc remoraretur, deliberat, animadvertit candidas aves id est ciconias, qui in fastigia domorum nidificant, de civitate fetus suos trahere atque . . per rura forinsecus conportare . . ad suos: 'respicite', inquit, 'aves futurarum rerum providas perituram relinquere civitatem' . . animos suorum rursus ad oppugnandum Aquileiam inflammat. qui machinis constructis omniaque genera tormentorum adhibita nec mora et invadunt civitatem spoliant dividunt vastantque crudeliter ita, ut vix eius vestigia ut appareant reliquerint.

204, 11 plura praeterea eiusdem regionis castella inmanis hostis extinctis vel captivatis civibus succendit ac diruit, Concordiam, Altinum sive Patavium, vicinas Aquileiae civitates, illius instar demoliens solo coaequavit. exinde per universas Venetiarum urbes, hoc est Vicetiam Veronam Brixiam Pergamum seu reliquas nullo resistente Hunni bacchantur, Mediolanium Ticinumque pari sorte diripiunt ab igni tamen abstinentes et ferro. deinde Aemiliae civitatibus similiter expoliatis novissime eo loco, quo Mincius fluvius in Padum influit, castra metati sunt. ubi Attila consistens dum, utrum adiret Romam an desisteret, animo fluctuaret, non urbi, cui infestus erat, consulens, sed Alarici exemplum pavens, qui captae a se urbi non diutius supervixit, dum ergo has animo tempestates revolveret, repente illi legatio placidissima a Roma advenit. nam per se vir sanctissimus Leo papa ad eum accessit.

Iord. Get. 42: exhinc . . per reliquas Venetum civitates Hunni bacchantur. Mediolanum quoque . . pari tenore devastant nec non et Ticinum aequali sorte deiciunt vicinaque loca saevientes allidunt demoliuntque paene totam Italiam. cumque ad Romam animus fuisset eius adtentus accedere, sui eum removerunt non urbi, cui inimici erant, consulentes, sed Alarici . . obicientes exemplum, veriti regis sui fortunam, quia ille post fractam Romam non diu supervixerat sed protinus rebus humanis excessit. igitur dum eius animus ancipiti negotio inter ire et non ire fluctuaret secumque deliberans tardaret, placida ei legatio a Roma advenit; nam Leo papa per se ad eum accedens in agro Venetum Ambuleio, ubi Mincius amnis commeantium frequentatione transitur.

212, 16 (Theodericum regni gubernacula succepisse) dum ad Zenonem Augustum perlatum esset, gratanter accepit eumque ad se rursus evocatum Constantinopolim magno simul honore et divitiis extulit in tantum, ut etiam consularibus eum fascibus sublimaret, quae dignitas post imperiale fastigium prima est, aereamque illi equestrem statuam ante suum palatium collocaret. at vero dum huiuscemodi Theodericus deliciis apud Constantinopolim afflueret, gens illius id est Ostrogothae, dum eis propter fidei sanctionem praedas agere more solito non liceret nec tamen ab imperatore oblata stipendia sufficere possint, coepere non minimam egestatis penuriam pati, execrantur foedus compositum, vituperant inutilem pactionem, mittuntque continuo ad Theodericum qui dicerent, quas, dum ipse Graecorum epulis superflueret, inopiae miserias sustinerent; hortantur, ut si suis sibique consulere velit, citius redeat, quatenus, ne cuncta gens pessumdetur, novas ad habitandum terras exquirant. his Theodericus cognitis ad Augustum Zenonem accedit, questus penuriamque suorum exponit; Italiam sibi dari postulat, absolutionem efflagitat adiciens, quia, si superare Odovacrem possit Italiamque obtinere, ad eius redundaret gloriam, a quo directus fuisset, sin bello superatus foret, eius nihilo minus lucris adcresceret, quandoquidem cotidianorum stipendiorum exactoribus careret. talia Zeno audiens contristatus quidem est eo quod eum nollet amittere, at tamen deliberato consilio rei publicae utilitati prospiciens eius petitionibus adnuit Italiamque ei per pragmaticum tribuens sacri etiam velaminis dono confirmavit, senatum illi populumque commendans abire permisit.

Iord. Get. 57: Theodoricum vero gentis suae regem audiens ordinatum imperator Zeno grate suscepit eique evocatoria destinata ad se in urbem venire praecepit dignoque suscipiens honore . . factusque consul ordinarius, quod summum bonum primumque in mundo decus edicitur . . etiam equestrem statuam . . ante regiam collocavit . . dum ipse (Theodericus) in urbe omnibus bonis frueretur . . (52: consueta dum tardarent dona . . quae ad instar strenae acciperent et pacis foedera custodirent . . 53: videntes Gothi non sibi sufficere ea, quae ab imperatore acciperent) gentemque suam in Illyrico . . residentem non omnino idoneam aut refertum audiret . .

ad principem ait: . . cum . . facultas fuisset loquendi concessa . . 'Hesperia . . plaga . . quare nunc sub regis Torcilingorum Rugorumque tyrrannide fluctuatur? dirige me cum gente mea . . ut et hic expensarum pondere careas et ibi si . . vicero, fama vestrae pietatis inradiet; expedit namque, ut . . si vicero, vobis donantibus regnum illud possideam . . si victus fuero, vestra pietas . . lucratur expensas'. quo audito quamvis aegre ferret imperator discessum eius, nolens tamen eum contristare, annuit, quae poscebat, magnisque ditatum muneribus dimisit a se senatum populumque ei commendans Romanum.

Denique eadem fere et similitudo et differentia inter Pauli librum XVI et pontificalem qui dicitur librum deprehenditur: cuius rei unum apponere exemplum satis habui, cum reliqua ratio ex editione appareat.

218, 16 at vero in Orientis partibus, dum adhuc eo tempore per loca singula Arriana haeresis vigeret, Iustinus ardore orthodoxae fidei omnimodis satagere coe-

vid. Iohann. 87: eodem tempore Iustinus imperator vir religiosus summo ardoris amore religionis Christianae voluit haereticos extricare; nam summo fervore

pit, ut haereticorum nomen extingueret, statuitque, ut ubique eorum ecclesias catholica religione consecraret. quod dum in Italia rex Theodericus Arriana lue pollutus audisset, Iohannem papam simulque cum eo Theodorum Inportunum atque Agapitum consulares viros aliumque Agapitum patricium Constantinopolim ad Iustinum principem dirigit: mandat per eos interminans, ut, nisi quantocius haereticis suas ecclesias redderet eosque in pace degere sineret, universos Italiae populos ipse gladio extingueret. qui pervenientes ad Augustum cum ab eo digne, ut competebat, suscepti essent, magnis eum de sua suorumque salute solliciti fletibus postulant, ut suae legationis seriem, quamquam esset iniusta, libenter exciperet Italiaeque periturae consuleret. quorum fletibus Iustinus permotus eis, quod petebatur, concessit Arrianosque suo iuri reliquit.

Christianitatis hoc consilio usus est, ut ecclesias Arianorum catholicas consecraret. pro hac causa haereticus rex Theodoricus audiens hoc exarsit et voluit totam Italiam extinguere. eodem tempore Ioannes papa aegrotus infirmitate cum fletu ambulavit et senatores et consules cum eo, id est Theodorus Importunus Agapitus exconsul et alius Agapitus patricius, qui hoc accipientes in mandatis legationem, ut redderentur ecclesiae haereticis in partibus Orientis, quod si non, omnem Italiam gladio perderet. qui dum ambulassent cum Ioanne papa . . 88: tunc Iustinus Augustus . . adoravit beatissimum papam Ioannem. eodem tempore beatus Ioannes papa cum senatoribus suprascriptis cum grandi fletu rogaverunt Iustinum Augustum, ut legatio acceptabilis esset in conspectu eius. qui vero papa Ioannes vel senatores viri religiosi omnia meruerunt et liberata est Italia a rege Theodorico haeretico.

Itaque cum Paulina haec simillima quidem sint locis appositis, sed ut subinde ab iis recedant, Paulus autem in hac operis parte aliter versatus esse nequeat atque in reliqua, aut Iordanem librumque pontificalem auxit ex aliis fontibus deperditis, fortasse ex epitome aliqua maximam partem ex Iordanis Geticis conflata aut neque Iordanis neque libri pontificalis recensionem eam quam libri nostri exhibent, adhibuit. utra opinio magis probanda sit et quos auctores Paulus in his usurpaverit, quaerere cum aliorum sit, nos satis habuimus adnotare. quae Paulus ex auctoribus, quorum libri aetatem tulerunt, desumpserit.

IIII. DE LANDOLFI SAGACIS HISTORIA ROMANA.

Pauli Historia Romana ut supra monuimus a Landolfo Sagace aucta interpolataque est, et adiectis octo integris libris usque ad Leonis imperatoris tempora deducta, ut Pauli libris septimo et decimo sexto bipertitis ex sedecim duodeviginti fierent. e re visum est libris iis, quos adiecit totos, omissis additamenta, quae Landolfus sedecim libris Paulinis inseruit, in hac editione p. 225—376 proponere Eutropianis et Paulinis subiuncta et ita disposita, ut facile suis locis inserantur.

De auctore huius ut vastae ita futilis fere excerptorum farraginis, quam Pithoeo ut videtur auctore Historiam Miscellam appellare soliti sunt viri docti. constat ex inscriptione libri primi, quae post Eutropi et Pauli mentionem ita pergit: 'quem (Paulum) Landolfus Sagax secutus plura et ipse e diversis auctoribus colligens in eadem 'historia addidit et perduxit eam usque ad imperium Leonis, quod est annus dominicae

'incarnationis DCCCVI'. Landolfus Sagax vir alias prorsus ignotus secundum nomen Langobardus origine fuisse videtur. codex eius Palatinus, quem infra ab ipso scriptum esse demonstrabimus, cum post Historiam catalogum imperatorum exhibeat perductum ad Constantinum et Basilium imperatores, ut eis non adscriptum sit, quot annis regnaverint, probabiliter Papencordt coniecit scriptum esse cum his imperantibus id est inter annos 977 et 1026.

Codex Palatino-Vaticanus, de quo diximus, descriptus antea a Papencordt (*Gesch. der Vandal. Herrsch. p. 406*) et a Langio (*in praefatione editionis Vegetii p. XXIV*) membranaceus formae maioris continet Landolfi Historiam Romanam foliis 1—302, imperatorum catalogum supra laudatum et recensum Augustarum inde a Fausta usque ad Eudoxiam Michaelis coniugem foliis 303—305, deinde Vegetium. primo folio inscripta sunt haec: 'hic liber gesta narrat | Romanorum | heinricus imperator istum dedere | dinoscitur librum monasterio | sanctorum martyrum Stephani | Viti Iustini atque Dionysii |'. cui Germaniae monasterio Heinricus imperator huius, ut Lang vult, nominis tertius, dono dederit codicem, dubium est: fuere qui de monasterio Lauriacensi cogitaverunt (*Rhein. Mus. XXIII, 406*), sed probabilius fortasse intellegitur Corbeiense. postea fuit Heidelbergae, ubi a. 1611 Gruterus eum excussit; mox a. 1622 cum reliqua bibliotheca Palatina Romam translatus est. ipsa Historia Romana eleganter et diligenter litteris Langobardicis quas vocant scripta est, eademque manus subinde quaedam emendavit, eadem aut certe aequalis certa ratione utramque ut distingueremus, nec mihi successit nec Mauio, qui post me additamenta contulit et ipsa usa litteris Langobardicis atramento autem subfusco plura correxit mutavit addidit. post multum tempus corrector recentior litteris rudibus neque Langobardicis pauca emendavit et addidit. verba inscriptionis: 'heinricus — librum' litteris nitidis a librario ineuntis saeculi duodecimi ut videtur exarata sunt, qui et in ipsius historiae margine, ubi laudabilia aut foeda dicta factaque narrantur, iudicium suum adiecit e. gr.: 'optima sententia', 'cave princeps', 'himitare princeps', 'attende princeps', 'nihil spurcius'. reliqua pars inscriptionis supra relatae scripta est ab alio quodam emendatore recentiore eo de quo diximus.

Quod solum codicem Palatinum ad hanc editionem adhibuimus, factum est propterea, quod inter conferendum librum opinio nobis nata est, paucis Hermae volumine XIII (p. 387) exposita, eum ab ipso Landolfo aut scriptum esse aut emendatum[28]. is enim, qui librum emendavit[29], decem locis addidit haec infra uncis inclusa:

---

28) reliquorum Historiae Romanae codicum conspectum edidit post Papencordtum Bethmann (*Archiv X, 312*). nos praeter codicem Vaticanum inspeximus codicem Bernensem saec. XII (*Hagen Catal. codd. Bernens. I, 29*) olim Bongarsii et Bambergensem E III 13 (514) saeculi XI ex ipso codice Palatino descriptum, unde Vaticani hiatum (*p. 326, 9* omnibus — *327, 2* fastigium eve) folio evulso exortum supplevimus. integram Historiam Romanam XXVI librorum primus edidit Eyssenhardt (*Historia Miscella 1869*), editiones reliquae omnes inde a principe, quam curavit Gelenius Basileae 1552, ad codices factae sunt, quibus Landolfi historia propter hiatum magnum, quo praeter librorum XV et XVII partes totus liber XVI interciderat, non nisi XXIIII libris componebatur; Gruterus in notis editionis (*Scriptores Historiae Augustae 1611*) e codice Palatino 909 tunc Heidelbergensi genuinum eius hiatus supplementum apposuerat.

29) duo alii loci similes occurrunt eo certe scripti atramento, quo usus est qui textum exaravit: 245, 19 'igni aceto', ubi 'ignia' est in litura, 'ceto' in margine et 371, 13 'Beta Gamma, quod videtur'. utrumque additamentum alienum est ab auctoribus, quibus reliqua, quae his locis leguntur, debentur.

234, 18 censor [ingens] aquam

270, 10 isque [cum] exercitum

276, 44 Lentuli [effracto Capu] *in margine*

295, 5 ingressus est [ducti ante eius curru Sol et Luna Cleopatrae liveri] *in margine*

302, 27 saxo [cuius hoc. (*super lineam*) ante portenderat signum: fulmen ante eius mensam cecidit. itaque desertus undique] e palatio

317, 38 unice pius [fuit et ob id cunctis amabilis] haec eo

318, 8 filio [Diadumeno nomine] adhuc

318, 20 exercitio fuit [idest plus fere laetus quam sufficiebat et plus verecundus quam rei publicae intererat] *in spatio vacuo post finem libri.*

361, 8 autem [episcopus] ac

362, 26 rabie [ut dictum est] devastarent

367, 11 Ennodium [ut supra memorabi] Ticinensem.

Quod si iam additamenta haec magis auctorem prae se ferunt, qui inchoatum opus augeat et perficiat, quam emendatorem libri alieni, etiam magis id confirmatur lituris. ita enim sunt comparatae, ut prima lectio integra sit et bona, altera autem ex ipsius auctoris additamento exorta esse videatur vocabulo aliquo pro re adiecto eoque saepe hausto ex alio auctore atque is est, qui singulis locis adhibetur. graviora exempla haec sunt, in quibus, quae in litura sunt, litteris inclinatis impressa sunt. ea autem quae ad priorem lectionem adiecta sunt, uncis inclusimus:

248, 8 Africam quam tenere *Afri ceperant et novilissima* [*ut dixi*] *urbs S*iracusana

259, 25 ex*ercuit* [*deinde*] *omnia* quae

263, 5 Bituitus [*a Domitio sub dolo pacis captus*] atque; — quae adiecta sunt, veniunt e Nepotiano, reliqua ex Orosio

268, 11 cruo*r e* [*mediis*] *panibus* —; ‘mediis’ adiectum est ex Orosio

286, 42 [*interea*] *anno ab urbe condita;* ‘interea’ vocabulum Landolfus Orosianis addit.

289, 22 *inde Romam regressus tertio se* [*dictator et*] *consul fecit cum M. Aemilio Lepido, qui ei magister equitum dictatori* [*causa*] *ante annum fuerat; deinde* — ‘dictator’ venit ex Orosio

291, 9 reconcilia*ta est gratia Dinae filiae eius, quam matrimonio sortitus est.* — ‘reconciliatae gratia filiam eius matrimonio s. e.’ Orosius; reliqua nescio unde accesserint

301, 2 continuit. [*igitur Claudius*] *medie imperavit.* multa

304, 33 op*us fuit;* [*nam infra biginti diebus capta est*] *quod tamen* 35 — *incenderet* — Orosiana sunt praeter verba: ‘nam — capta est’

306, 1 duobus versibus scriptum erat: (‘victoriam repor]tassent Romae se in imperio moderatissime gessit pecuniae’; vocabula ‘victoriam reportassent’ (Vespasianus et Titus) sunt Orosiana, reliqua Paulina. nunc legitur in litura tribus versibus manu altera exaratum: ‘tassent igitur Vespasianus Romae — pecuniae’; adiecit igitur ‘igitur Vespasianus’, cum ‘gessit’ quod est, de solo Vespasiano dictum sit.

308, 29 scriptum erat in ultimi versus fine: ‘biblio’ ‖, quo eraso manus altera in litura et in margine posuit: ‘orrea piperataria, Vespasiani templum, Minervam Chalcidicam, Ludum matutinum, Micam auream, Metam sudantem, biblio’ ‖ ‘biblio(thecas)’ est ex epitoma, reliqua adiecta ex Hieronymo.

312, 38 fuerat: 'obiit in Campania' ex Paulo: manus altera scripsit in litura 'iit in Campania apud Baias', ubi 'apud Baias' sumpsit ex Anastasio.

314, 5 profectus est. *qui dum Athenis sacrificaret, ignis in celo ab occidente ad orientem ferri visus est. qui Antiochiae et circa Armeniam agens.* — 'profectus est' et 'qui Antiochiae — agens' Paulina sunt. 'dum — visus' venit ex Hieronymo, reliqua addidit Landolfus.

323, 39 attulit. *fuit licet inculta* — 45 *semet concepisse. interea res publica tum a novis quattuor imp*eratoribus. — 'fuit — concepisse' venit ex epitoma. inde a 'res publica' sunt Paulina, 'interea' addidit Landolfus.

324, 25 fudit. [*tamen*] *propter magicas artes eum valde metuebat.* fertur. — 'propter — metuebat' ex Historia Tripartita. reliqua ex Paulo et Rufino.

328, 9 fatigabant *secundo et tricesi*mo anno imperii etatis anno sexto et sexagesimo egritudine captus *ex urbe Constantinopolitana quasi ad calidas aquas egressus est. Nicomediam in villa publica morbo* consumptus est facto testamento tribus filiis *consulatu Feliciani et Tatiani* XI KL. IVN. *fuit enim irrisor* potius. — Paulina sunt: 'fatigabant', 'tricesimo — sexagesimo', 'Nicomediam — publica': ex Anastasio venit: 'secundo', ex epitoma: 'irrisor potius', reliqua ex Historia Tripartita nisi quod 'fuit enim' addidit ipse Landolfus:

328, 15 *mors eius ante biennium denuntiata est per crinitam sellam, quae inusitatem.* — 'ante biennium' ex Anastasio Paulinis insertum est.

329, 3 *Magnentius quasi ad ventris solita secedens apud Agustodunum habitum venerabilem capit* — 'apud Agustodunum' venit ex Orosio.

330, 43 nunc igi*tur de* [*Claudio*] *Iuliano* — 'Claudio' adiectum est ex epitoma

339, 5 *corpore validus quidem sed brevis fuit barba prolixa oculi currentes huc illucque directi, in provinciales iustissimus* et; — Paulina sunt: 'corpore' et 'in provinciales iustissimus et', ex epitoma: 'corpore — fuit', reliquorum origo incerta.

357, 1 reliqui Historiae Romanae codices a nobis inspecti, qui ea quoque, quae modo in codice Palatino in litura adiecta esse diximus, in textum receperunt nullius aut liturae aut prioris lectionis vestigio relicto, post Romae a Gothis devastatae narrationem ita pergunt: 'discedunt. fertur 'itaque, quia cum Alaricus pergeret Romam, vir quidam venerabilis con- 'versatione monachus eum monuisset, ut mala talia facere non auderet 'neque necibus gauderet aut sanguini. at ille, non, inquit, ego volens 'Romam proficiscor sed quidam cotidie mihi molestus est torquens et 'dicens: perge et Romanam destrue civitate. deinde per Campaniam' etqs. in his 'fertur — civitate' ex Historia Tripartita in Paulinam de Alarico narrationem inserta sunt. leguntur quidem eadem in codice Palatino, in litura autem et a manu altera suppleta, cum manus prior scripsisset sic: 'discedunt facto aliquantarum edium incendio sed ne tanto quidem, quantum olim a Cesare factum est. deinde', quae eodem loco ad verbum apud Paulum leguntur. atque hic locus rem prorsus decidit; nam has Paulini textus reliquias in Landolfi codice nullo deprehendi posse manifestum est nisi eo quem ipse Landolfus ita exaravit, ut per gradus locis additis et mutatis ex Pauli Historia Romana suam efficeret.

365, 35 ammittere [*id est*] *qui est crucifixus pro nobis, ita ut multitudines indig*natae. — 'id est' addidit Landolfus de suo, 'qui — nobis' ex Anastasio p. 83, cui (p. 87) reliqua debentur, adiecta.

Plura se ex diversis auctoribus collecta Pauli libri addidisse ipse Landolfus scribit idque verum esse auctorum nomina editionis margini apposita probant. opus est vastum quidem et laboriosum sed exigui pretii; sartori similis vestimentum quondam haud inelegans foede discissum pannis variis undique conquisitis interpolanti Landolfus ex Pauli historia suam concinnavit. auctorum, quos adhibuit, verba nonnunquam in compendium redigit, quod in Paulinis quoque haud raro facit. saepius ad verba recipit modo capita integra exscribens modo frustula exigua rudi opera consarciens ne eis quidem additis aut mutatis, quae requirebantur, ut excerpta apte et recte inter se cohaererent.

Auctores, qui Landolfo additamenta subministrarunt per libros I—VII, eidem fere fuerunt, quibus Paulus usus est ad Eutropii breviarium interpolandum. ex iis, quae Paulus in brevius contracta excerpserat, Landolfus passim integra descripsit: exempli gratia, ut uno defungar, de Caesaris in Gallia rebus gestis septem Orosii capita Paulus compendiata Eutropio inseruit (102, 1 — 103, 6), Landolfus integra apposuit (279, 32 — 286, 14). primarium in libris septem primis Landolfus adhibuit Orosium, ex quo omnia fere, quae de liberae rei publicae temporibus narrantur, deprompta sunt. deinde in initio libri primi nonnulla ex libro de origine gentis Romanae non eo, quem habemus, sed aucto, qualem ipse Paulus habuit, ab hoc omissa supplevit (227, 10, 17; 228, 5). tertius ei auctor fuit Hieronymus, cuius verba praeter 230, 16, 322, 27 manus altera in litura adiecit (295, 5; 308, 28; 314, 5; 317, 38). quartus accedit, quem non adhibuit Paulus, Nepotianus epitomator Valerii Maximi, cuius narratiunculas quasi lumina historiae suae Landolfus inseruit, eaque excerpta sola fere inter Landolfiana hodie aliquam utilitatem habent. nam epitomae, cuius qui hodie extat codex unicus in fine mutilus est, codicem integrum adhibuit Landolfus et ita quadraginta fere eius capita aut integra aut epitomata, quae composuimus in Hermae volumine XIII (122 sq.), solus servavit. inde a libro septimo praeter Orosium et Hieronymum epitoma usurpatur de vita et moribus imperatorum inscripta, item Anastasius, qui cum additamenta ad Pauli libros XIII—XVI (XIIII—XVIII Land.) omnia fere subministravit tum in ea, quam nos omisimus, Historiae Romanae parte solus fere expilatur; a libro suo VIII praeterea Rufini Historiam Ecclesiasticam Landolfus exscribit, a libro XI Historiam Tripartitam: praeterea quater Iordanis Getica expilavit (203, 9; 219, 8; 344, 33; 362, 27, [30]), singulis locis Bedam (356, 46), Gregorii dialogos (374, 12), Pauli Historiam Langobardorum (374, 18, 28), ad quam in operis parte nobis praetermissa aliquotiens rediit (v. p. 375. 376).

Ex his auctoribus non descripta quae leguntur apud Landolfum, composuimus, ut recte et facile de Landolfiani operis auctoritate iudicari possit et si quid nos fugit, a doctioribus expleatur. e glossis ad auctorum, quos adhibuit, marginem adscriptis orta videntur haec:

279, 5 alii dicunt triginta (annos bellum Mithridati contra Romanos fuisse).

353, 30 nomine Claudianus (ubi agitur de versibus in honorem Theodosii: o nimium *etqs.*).

---

30) de primo secundoque loco dubitari potest, num Landolfus Iordanis Getica usurparit: illo (203, 9) Theoderico, quem Paulus nominat, recte Thorismundum substituit aut Iordane inspecto aut secundum ipsa Paulina, quae praecedunt 203, 2; similiter 219, 8 verba 'generi tutorem Athalarici' in Paulinis codicibus, de quibus nobis quidem constat, omissa recte adiecit aut ex Iordane aut facili sane coniectura et 'generi' vocis interpolatione.

quae sequuntur uncis inclusa ab ipso Landolfo ratiocinatione effecta esse videntur:

317, 32 'Taurinus [*in Oriente*] Augustus effectus ipse se Eufrate fluvio abiecit. tunc etiam Iulius Maximinus [*apud Gallias*] regnum arripuit'. Orientem ex Eufratis, Gallias ex Aquileiae, quae subsequitur, mentione collegit.

318, 8 'Maximinus cum filio [*Diadumeno nomine*]' e superioribus repetita 'Diadumeno nomine' inepte adiecit manus altera.

6 *studebat.* ‖ Iovianus (ovianus *V*, iuvianus *H*) genitus patre Varroniano (vernociano *NZ*) incola epit. 44,1—3.
agri Singidonensis (sindigonensis *L*) provinciae (in provinciae *NZ*) Pannoniae. eius patri, cum liberos crebro (crebros *HV*) amitteret (ammitteret *N*), praeceptum somnio est, eum, qui iam instante uxoris partu edendus foret (fore *HVL²*), diceret (dicerit *N*) Iovianum (iuvianum *H*, iobinianum *N*). hic (*om. L*) fuit (enim *add. L*) insignis corpore, laetus ingenio, litterarum studiosus. ‖ *ad obtinendum*

Κ Α Π Ι Τ Ω Ν.

7 ὅτι Ἰοβιανὸς ὁ βασιλεὺς Ῥωμαίων ὁ μετὰ Ἰουλιανὸν ἄρξας τῇ τοῦ πατρὸς μᾶλλον ἤπερ τῇ οἰκείᾳ τοῖς περὶ τὸ στρατόπεδον ἔγνωστο.

Ioh. exc. de virt. 845 (181 *M*).

XVIII Multi exanimatum opinantur nimia cruditate, inter cenandum enim epulis indulserat. alii odore cubiculi quod ex recenti tectorio calcis grave quiescentibus erat. qui-
2 dam nimietate prunarum quas gravi frigore adoleri multas iusserat. decessit imperii mense septimo. tertio decimo Kal. Mart., aetatis, ut qui plurimum vel minimum tradunt, tertio et tricesimo anno. ac benignitate principum qui ei successerunt inter divos relatus est. nam et civilitati propior et natura admodum liberalis fuit.

3 Hic status erat Romanae rei, Ioviano eodem et Varroniano consulibus anno urbis conditae millesimo centesimo et octavo decimo. quia autem ad inclitos principes venerandosque perventum est, interim operi modum dabimus. nam reliqua stilo maiore dicenda sunt. quae nunc non tam praetermittimus quam ad maiorem scribendi diligentiam reservamus.

1 exaniminatum *LO* ‖ crudelitate *LOPD* ‖ inter *om.* *LO* ‖ coenam (cenem *L*) dum *LODZH* ‖ *post* enim *add.* nimium *PD* ‖ 2 tectoria G^1, textorio *DHV* ‖ 3 multas] multa si *L* ‖ 4 tertio] quarto *PD* ‖ mar *FG*, martii *O* ‖ qui plurimi animum tradunt *LO* ‖ 5 tricesimo et tertio *LO* ‖ 6 ciuilitate *P* ‖ proprior *GLOPD*, *corr. Schonh.* ‖ 7 hic] is *OPD*, his *L* ‖ uariano *LO* ‖ consule *LO* ‖ 8 $\overline{\infty}$ CXVIII *FG*, millesimo et centesimo XVII *LO*, millesimo centesimo octauo decimo *PD* ‖ qui *LODNZ* ‖ inclutos *O* ‖ 9 reliquas L^1, reliquo *G* ‖ 10 dilicentiam *L*, licentiam *O* ‖ 11 EVTROPI ⁝ LIBER ⁝ X ⁝ (DECIMVS *F*) EXPLICIT *FG*, EXPLICIT LIBER X *LO*

ΚΑΠΙΤΩΝ.

6 ὅτι Ἰοβιανὸς κατὰ τὴν ἡγεμονίαν κοινός τε καὶ ἐλευθέριος ἔδοξεν εἶναι.
Ioh. exc. de virt. 845 (181 *M*).

PAVLI

HISTORIAE ROMANAE

LIBRI XI—XVI.

CONSPECTVS CODICVM.

H = cod. Bambergensis 513 membr. saec. X vel IX.
V = cod. Vaticanus 3339 membr. saec. XI.
N = cod. Laurentianus 65, 35 membr. saec. XI.
Z = cod. Vaticanus 7312 membr. saec. XII.
M = cod. Monacensis 3516 (Aug. civ. 16) membr. saec. X.
B = cod. Berolinensis Lat. IV. 1. membr. saec. XII.
L = cod. Palatinus 909 Landolfi.

PAVLI HISTORIA ROMANA.

LIBER XI.

I

Anno ab urbe condita millesimo centesimo octavo decimo Valentinianus tricesimus octavus, (Oros. 548) ‖ *e Pannonia Civalensi editus, cum esset tribunus scutariorum, apud Nicaeam Augustus* (Hier. 2380) *appellatus fratrem Valentem Constantinopolim in communionem regni adsumpsit.* ‖ (epit. 45, 2 3) *huius pater Gratianus, mediocri stirpe ortus apud Civalas, funarius appellatus est eo quod venalicium funem portanti quinque milites nequierint extorquere; eo merito adscitus in militiam usque ad praefecturae praetorianae potentiam conscendit; ob cuius apud milites commendationem Valentiniano imperium resistenti inlatum est.* ‖ *qui cum sub Iuliano Augusto* (Oros. 548. 549) *Christianitatis integram fidem gereret, cum* ut dictum est *scutariorum tribunus esset, iussus ab imperatore sacrilego aut immolare idolis aut militia excedere sponte discessit; nec mora Iuliano interfecto Iovianoque mortuo qui pro nomine Christi amiserat tribunatum in locum persecutoris sui accepit imperium. qui cum iam anno tertio imperii cum Valente fratre ageret,* ‖ *Gratianum filium necdum bene puberem oratu socrus et uxoris Augustum creavit.* ‖ (epit. 45, 4)

II

Eodem anno apud Atrebatas vera lana de nubibus pluviae mixta defluxit. ‖ (Oros. 549) *Constantinopolim grando mirae magnitudinis decidens nonnullos hominum extinxit.* (Hier. 2383 2382 et Oros. 548) his diebus *Procopius apud Constantinopolim tyrannidem invadens apud Frygiam Salutarem extinctus est plurimique partis eius caesi atque proscripti sunt. circa haec tempora terrae motu per totum orbem facto mare litus egressum est, ut Siciliae multarumque insularum urbes concussae et subrutae innumerabiles populos* ruinis *oppresserint.* ‖

1 explicit liber decimus hucusque historiam (historiae *Z*) eutropius composuit cui (cū *M*) tamen aliqua paulus diaconus addidit (addit *B*) incipit (*om. N*) liber xi *praemittunt codd. praeter L, MNZ post* addidit *inserunt:* iuuente (*om. NZ*) domna (domina N^2Z) adelperga christianissima beneuenti ductrice (doctrice N^2Z) coniuge (conius N^1, coniux *Z*) domni arichis (argis *NZ*) sapientissimi et catholici principis deinceps quae secuntur idem paulus ex diuersis auctoribus proprio stilo contexuit ‖ 3 ualentianus *NZ* ‖ 4 cibalensi *HB* ‖ edictus H^1 ‖ nicheam *NZ* ‖ 5 constantinopolim *om. L* ‖ communione HBM^2 ‖ 6 mediocris NZ^1 ‖ cibalas *HBM*, ciuales *NZ* ‖ uanalicium *B* ‖ 7 finem N^1 ‖ nequierant *M*, nequiuerint *L* ‖ militia *HVB* ‖ 8 praetoriae *NZ* ‖ ascendit *L*, contendit *NZ* ‖ 9 ualentiano *NZ* ‖ 10 integrae *B* ‖ ut cum *B* ‖ dictum] ducatum N^1 ‖ 11 imperatores N^1 ‖ immolari NZ^1 ‖ a militia *M* ‖ 12 iouinianoque *MB*, iubinianoque *NZ* ‖ qui] ualentinianus qui *M* ‖ pro] per *L* ‖ nomen L^1 ‖ 13 tertio anno *V* ‖ imperii] imperium *L* ‖ fratre ualente *L* ‖ ualente] baien* N^1 ‖ 14 bene *om. B*, plene *L* ‖ oratus *V*, ortatu Z^2, hortatu *L* ‖ 15 trebatas *NZ*, trebates *M* ‖ constantinopoli *H* ‖ 16 nonnullus *H* ‖ his diebus *om. NZ* ‖ procupius *NZ* ‖ 17 tyrannide *N* ‖ 18 partis eius] eius partipes N^1, eius participes N^2Z ‖ caesi] itaque caesi *NZ* ‖ moto *HNZ*, motum V^1M ‖ 19 factum *M* ‖ egressus NZ^1, egressum ex egressus H^1

III *Valens* interea *ab Eodoxio Arrianae haereseos episcopo baptizatus in saevissimam*
Oros. 548—50 et Hier. 2382 *haeresim dilapsus est conatusque catholicos persequi. fratris auctoritate conpressus est. ea*
tempestate Athanaricus rex Gothorum Christianos in gente sua crudelissime persecutus ad
coronam martyrii sublimavit.

IIII *Valentinianus Saxones gentem in oceani litoribus et paludibus inviis sitam virtute atque*
agilitate terribilem Romanis finibus eruptionem meditantem in Francorum finibus oppressit.
Burgundionum quoque plus quam octoginta milia armatorum ripae Rheni fluminis inse-
Hier. 2387 *derunt qui tamen* non multo post tempore *Christiani effecti sunt.* ‖ *Valentinus inter*
haec in Brittania antequam tyrannidem invaderet oppressus est. ‖

V *Valentinianus vero anno imperii sui undecimo cum Sarmatae sese per Pannonias*
Oros. 550 epit. 45, 8 *diffudissent easque vastarent, bellum in eos parans* dum *apud Brigetionem oppidum* ‖ *Qua-*
Oros. 550 *dorum legationi responderet anno aevi quinto et quinquagesimo* ‖ *subita effusione sanguinis*
epit. 45, 8. 9 *quae Graece apoplexis vocatur* ‖ *voce amissa sensu integer expiravit. quod quidem intem-*
VI *perantia cibi ac securitate qua artus diffuderat accedisse plures retulere.* ‖ *fuit* autem *im-*
Hier. 2381 et epit. 45, 5. 6 *perator egregius vultu decens, sollers ingenio, animo gravis, moribus Aureliano similis,*
sermone cultissimus, quamquam esset ad loquendum parcus, severus, vehemens, infestus vitiis
maximeque avaritiae. severitatem tamen *eius nimiam et parcitatem quidam crudelitatem*
epit. *avaritiam interpretabantur;* ‖ *acer in his quae memoraturus sum Hadriano*que *proximus*
pingere venustissime, meminisse, nova arma meditari, fingere cera seu limo simulacra.
prudenter uti locis temporibus sermone atque, ut breviter concludam, si ei foedis hominibus,
quibus sese quasi fidissimis prudentissimisque dederat, carere aut probatis uti licuisset, per-
fectus haud dubie princeps enituisset. ‖

VII *Anno ab urbe condita millesimo centesimo vicesimo octavo Valens tricesimus nonus*
Oros. 550 *imperium Orientis quattuor annis Valentiniano mortuo tenuit, Gratiano Valentiniani*
filio in Occidentali parte regnante, qui sibi Valentinianum fratrem parvulum admodum so-
Iord. R. 238 *cium creavit imperii.* ‖ hic enim *Valentinianus de Iustina secunda Valentiniani uxore na-*
tus erat, nam Valentinianus senior dudum laudante uxore sua pulchritudinem Iustinae
sibi eam sociavit in matrimonio legesque propter illam concessit, ut omnis qui voluisset
inpune bina matrimonia susciperet; nam ideo populosas fore gentes, quia hoc apud eas
sollemne est. accepta ergo, ut diximus, Valentinianus Iustina edidit ex ipsa quattuor filios
Valentinianum quem sibi, ut praemisimus, Gratianus sociavit in regno *et Gratam Iustam-*
que et Gallam. ‖

1 eudoxio *B* ‖ arrianae] et arrianae *M* ‖ baptizatos V^1 ‖ sceuissimam *HV*, saeuissima NZ^1 ‖ 2 haeresim] heres *V* ‖ compre*sus V^1, comprehensus V^2, depressus *NZ* ‖ 3 aithanaricus *HV*, hathanaricus *B* ‖ persequitur M^1 ‖ 5 oceanis *M* ‖ inuiis sitam] inuiissimam *N*, inuilissimam *Z* ‖ uirtutem VNZ^1 ‖ 6 eruptione *NZ* ‖ meditante *L*, moditante *N* ‖ 7 burgondionum *H*, burdionum *NZ* ‖ insiderunt *NZ* ‖ 8 post *om.* M^1 ‖ 9 antequam] qui *B* ‖ inuaderem N^1 ‖ 10 ualentianus *N* ‖ anni M^1 ‖ 11 deuastarent *L* ‖ parans] pars *V*, parens M^1 ‖ brigitionem *HBML*, brigionem *VNZ* ‖ guadorum *NZ* ‖ 12 aeuo *M* ‖ quinquagesimum *V* ‖ subite M^1 ‖ sanguine M^1 ‖ 13 apopexis *N* ‖ intemerantia *NZ* ‖ 14 ciui HN^1L^1, uini *B* ‖ securitate] saturitate Z^2 ‖ accidisse *B* ‖ detulere *HVBL* ‖ 15 moribus *om. L* ‖ 16 cultissimos *H* ‖ quamquam — uitiis *M i. m.* ‖ infertus *H*, infe*tus L^1, infectus L^2 *ex epitome errore correcto* ‖ 17 tamen *om. HB* ‖ quadam *N*, quandam L^1 ‖ crudelitatem *om. L*, *sup. lin. M* ‖ 18 et *ante* auaritiam *add.* NZM^2 ‖ interpretantur *B* ‖ memoratus *VML* ‖ hadrianoque] atrinoque NZ^1 ‖ 19 meminit *B* ‖ arma noua *Z* ‖ ceras *V*, carea M^1 ‖ seu] uel *B* ‖ simulagra N^1 ‖ 20 foedus *B* ‖ 21 quibus *om. NZ* ‖ fidissimus *VNZM* ‖ prudentissimusque *VNZ*, prudenti in his que M^1 ‖ perfectae M^1 ‖ 22 se nituisset NZ^1 ‖ 23 uicensimo H^1, *om. M* ‖ 24 anni NZ^1 ‖ ualentini M^1 ‖ ualentiniano *HV* ‖ 25 paruolum *H* ‖ 26 crauit N^1 ‖ hi *Z* ‖ etenim *NZ* ‖ ualentinanus *Z* ‖ 27 ualentianus *H* ‖ laudate N^1 ‖ suam Z^1 ‖ 28 omnes *L cum Iord.* ‖ uoluissent *NML cum Iord.* ‖ 29 binam N^1 ‖ susciperent *L cum Iord.* ‖ 30 sollemnem V^1 ‖ accepto M^1 ‖ ipsis *M* ‖ 31 in regno *om. M*

VIII *Valens igitur inpietatem quam dudum meditatus fuerat operibus explens* ‖ *lege data, ut monachi militarent, nolentes per tribunos et milites fustibus iussit interfici; quorum* Oros. 551 et Hier. 2391 *innumera multitudo per vastas tunc Aegypti solitudines effusa* praecipueque *apud Nitriam* martyrii consecuta est palmam *ac per singulas ubique provincias adversus catholicas ecclesias et rectae fidei populos diversa sunt inlata incommoda.* ‖

VIIII *Interea in Africae partibus Firmus sese excitatis Maurorum gentibus regem constituens Africam Mauritaniamque vastavit. contra quem Theodosius Theodosii, qui post im-* Oros. 551. 552. 553 *perio praefuit, pater a Valentiniano missus effusas Maurorum gentes multis proeliis fregit, ipsum Firmum afflictum et oppressum ad mortem coegit;* qui *postquam experientissima providentia Africam conposuisset stimulante invidia iussus* a Valente *interfici apud Carthaginem baptizari in remissionem peccatorum praeoptavit ac demum gloriosa morte occumbens percussori iugulum ultro praebuit.*

X *Ea tempestate gens Hunnorum diu inaccessis seclusa montibus repentina rabie percita exarsit in Gothos eosque perturbatos ab antiquis sedibus expulit. Gothi transito Danubio fugientes a Valente sine ulla foederis pactione suscepti sunt. deinde propter intolerabilem avaritiam Maximi ducis fame conpulsi in arma surgentes victo Valentis exercitu sese per Trachias infudere omnia caedibus incendiisque vastantes.* quibus cognitis *Valens Antiochia egressus cum adversus Gothos exercitum aptaret sera peccati paenitentia stimulatus episcopos ceterosque sanctos revocare de exiliis imperavit.* ‖ *denique lacrimabili* XI *cum Gothis bello commisso* ‖ *ad primum Gothorum impetum perturbatae Romanorum equi-* epit. 46, 2 Oros. 553 *tum turmae nudatos pedes deseruere. qui mox equitatu hostium saepti ac sagittarum nubibus obruti cum amentes metu* huc illucque *fugitarent, funditus interiere. ipse imperator cum sagitta saucius versusque in fugam* ‖ *ob dolorem nimium saepe equo laberetur* ‖ Hier. 2395 *atque in vilissimam casulam deportatus esset, supervenientibus Gothis ignique supposito con-* epit. 46, 2 *crematus est.* ‖ denique *petentibus Gothis ut eis episcopos mitteret a quibus fidei rudimenta* Oros. 554 *susciperent, Valens doctores ad eos Arriani dogmatis misit, sicque universa illa gens Arriana effecta est. iusto itaque dei iudicio ab illis igne crematus est, quos ipse perfidiae succenderat igni.* ‖ *Gothi vero imperatore occiso iam securi ad urbem properant Constantinopo-* Iord. R. 238 *litanam, ubi tunc Dominica Augusta Valentis uxor multa pecunia plebi largita ab urbis vastatione hostem submovit, regnum cognatis fideliter viriliterque servavit.* ‖

XII *Anno ab urbe condita millesimo centesimo tricesimo secundo Gratianus quadragesimus ab Augusto post mortem Valentis sex annis imperium tenuit, quamvis iamdudum* Oros. 554 *ante cum patruo Valente et cum Valentiniano fratre regnaret.* ‖ igitur *Gratianus admo-* Oros. 552 *dum iuvenis cum inaestimabilem multitudinem hostium Romanis infusam finibus cerneret, fretus Christi potentia longe inpari militum numero sese in hostem dedit et continuo apud Argentariam oppidum Galliarum formidolosissimum bellum incredibili felicitate confecit;*

2 militare H^1 ‖ fustibus *om.* NZ^1 ‖ 3 uastatas *Z*, uastata M^1 ‖ aegypto M^1 ‖ diffusa *NZ* ‖ est *post* diffusa *add.* Z^2 ‖ 4 martyrium V^1 ‖ 6 affricam H^1 ‖ firmu *H*, firmum *V* ‖ 7 theodosius *om.* *NZ* ‖ 8 pater *ante* theodosii *L* ‖ a] ab N^2Z ‖ 9 afflitum *H*, affictum *NZ* ‖ oppressum] adprehensum *NZ* ‖ experientissimam N^1 ‖ 10 inuidiam N^1 ‖ iussu NZ^1 ‖ a] ab N^2Z, *om.* M^1 ‖ 11 occubens *N* ‖ 12 iugulo Z^1 ‖ ultro iugulum *B* ‖ 13 diu inaccessis seclusa (seclausa *NZ*), diu accessis saeculis M^1, diuina accessisse clusa V^1, diu accessu clusa V^2 ‖ a montibus *M* ‖ 15 a ualente] e ualentes *Z* ‖ 17 per thracias *om.* *B* ‖ thracias *BL*, tracias H^2, trahias N^1 ‖ infundere M^1 ‖ 18 anthiocia *H*, antiochiam *NZ* ‖ cum *om.* *V* ‖ aduersum NZM^2 ‖ stimulatos N^1 ‖ 19 reuocari *NZ* ‖ 21 turbae *V* ‖ nudatosque *L* ‖ pedes] pedites VN^2ZM^2L ‖ equitatum *M* ‖ 22 illuc *NZ* ‖ interire NZ^1 ‖ 23 cum *om.* *L* ‖ sauciatus *NZ* ‖ uerusque V^1 ‖ ob] cum M^1 ‖ saepe] se de *L* ‖ 24 causulam M^1 ‖ congrematus H^1 ‖ 26 susciperet *V* ‖ arrianis $H^1V^1M^1$ ‖ 27 quod L^1 ‖ perfide *M* ‖ succederat M^1 ‖ igni] igne L^2 ‖ 29 dominicam N^1, domina *B* ‖ multa] milia Z^1 ‖ 30 uastationem NZ^1 ‖ hoste *H* ‖ 31 centesimo *om.* M^1 ‖ tricesimo *om.* N^1 ‖ secundum M^1 ‖ 32 imperium tenuit VI annis *V* ‖ 33 antea NZM^2 ‖ ualentiano *H* ‖ 34 cum *om.* *V* ‖ inextimabilem *NZ* ‖ infusa *B* ‖ 36 incredili *H*

nam plus quam triginta milia Alamannorum minimo Romanorum detrimento in eo proelio
XIII *interfecta narrantur.* ‖ hoc denique ei recta fidei cultura contribuit: nam cum usque
Hier. 2390 ad id tempus Italia Arrianae perfidiae morbo langueret. *post Auxentii seram mortem* cum *Ambrosius* ex pagano iudice subito apud *Mediolanium* divino nutu *episcopus* a cunctis fuisset electus moxque catholico baptismate tinctus praesul esset ordinatus cumque pro fide catholica libros Gratiano imperatori porrexisset ac veneratione qua debuerat susceptus esset, *universa* statim *ad rectam fidem Italia repedavit.* eo tempore in Galliis
Prosp. p. … apud Turonos multis beatissimus Martinus lampabat virtutibus ‖ *totoque orbe doctrinis et scientia clarus apud* ***Bethleem*** **civitatem Palaestinae situs radiabat** *Hieronymus.*

XIIII Porro Gratianus ‖ *cum animadvertisset Traciam Daciamque tamquam genitales ter-*
epit. 47, 3 *ras possidentibus Gothis Taifalisque atque omni pernicie atrocioribus Hunis et Alanis extremum Romano nomini periculum instare,* ‖ *eadem provisione qua quondam legerat Nerva*
Oros. 555 et epit. 47, 3 *Hispanum virum Traianum, per quem res publica reparata est, accitum et ipse* **nihilominus** *aeque ab Hispania Theodosium faventibus cunctis apud Syrmium purpuram induit* **aetatis** *annum tertium tricesimumque agentem Orientisque et Traciae simul imperio praefecit.* ‖

XV *Itaque Theodosius afflictam rempublicam ira dei reparandam credidit misericordia*
Oros. 555.556 *dei; omnem fiduciam sui ad opem Christi conferens maximas illas Scythicas gentes formidatasque cunctis maioribus, Alexandro quoque illi Magno evitatas, at tunc extincto Romano exercitu Romanis equis armisque structissimas, hoc est Alanos Hunos et Gothos incunctanter adgressus magnis multisque proeliis vicit. urbem Constantinopolim victor intravit et ne parvam ipsam Romani exercitus manum assidue bellando detereret, foedus cum Athanarico rege Gothorum percussit. Athanaricus Constantinopolim ad Theodosium venit* ‖ quem ille mira animi iocunditate et affectione suscepit. denique cum urbem Athanaricus intrasset et tam aedificia civitatis quamque exornati quasi ad diem festum populi frequentiam cerneret ac per singula mente inhaereret cumque deinceps imperatoris regiam ingressus obsequia officiaque diversa conspiceret: 'sine dubio', inquit, 'deus terrenus est imperator, contra quem quicunque manum levare nisus fuerit, ipse sui sanguinis reus existit'.

23 *Iord. Get. 28:* moribusque suis benignissimis ad se eum in Constantinopolim accedere invitavit: qui omnino libenter adquiescens regiam urbem ingressus est miransque: 'en', inquit, 'cerno quod saepe incredulus audiebam', famam videlicet tantae urbis, et huc illuc oculos volvens nunc situm urbis commeatumque navium, nunc moenia clara prospectans miratur populosque diversarum gentium quasi fonte in uno e diversis partibus scaturriente unda sic quoque milite ordinato aspiciens: 'deus', inquit, 'sine dubio terrenus est imperator: et quisquis adversus eum manum moverit ipse sui sanguinis reus existit'. in tali ergo admiratione maioreque a principe honore suffultus paucis mensibus interiectis ex hac luce migravit; quem princeps affectionis gratia paene plus mortuum quam vivum honorans dignae tradidit sepulturae ipse quoque in exequiis feretrum eius praeiens.

1 romano M^1 ‖ proelio in eo detrimento *M* ‖ 2 hoc — contribuit H^2 *i. m.* ‖ tribuit *NZM* ‖ 3 idem *M* ‖ 4 mediolanum *NZBM* ‖ 5 catholici *Z* ‖ 7 uniuersam *M* ‖ italiam N^1M ‖ gallis *NZM* ‖ 8 toronos V^1 ‖ beatissimos N^1 ‖ orbe N^2Z, orbi *rell.* ‖ 9 scientiae clari *L* ‖ betheem *N* ‖ situs radiabat *om* *L* ‖ 10 thraciam *BL semper.* ‖ 11 pernicie omni *V* ‖ pernice N^1 ‖ unnis *NZ*, hunnis M^2L^2, hun* L^1 ‖ analis *M*, halanis *L semper* ‖ 12 extremo *NZ* ‖ nomini] omni $HVBM^1$, nomine N^1, imperio omni *L* ‖ elegerat *L* ‖ 14 hispaniae N^1 ‖ syrmiaum *V* ‖ 15 thraciae *B*, trachiae *NZM* ‖ imperium Z^1 ‖ 16 perfecit M^1 ‖ 17 afflicta republica *B* ‖ iram *M* ‖ misericordiam N^1 ‖ 18 dei *om.* Z^1 ‖ omnemque *NZ* ‖ cythicas *L* ‖ 19 euitatas] ciuitatis *M* ‖ at] ac *NZM* ‖ romanu *N* ‖ 20 alanos *om. B* ‖ unnos N^1, unos *H*, hunnos N^2ZBL ‖ 21 proeliis] precibus HV^1B ‖ urbem] ac urbe *NZ* ‖ 22 detereret *B*, deterreret *PL* ‖ aithanarico *B*, athalarico *L* ‖ 23 gothorum rege N^2Z ‖ gothorum — athanaricus *om.* N^1 ‖ athalaricus *L*, baithanaricus *B*, athanasius autem N^2Z ‖ ill* H^1 ‖ 24 urbe HV^1M ‖ athalaricus *L*, aithanaricus *B* ‖ 25 quam *M* ‖ exornatis *NZ* ‖ populis *L* ‖ 26 mente] inte *N* ‖ imperatori *M* ‖ 27 obsequia *bis* H^1 ‖ terrenu N^1 ‖ 28 manus *NM* ‖ ipsi H^1V ‖ extitit *B*, exsistet M^2

nec mora tamen superveniente valitudine rebus excessit humanis: cuius exequias imperator ipse praecedens dignae cum tradidit sepulturae. at ‖ *universae Gothorum gen-* [Oros. 556] *tes rege defuncto aspicientes virtutem benignitatemque Theodosii Romano sese imperio dederunt. in hisdem etiam diebus Parthi ceteraeque barbarae nationes Romano prius nomini inimicae ultro Constantinopolim ad Theodosium misere legatos pacemque supplices poposcerunt iunctumque cum eis foedus est.*

Interea cum Theodosius in Oriente subactis barbarorum gentibus Trachias tandem [XVI] *liberas ab hoste reddidisset et Archadium filium suum consortem fecisset imperii, Maximus vir quidem strenuus et probus atque Augusto dignus, nisi contra sacramenti fidem per tyrannidem emersisset, in Brittania invitus ab exercitu imperator creatus in Galliam transiit.* ‖ at vero Gratianus *dum exercitum neglegeret et paucos ex Alanis, quos ingenti auro ad se* [epit. 47, 6. 7] *transtulerat, veteri ac Romano militi anteferret adeoque barbarorum comitatu et prope amicitia capi, ut nonnunquam eodem habitu iter faceret, odia contra se militum excitavit. Maximus* ergo *ab infensis Gratiano legionibus exceptus eundem* ‖ *subita incursione perterritum* [Oros. 556 et epit. 47, 7] *atque in Italiam transire meditantem dolis circumventum interfecit* aetatis *novem et viginti annos* habentem *fratremque eius Valentinianum Augustum Italia expulit. Valentinianus in Orientem refugiens a Theodosio paterna pietate susceptus mox etiam imperio restitutus est.* ‖

Fuit autem Gratianus litteris haud mediocriter institutus, carmen facere, ornate lo- [XVII] *qui, explicare controversias rhetorum more, nihil aliud die noctuque agere quam spiculis* [epit. 47, 4. 5] *meditari summaeque voluptatis divinaeque artis credere destinata ferire, parcus cibi somnique ac libidinis victor cunctisque esset plenus bonis, si ad cognoscendam reipublicae gerendae scientiam animum intendisset, a qua prope alienus non modo voluntate, sed etiam exercitio fuit.* ‖

LIBER XII.

Anno ab urbe condita millesimo centesimo tricesimo octavo Theodosius genitus patre [I] [Oros. 557—60] *Theodosio matre Thermantia quadragesimus primus* imperatorum *interfecto per Maximum* [et epit. 48, 1. 6] *Gratiano imperium Romani orbis solus obtinuit mansitque in eo annis undecim, cum iam in Orientis partibus sex annis Gratiano vivente regnasset. itaque iustis necessariisque causis ad bellum civile permotus cum e duobus Augustis fratribus unius interfecti ultionem, alterius restitutionem procuraret, sese adversum Maximum tyrannum sola fide maior (nam longe minor universi apparatus bellici conparatione) proripuit. Aquileiae tunc Maximus insederat, Andragathius comes eius summam belli administrabat; qui cum largissimis mi-*

2 at] ac *NZ* ‖ 3 benignitatem *NZ* ‖ imperio sese *B* ‖ dedere *M*, dediderunt *L* ‖ 4 parthi (parthis V^1) ceteraeque] parthicae terraeque *B* ‖ nomine N^1 ‖ 5 ultro] ultro se *NZ* ‖ poscerunt N^1 ‖ 7 thracias *B* ‖ 8 hostes NZ^1 ‖ 9 quidem uir *L* ‖ et probus *om.* *L* ‖ 10 mersisset M^1 ‖ 11 halanis *NM* ‖ ingente *L* ‖ 12 trantuleret *H* ‖ adeosque *M* ‖ amicitiam *V* ‖ 13 caperetur *B corrigens* ‖ eadem *NZ* ‖ incitauit *V* ‖ maximis N^1 ‖ 14 infesis N^1, infessis M^1 ‖ incussione N^1, concusione *Z* ‖ 15 circumuentus *HV* ‖ 16 italiae *M* ‖ 17 in imperio *L* ‖ 19 ornate] orte Z^1, ∗rte N^1, arte N^2 ‖ 20 rethorum *P* ‖ aliud] ∗ud N^1 ‖ spiculis] uersiculis M^2 ‖ 21 meditare N^1L ‖ summaque *V* ‖ ferire] subire M^2 ‖ 22 cognoscendum M^1 ‖ regendae M^2 ‖ 23 exercitus H^1, exercitu H^2V ‖ 25 explicit historiae romanae liber (lib. *H*) XI (decimus *M*) incipit liber XII (undecimus *M*) *HVM*, explicit liber XI incipit liber XII *NZ* incip. lib. XII *B* ‖ 27 mat∗ H^1 ‖ per] pro M^1 ‖ 28 gratianus V^1 ‖ romanae *VB* ‖ urbis *B* ‖ obtenuit H^1 ‖ 30 e *om.* *NZ*, et *V* ‖ ultione H^1VM ‖ 31 restitutione H^1VM ‖ aduersus NZM^2 ‖ nam] nam non *L* ‖ 32 aquilegae *H* ‖ 33 insedebat *L* ‖ summa N^2 ‖ bella *N* ‖ ministrabat *NZ* ‖ largissimum N^1, largissimus N^2Z

litum copiis astuto consilio omnes Alpium ac fluminum aditus communisset, dum navali expeditione incautum hostem praevenire parat et obruere, sponte eadem quae obstruxerat
II *claustra deseruit. ita Theodosius nemine sentiente vacuas Alpes intravit atque Aquileiam inprovisus adveniens magnum hostem Maximum ac trucem et ab inmanissimis quoque Germanorum gentibus tributa ac stipendia solo terrore nominis exigentem sine controversia clausit cepit occidit.* ‖ hanc Maximo perditionem beatus Martinus ante praedixit. ‖
Oros. *Valentinianus recepto Italiae potitus imperio est: Andragathius comes cognita Maximi nece praecipitem sese e navi in undas dedit ac suffocatus est. Theodosius incruentam victoriam deo procurante suscepit; Victorem* quoque *Maximi filium, quem imperatorem pater Gallis infantili aetate reliquerat, extinxit.*

III *Igitur Valentinianus iunior, cum in Galliam transisset ibique tranquilla re publica in pace ageret, apud Viennam dolo Arbogastis comitis sui strangulatus atque, ut voluntariam sibi conscivisse mortem putaretur, laqueo suspensus est; quo extincto Arbogastes tyrannum creavit Eugenium eligens hominem cui titulum imperatoris inponeret ipse acturus imperium; vir barbarus animo consilio manu audacia potentiaque nimius, contraxit undique innumeras invictasque copias vel Romanorum praesidiis vel auxiliis barbarorum, aliis potestate aliis cognatione subnixus. denique extabat genere Francus cultorque sordidis-*
IIII *simus idolorum.* igitur *Eugenius atque Arbogastes cum instructa acie Alpium transitus tenerent, Theodosius expers cibi ac somni orationi incumbens totam noctem pervigil exegit; cum* tamen *se esse a suis destitutum sciret, ab hostibus circumsaeptum nesciret, fiducialiter arma corripiens signoque crucis signum proelio dedit ac se in bellum, etiam si nemo se-*
Prosp. s. a. 396 *queretur, victor futurus inmisit;* ‖ *nam consultus Iohannes anachoreta eum victurum spo-*
Oros. 560.561 *ponderat.* ‖ *quem cum Arbitio hostilium partium comes ignarum circumpositis excepisset insidiis, conversus* mox *ad reverentiam Augusti* eum *non solum periculo liberavit, verum etiam auxilio instruxit; cumque ad congressionem ventum esset, vehemens turbo ventorum* a parte Theodosii *in ora hostium ruit, qui et ab eius parte spicula missa valenter hosti infigeret et hostili manu missa repelleret. nec mora parva suorum data strage victori se Theodosio hostilis exercitus prostravit. Eugenius captus atque interfectus est; Arbogastes sua se manu percussit. praemiserat* denique prius *Theodosius decem milia* auxiliatorum *Gothorum quae ab Arbogaste comite funditus deleta sunt; quos utique Theodosio perdidisse magis lucrum quam detrimentum fuit.* ad cuius laudem *ob insignem victoriam poeta quidam eximius sed infidelis inter cetera hos versiculos cecinit: 'o nimium dilecte dei tibi militat aether, et coniurati veniunt ad classica venti'.* ‖

V *Huic ferunt somnio nomen parentes monitos sacravisse, quod in Latinum Adeoda-*
epit. 48, 2–5. 18–19 *tum potest intellegi. de hoc etiam oraculo in Asia divulgatum est eum Valenti successurum, cuius nomen* **ΘΕΟ** *atque* **Δ** *litteris initiaretur; qua cognitione principii deceptus*

1 auditus V^1 ‖ 2 incaustum N^1 ‖ obruere] obruente *N* ‖ 3 sentientem *L* ‖ uacuas *om.* M^1 ‖ 5 germanorum gentibus] gentibus romanorum (sti) *B* ‖ dispendia *M* ‖ terrore] tempore *B* ‖ exigente HVM^2 ‖ sine *om.* *B* ‖ controuersiam *N* ‖ 6 clausit] ausit V^1 ‖ ac *M* ‖ maximam N^2ZM, maximaser N^1 ‖ 7 ualentianus *N* ‖ positus *V* ‖ 8 e naui] naui *M*, emamui *N* ‖ uictoria *B* ‖ 9 filius N^1 ‖ 10 galliis *B* ‖ infantuli H^1 ‖ aetatem *L* ‖ relinquerat N^1 ‖ 11 gallia H^1VM ‖ tranquillam *NZM* ‖ rem publicam *ZM* ‖ 12 in pace *om.* *M* ‖ comiti *HVM* ‖ strangulatus est *HVB* ‖ 13 arbogastis *B* ‖ 14 aucturus *NZML* ‖ 17 potestatem *NZ* ‖ cognationem *NZ* ‖ subnixis *L* ‖ 18 acies *L* ‖ 19 oratione *L* ‖ tatam *B* ‖ peruigilem *VM* ‖ egit VB^1 ‖ 21 signum] sign* V^1 ‖ 22 sponponderat *N* ‖ 23 ambitio *M* ‖ come V^1 ‖ 24 ex periculo *NZ* ‖ 25 cum V^1 ‖ gressionem *HVB* ‖ 26 perte M^1 ‖ ruit] fuit *NZ* ‖ 27 manum N^1 ‖ repellet *N* ‖ uictori se] uictoris et *V*, uictori *NZ* ‖ 29 auxiliatorium H^1 ‖ 30 thodosius N^1, theodosius N^2 ‖ perdidisset Z^1 ‖ 31 lugrum N^1 ‖ 32 quidem H^1B ‖ *Claudian. in III cons. Honor. 96* ‖ deo M^1 ‖ 34 somnia *NZ* ‖ monitis *V* ‖ sagrauissend H^1, agrauisse N^1Z^1, sagrauisse N^2Z^2 ‖ 35 deuulgatum *NZ* ‖ successorum *V* ‖ 36 ΘЄU at Δ *NZ*, deo atque a *V*, theo atque ō (Δ) *M* ‖ principi *V*

Theodorus, cum sibi imperium deberi praesumeret, scelestae cupidinis supplicia persolvit. fuit autem Theodosius propagator rei publicae atque defensor eximius; moribus et corpore Traiano similis, quantum scripta veterum et picturae docent, a quo et originem traxit: sic eminens status, membra eadem, par caesaries os absque eo quod illi aliquantum vellendo steriles genae neque tam ingentes oculi erant; nescio an et tanta gratia tantusque flos in facie seu tanta dignitas in incessu fuisset. mens vero prorsus similis adeo, ut nihil dici queat quod non ex libris in istum videatur transferri. clemens animus misericors communis solo habitu differre se ceteris putans; in omnes homines honorificus, verum effusius in bonos, simplicia ingenia aeque diligere, erudita mirari sed innoxia, largiri magno animo magna, amare cives vel privato contubernio cognitos eosque honoribus pecunia beneficiis ceteris munerari, praesertim quorum erga se vel patrem aspero casu officia conprobasset. illa tamen quibus Traianus aspersus est, vinolentiam scilicet et cupidinem triumphandi, usque eo detestatus, ut bella non moverit sed invenerit. ministeria lasciva psaltriasque comessationibus adhiberi lege prohibuit; consobrinarum nuptias tamquam sororum interdixit. litteris mediocriter doctus, sagax plane multumque diligens ad noscenda gesta maiorum; execrabatur, cum legisset superbiam dominantium praecipue perfidos et ingratos; irasci sane rebus indignis, sed subito flecti, unde quoque *dilatione modica emolliebantur interdum severa praecepta; habuitque a naturae munere quod Augustus a philosophiae doctore; qui cum vidisset eum facile commoveri, ne asperum aliquid statueret, monuit, ubi irasci coepisset, quattuor atque viginti Graecas litteras memoria recenseret, ut illa concitatio quae momenti est mente alio traducta parvi temporis interiectu languesceret. melior haud dubie, quod est rarae virtutis, post auctam annis potentiam regalem auri argentique pondera sublata a tyrannis multis ex suo restituit.* inerat ei cura pietatis eximiae, *colere patruum tamquam genitorem, fratris mortui sororisque liberos habere pro suis, cognatos adfinesque parentis animo conplecti. elegans laetumque convivium dare nec tamen sumptuosum, miscere colloquia pro personis studio dignitatibus sermone cum gravitate iocundo, blandus pater, concors maritus. exercebatur neque ad inlecebram neque ad lassitudinem; ambulationibus, cum esset otium, animum reficiens regebat valitudinem continentia vescendi.* ‖ huius et apud homines mansuetudo et quanta extiterit VI apud deum devotio, hoc uno monstratur exemplo: nam cum apud Mediolanium missarum fruiturus sollemniis ecclesiam vellet intrare eumque beatus Ambrosius pro quodam facinore, nisi publice paeniteret, non admissurum se diceret, et prohibitionem humi-

2 theodosius *om.* L ‖ defensus N^1, indefensor HV ‖ 3 quanta V ‖ scriptura NL ‖ pictura HVB ‖ 4 quantum HVB ‖ euellendo L, ualendo B^1, uilendo B^2 ‖ 5 sterelis HNZ^1, stereles L ‖ neque] que B ‖ 7 transferre NZ ‖ clemens — 8 differre *om.* Z ‖ 8 habito M ‖ se] se a NZ ‖ 9 effusior M^2 ‖ ingenieque HVM^2, ingeniique L, ingeniaque NZM^1, ingenuaque B ‖ magnos Z^2M ‖ 10 magnam VL^2, *om.* B ‖ mare V ‖ priuatos B ‖ 11 munerari] muneri N^1Z^1, muneris N^2, muneribus honorabatur Z^2 ‖ officio V^1 ‖ conprobasset] probauerat L ‖ 12 uiolentiam $H^1Z^2M^1$ ‖ triumphandi] tripudians B ‖ 13 adeo ML ‖ detestatus (testatus N^1) est VNZ ‖ misteria H ‖ lasciuia NZM ‖ psalteriasque HZM^2, psalitriasque M^1 ‖ 14 comesationibus H^2L ‖ adhibere N^1 ‖ prohibuit lege H ‖ tamqui HV^1 ‖ 15 interduxit N^1 ‖ diocriter V^1 ‖ sagas H^1 ‖ ad noscenda] ad noscendam NL, agnoscenda V ‖ maiorum gesta L ‖ 16 exercabatur M^1 ‖ superbia N ‖ ingratus N, gratos B^1 ‖ 17 emoliebatur B, emolliebatur Z^2L ‖ 18 seuera] uera NZ^1 ‖ natura HV ‖ 19 aliquod NM^2, *om.* M^1 ‖ 20 ubi] ibi N^1 ‖ memorias L ‖ 21 ut *om.* N ‖ alia BL ‖ 22 quod est] quidem V ‖ uirtutis potentiam regalem auri post auctam annis potentiam regalem M ‖ auctam] cautam NZ^1 ‖ regale N, regale ni V ‖ 23 a *om.* NZ ‖ suo] uo L^1 ‖ restituere L, restitueret B ‖ 24 colere] calore Z^1V ‖ patruum colere L ‖ genitores L^2 ‖ fratres Z^1 ‖ 25 cognatis M ‖ parentis *om.* N, *sup. lin.* Z^1, parent*s L^1 ‖ eligans B ‖ lectumque Z^1 ‖ 26 nec] non L ‖ misceret NZ^1 ‖ sermonem BL ‖ 27 iocundum B ‖ consors N^1 ‖ incelebram NZ^1M^1 ‖ 28 lascitudinem V ‖ ociosum V, odium NZ ‖ reficiebat L ‖ gerebat NZ ‖ 29 uescendo NZ ‖ apud] et apud Z ‖ 30 cum *om.* NZ ‖ mediolanum NZL ‖ 32 amissurum N^1Z ‖ prohibitione N^1

liter pertulit et satisfactionem non erubescens indictum ab episcopo paenitentiae modum devotus excepit.

VII Huic sociata in coniugio Flacilla fuit ex qua Archadium et Honorium genuit: qua defuncta Gallam Valentiniani maioris et Iustinae filiam Valentiniani quoque iunioris sororem in matrimonium duxit quae ei Placidiam peperit. cui postea de matris nomine Gallae cognomentum accessit.

VIII Itaque ‖ *quinquagesimum* Theodosius *annum agens* aetatis *in pace apud Mediola-*
epit 48,19 20 *nium rebus excessit humanis utramque rem publicam utrisque filiis Archadio et Honorio quietam relinquens. corpus eius eodem anno Constantinopolim translatum atque sepultum est.* ‖

VIIII *Anno ab urbe condita millesimo centesimo quadragesimo nono Archadius Augustus in*
Oros. 563 *Oriente. Honorius frater eius in Occidente quadragesimo secundo loco commune imperium*
Oros. 567 *divisis tantum sedibus tenere coeperunt.* ‖ *quorum pater curam viris potentissimis mandarat*
Oros. 563 *habere, id est Rufino Orientalis aulae, Stiliconi Occidentalis imperii.* ‖ *vixitque Archadius post patris excessum annis duodecim imperiique summam Theodosio filio parvo admodum moriens tradidit.*

X *Interea Gildo comes Africae cognita Theodosii morte arbitratus minimam in parvulis*
Oros. 564—66 *spem fore Africam iuri proprio coepit usurpare. huius frater Mascelzer germani perfidiam perhorrescens in Italiam rediit; Gildo duos eius filios, quos pater reliquerat, dolo circumventos occidit. ad hunc iam hostem bello insequendum Mascelzer frater missus est. Mascelzer iam a Theodosio sciens quantum in rebus desperatissimis oratio hominis per fidem Christi clementiam dei impetraret, Caprariam insulam adiit; inde secum sanctos viros abducens, cum quibus orationibus ac ieiuniis dies aliquot continuavit et noctes. ante triduum quoque, quam hosti contiguus fieret, cernit noctu beatum Ambrosium paulo ante defunctum, quo vel quando victoriam caperet, diem sibi indicantem et locum. ac tertio demum die post noctem orationibus hymnisque pervigilem cum quinque solummodo milibus adversus octoginta milia hostium pergens eos dei nutu sine bello in deditionem accepit: quo viso auxiliarii Gildonis barbari ilico terga dedere; Gildo et ipse fugam arripiens ascensa navi, cum in Africam redisset, post aliquot dies strangulatus interiit. sane idem Mascelzer rerum secundarum insolentia tumens ecclesiam dei temerare ausus est atque ex ea quosdam non dubitavit extrahere; secuta mox poena sacrilegium est, nam post aliquantum temporis ipse punitus est.*

VII. *similia Iord. Rom. 258:* de qua Galla dehinc Theodosius imperator Flacilla defuncta Placidiam generavit, quae mater fuit moderni Valentiniani iunioris imperatoris.

1 erubens N^1 ‖ inductum H^1 ‖ episcopo] eo *NZ* ‖ 2 deuotis N^1, deuote *M* ‖ accepit *B* ‖ 3 placilla *ZB*, pla Z^2 *i. ras.*, flaccilla *M* ‖ 4 galliam N^1Z^1 ‖ maioris — ualentiniani *om. V* ‖ quoque *om. B* ‖ iunioris *add.* Z^2 *ante* quoque, *om.* NZ^1 ‖ 5 matrimonio *HVB* ‖ 6 gallę *N*, id gallae *V* ‖ 7 quinquagesimum] di quinquagesimum *V* ‖ theodosium N^1 ‖ egens N^1 ‖ mediolanum *VZM* ‖ 9 eadem N^1 ‖ sepultus N^1 ‖ *post* sepultum est *add. M* explicit liber XI (XII *m. I*) incipit XII (XIII *m. I*) ‖ 12 functo *post* oriente *add.* M^1 ‖ 12 honorius *om. V* ‖ mandaret *L* ‖ 14 stiliconis Z^1 ‖ imperium *L* ‖ uixit itaque *NZ*, uixit quoque *M* ‖ 15 duocim *HN* ‖ filio *om. N* ‖ 17 arbitri N^1 ‖ in paruulis] paruuli *NZ* ‖ 18 iure *M* ‖ proprii V^1N^2 ‖ mascezer *NZ*, mascerzet M^1 ‖ 20 circumuentus *V* ‖ ad huc N^1M^2 ‖ ut hostem M^2L ‖ insequendo *ML* ‖ 21 nascelzer *M* ‖ 22 sanctos *om. H* ‖ 23 adducens *NZ* ‖ aliquot dies *B* ‖ 26 diem NZ^1B^1 ‖ 27 eos *om.* V^1, *ante* sine *add.* V^2 ‖ 28 auxiliarum V^1, auxiliari M^1 ‖ 31 quondam M^1 ‖ dubitabat *NZ* ‖ extraheret N^1 ‖ poene *H*, poenam VN^1 ‖ 32 tempus *L*

Interea Rufinus, cui a Theodosio Orientalis aulae cura commissa est, malo perfidiae depravatus, cum barbarorum solaciis regnum temptaret invadere, morte iustissima poenas luit. Stilico quoque Occidentis tutor imperii, inmemor conlatorum beneficiorum inmemor adfinitatis (nam socer extabat Honorii) regnum et ipse Eucherio filio affectans ingentia rei publicae intulit mala: nam cum saepe delere posset barbaros, fovit, saepe Alaricum cum Gothis suis vicit, saepe conclusit, semperque dimisit. cui quis fuerit exitus, suo melius in loco dicetur. XI

Inter haec *omnium antiquorum praesentiumque hostium longe inmanissimus Radagaisus* rex Gothorum *totam repentino inundavit Italiam impetu. nam fuisse in eius populo plus quam ducenta milia Gothorum ferunt. hic supra hanc incredibilem multitudinem indomitamque virtutem barbarus erat et Scytha, qui omnem Romani generis sanguinem diis suis propinare devoverat.* invadit ilico Romam pavor infinitus, *fit omnium paganorum in urbe concursus; adclamatur a cunctis se haec ideo perpeti, quod neglecta fuerint magnorum sacra deorum. magnis querelis ubique agitur et continuo de repetendis sacris celebrandisque tractatur; fervent tota urbe blasphemiae, nomen Christi tamquam lues aliqua probris ingravatur. conducuntur a Romanis adversus Radagaisum duo pagani duces Gothorum Sarus, Uldin Hunorum. sed non sinit deus rem suae potentiae infidelium virtutem videri; conterritus namque divinitus Radagaisus in aspero Faesulani montis iugo urguente undique timore concluditur agminaque, quibus angusta dudum videbatur Italia, latendi spe in unum ac parvum verticem truduntur; quo cum fame et siti conficerentur, rex Radagaisus solus spem fugae sumens captus a Romanis in vincla coicitur ac paulisper retentus vita privatur. tanta vero multitudo captivorum Gothorum fuisse fertur, ut vilissimorum pecudum modo singulis aureis passim greges hominum venderentur.* XII Oros. 567—570

Interea Alaricus Italiam ingressus, cum ab Honorio sedes, quo cum suo exercitu consistere possit, expeteret, Honorius deliberato consilio ei Gallias concessit: qui dum ad Galliam pergens ob recuperationem iumentorum apud Pollentiam aliquantulum XIII

XI. *Orosius 567. 571. 572. Oros. 567:* interea cum a Theodosio imperatore seniore singulis potissimis infantum cura et disciplina utriusque palatii commissa esset hoc est Rufino Orientalis aulae, Stiliconi Occidentalis imperii, quid uterque egerit quidve agere conatus sit, exitus utriusque docuit; cum alius sibi, alius filio suo adfectans regale fastigium, ut rebus repente turbatis necessitas rei publicae scelus ambitus tegeret, barbaras gentes ille inmisit, hic fovit. taceo de Alarico rege cum Gothis suis saepe victo, saepe concluso semperque dimisso. *de reliquis cf. XVI.*

XIII. *Oros. 567:* taceo de infelicibus bellis apud Pollentiam gestis, cum barbaro et pagano duci hoc est Sauli belli summa commissa est. cuius inprobitate reverendissimi dies et sanctum Pascha violatum est cedentique hosti propter religionem, ut pugnaret, extortum est. cum quidem

4 sacer *N*¹ || honori *Z*¹*M*¹, honorius *Z*² || ingentio *V* || 5 mala, *ex* milia *M* || saepe cum *NZM* || possit *NZM* || alarichum *V* || cum *om. N*¹ || 6 suis *om. HVB* || semperque] sepeque *M*¹ || exitu *V* || 8 antiquo *V*¹ || ragaisus *M* || 9 inuadit *NZ* || 10 duocenta *HNM*¹, cccc *M*² || fertur *B* || 11 omne *V*¹ || 12 dis *N*¹ || suis *om. V* || propinna *NZ*¹ || inuidit *N*¹ || 13 a] ut *NZ*¹, sed *M* || 14 magnisque *V* || querelis] bellis *V*¹, querellae *N*¹ || repetendis] repentinis *B* || 15 tota] tanta *NZ*¹ || 16 pagina *M*¹ || 17 uldinus *M*¹, et uldin *L* || rem *om. H*¹ || suae] siue *NZ* || infidelium *om. N*¹ || 18 uirtute *HVBZM* || peculani *L* || montes *N*¹ || 19 urgente *B* || angustare *L* || uidebantur *NZ*¹ || 20 in *add. ante* uerticem *V* || traduntur *NZ* || quo cum] quorum *N*¹, quod cum *L* || conficerent *V* || 21 conicitur *BL*² || 23 pecodum *N*²*ZML* || modo] more *B* || singuli *M*¹ || passim] passum *H*, passuum *V*¹ || 24 halaericus *N*¹ || 25 posset *B* || experet *N*¹ || ei *om. N*¹, eis *L* || 26 pullentiam *HVB*, polentiam *NZ*

resedisset. Stilicho comes in perniciem rei publicae Gothos pertemptans, dum eos in-
sidiis adgredi cuperet, ‖ *belli summam Sauli pagano duci commisit.* qui *ipso sacratis-
simo die Paschae* ‖ Gothis nil tale suspicantibus super eos inruit magnamque eorum
partem prostravit. nam primum perturbati Gothi ac ‖ *propter religionem* ‖ cedentes
demum arma corripiunt: more se solito cohortantur victoremque virtute potiori pro-
sternunt exercitum. hinc in rabiem furoris excitati coeptum iter deserentes Romam
contendunt petere, cuncta, per quae ierant, igni ferroque vastantes. nec mora venien-
Oros. 573 tes urbem capiunt, devastant incendunt ‖ *dato tamen prius praecepto, ut siqui in sancta
loca praecipueque sanctorum apostolorum* **Petri et Pauli** *basilicas confugissent, hos in primis
inviolatos securosque esse sinerent, deinde in quantum possint praedae inhiantes a sanguine
Oros. 576 temperarent.* ‖ *capta itaque* **Roma** *est anno millesimo centesimo sexagensimo quarto condi-
Oros. 575 tionis suae.* ‖ *die* sane *tertia sponte Gothi urbe discedunt facto aliquantarum aedium in-
XIIII cendio, sed ne tanto quidem quantum* olim a Caesare *factum est.* ‖ deinde per Campaniam
Lucaniam Britiamque simili strage bacchantes Regium pervenere in Siciliam transfre-
tare cupientes. quo cum transmeare ascensis navibus vellent, perpessi naufragium
plures suorum amisere. Alaricus inter haec dum, quid ageret, deliberaret, apud Con-
sentiam subita morte defunctus est. Gothi Basentum amnem de alveo suo captivo-
rum labore derivantes, Alaricum in medio eius alveo cum multis opibus sepeliunt

ostendente in brevi iudicio dei et quid favor eius posset et quid ultio exigeret, pugnantes vicimus, victores victi sumus. *Iord. G. 29:* Alaricus . . intravit Italiam . . *30:* cum . . ad Honorium imperatorem . . legationem misisset, quatenus si permitteret, ut Gothi pacati in Italia residerent . . Honorius imperator . . suo . . . cum senatu inito consilio, quomodo eos fines Italiae expelleret, deliberabat; cui ad postremum sententia sedit, quatenus provincias longe positas id est Gallias Spaniasque . . . Alaricus sua cum gente sibi tamquam Lares proprios vindicaret . . . (Gothi) ad patriam sibi traditam proficiscuntur, post quorum discessum nec quidquam mali in Italia perpetrato Stilico . . . ad Pollentiam civitatem in Alpes Cottiarum locatam dolose accedens nihilque mali suspicantibus Gothis ad necem totius Italiae suamque deformitatem ruit in bello. quem ex improviso Gothi cernentes primum perterriti sunt, sed mox recollectis animis et, ut solebant, hortatibus excitati omnem paene exercitum Stiliconis in fugam conversum usque ad internicionem deiciunt furibundoque animo arreptum iter deserunt et . . praedis spoliisque potiti . . Aemiliam pari tenore devastant . . usque ad urbem Romam discurrentes, quidquid in utrumque latus fuit, in praeda diripiunt. ad postremum Romae ingressi Alarico iubente spoliant tantum, non autem . . . ignem supponunt.

XIIII. *Iord. G. 30:* exindeque egressi per Campaniam et Lucaniam simili clade peracta Brittios accesserunt; ubi diu residentes ad Siciliam et exinde ad Africae terras ire deliberant . . . ibi ergo veniens Alaricus . . . per Siciliam ad Africam quietam patriam transire disponens, cuius . . . fretus ille horribilis aliquantas naves submersit, plurimas conturbavit; qua adversitate depulsus Alaricus, dum secum, quid ageret, deliberaret, subito inmatura morte praeventus rebus humanis excessit; quem nimia sui dilectione lugentes Basento amne iuxta Consentinam civitatem de alveo suo derivato . . in medio alvei collecta captivorum agmina sepulturae locum effodiunt, in cuius foveae gremium Halaricum cum multas opes obruunt rursusque aquas in suo alveo reducentes, et ne a quoquam quandoque locus cognosceretur, fossores omnes interemerunt.

1 residet N^1, residisset N^2Z ‖ comes] patricius *L* ‖ 3 tale suspicantibus] supplicantibus nihilque tale sperantibus *L* ‖ partem eorum *ZB* ‖ 5 coartantur *V* ‖ uirtutem *H* ‖ 6 excitat HV^1, excitatus V^2, excitantur M^1 ‖ 7 peterent N^1, peteret N^2 ‖ per] pro M^1 ‖ qua *HV* ‖ nec mora — 8 deuastant *om.* *V* ‖ 8 siquis *ML* ‖ 9 apostolorum *om.* *HVB* ‖ basicas N^1 ‖ 10 sinirent HM^1L^1, esse sinerent *B* ‖ possent *B* ‖ inhientes *NZ* ‖ 12 die sane] dies ante *L*, sane die *B* ‖ discendunt N^1 ‖ facta NZ^1 ‖ incendium *N*, incendia Z^1 ‖ 13 tantum *NZ* ‖ 14 brittaniamque M^1B^1, brittiamque M^2 ‖ baccantes *ex* baccahabentes *M* ‖ peruenire VN^1Z^1 ‖ 15 cupiens M^1 ‖ quo] quae *N*, qui *Z*, quam *B* ‖ 16 inter haec — apud *om.* M^1 ‖ agere N^1 ‖ consentiam] in consentiam *M* ‖ 17 defuctus *B* ‖ annem *NZ*, amnen *M* ‖ 18 diriuantes *NZ* ‖ alaricus V^1 ‖ multis] militis *Z*

amnemque meatui proprio reddentes, ne quis locum scire possit, captivos, qui interfuerant, extingunt.

Regem deinceps Athaulfum Alarici adfinem Gothi constituentes, Romam redeunt: XV siquid residui fuit, more lucustarum eradunt, auferentes exinde Gallam ‖ *Placidiam* Oros. 576 *Theodosii principis filiam, sororem Honorii, quam sibi Athaulfus* apud Forum Cornelii *coniugio sociavit. quae multo post rei publicae commodo fuit.* ‖ *nam ad hoc mariti animum* Oros. 585 *acerrimo ingenio subtilibus blandimentis inflexit, ut ultro a Romanis pacem expeteret.* ‖ qui *ad Gallias proficiscens,* dein ‖ *apud Barcilonem fraude suorum occisus est. post quem* (Prosp. s. a. 1121) *Segericus regnum capiens, dum pacem Romanis servare disponit, et ipse a suis peremptus* Oros. 585 *est. deinde Wallia regnandi iura suscepit ad hoc electus a Gothis, ut pacem infringeret, ad hoc a deo ordinatus, ut confirmaret.* ‖

Interea comes Stilico Wandalorum perfidae et dolosae gentis genere editus, Eucherium ut dictum est *filium iam a puero Christianorum persecutionem meditantem ut in imperio* XVI Oros. 571 *substitueret,* ‖ *ante biennium Romanae inruptionis* ‖ *gentes copiis viribusque intolerabiles, hoc* Oros. 576. 571. 572 *est Alanorum Suevorum Wandalorum Burgundionum, ultro in arma suscitavit easque pulsare Gallias voluit, ut sub hac necessitate a genero in filium extorquere imperium possit. tandem ubi imperatori Honorio exercituique Romano haec tam ingentia damna patefacta sunt, commoto iustissime exercitu occisus est Stilico, qui ut unum puerum purpuram indueret, totius generis humani sanguinem dedidit. occisus Eucherius eius filius paucique cum isdem satellites tantarum molitionum puniti sunt.* ‖ *eodem tempore clarissima urbis loca fulminibus diruta sunt, quae inflammari ab hostibus nequiverunt.* Oros. 575

Inter haec *apud Brittanias Gratianus tyrannus mox creatur occiditur. huius in* XVII *loco Constantinus ex infima militia propter solam spem nominis sine merito virtutis eligitur.* Oros. 576–579 *qui ad Gallias transiens saepe a barbaris incerto foedere inlusus detrimento rei publicae magis fuit* quam augmento. *tunc duo iuvenes locupletes Didymus et Viridianus, adsumptis propriis servulis ac vernaculis sese patriamque a barbaris et tyranno defensare moliti sunt. adversus hos Constantinus Constantem filium ex monacho Caesarem factum cum quibusdam foederatis barbaris in Hispanias misit. Constans barbarorum fultus auxilio eos primo proelio peremit. quibus barbaris dum claustra Pyrinaei montis commissa fuissent, ab eis tota illa, quae per Gallias bacchabatur, ferocitas gentium Hispaniarum provinciis intromissa est. itaque post multas strages incendia et rapinas tandem divisis sedibus barbari ad aratra conversi Romanorum residuos coeperunt ut socios amicosque fovere.*

XV. *Iord. G. 30:* regnumque Wesegotharum Ataulfo eius consanguineo . . tradent . . *31:* qui suscepto regno revertens iterum ad Romam, si quid primum remanserat, more lucustarum erasit . . Placidiam . . . ab urbe captivam abduxit, quam . . . in Foro Iuli Aemiliae civitate suo matrimonio legitime copulavit.

1 amnenque *M*[1] ‖ meatu *NZ* ‖ possint *V* ‖ 3 ataulfum *L* ‖ *ante* adfinem *add.* *Z*[2] filium ‖ 4 siqui *NZ*[1] ‖ residuum *L* ‖ locustarum *PL praeter H* ‖ tradunt *M*[1], eradiunt *B* ‖ 5 principis *om.* *M*[1] ‖ horoni *B* ‖ ataulfus *L* ‖ 6 ad hoc — 7 ingenio sub *om.* *M*[1] ‖ 6 animo *NZ*[1] ‖ 7 accerrimo *H* ‖ subtibus *N*[1], talibus *M*[1] ‖ 7 peteret *B* ‖ 8 galliam *N* ‖ deinde *V*[2]*ZM* ‖ barcillonam *V*, barchillonam *Z*, barchilonam *N*, barchillonem *M* ‖ 9 cupiens *NZ* ‖ 10 deinde in *L* ‖ uuallia *PL* (uullia *B*, uallio ex gallio *M*), *semper praemittitur* u *nominibus barbaris ab* u *littera incipientibus* ‖ iure *NZ*[1] ‖ 12 inter *in* interea *B in ras.* ‖ stilico] stilicho patricius *L* ‖ etucherium *H* ‖ 13 a *om.* *HVBM* ‖ puerum *B* ‖ in *om.* *NZ* ‖ 14 substineret *M*[1] ‖ romae *L* ‖ uiribusque copiis *HVL*, uiribus copiisque *B* ‖ 15 burdionum *NZ*[1] ‖ ultra *HV* ‖ 16 hanc *L* ‖ genere *M*[1] ‖ 17 ubi *om.* *NZ*[1]*B*[1] ‖ exercituque *NZ* ‖ tan *Z*, tamen *H* ‖ 18 exercitum *BV*[1], exitu *M*[1] ‖ 19 totius suis generis *L* ‖ dedit *NZML* ‖ eucherium *N* ‖ pauci *NZ* ‖ hisdem *NZBL* ‖ 20 fluminibus *B* ‖ 21 quae] quod *N* ‖ inflammare *B* ‖ 22 creatur *HV*, cretur *N*[1], creatus *N*[2]*ZMBL*, creatur et *Orosius* ‖ 24 incertos *N* ‖ foedere] nedere *NZ*[1] ‖ detrimentum *L* ‖ magis rei publicae *NZM* ‖ 25 augmentum *L*, auctmento *B* ‖ didimius *HV* ‖ 26 seseque *Z* ‖ 27 aduersum *LM*[1] ‖ ex *om.* *N*[1] ‖ quibus] qui *HV* ‖ 29 pirenei *BL* ‖ commissa] commota *NZ* ‖ 30 illa tota *V* ‖ 32 fouerent *N*[1]*Z*[1]

LIBER XIII.

I Igitur *imperator Honorius, dum vires rei publicae cotidianis cerneret labefactari incommodis*, virum strenuum et bellicosum *Constantium comitem ad Gallias cum exercitu mittit. is mox Galliam ingressus est*, continuo *Constantinum tyrannum apud Arelatem extinxit, Constans vero filius eius a Gerontio suo comite Viennae peremptus est. in cuius locum Gerontius Maximum quendam substituens ipse a suis militibus iugulatus est. Maximus deinde purpura exutus in Hispania exulans egens obiit. exinde Iovinus apud Gallias, mox adsurrexit, cecidit. Sebastianus tyrannus frater eius continuo creatus occisus est. Tertullus consul, qui se futurum principem in senatu gloriatus est, pari nihilo minus exitu periit. Attalus a Gothis imperator effectus*, postmodum *captus a Constantio missusque Honorio truncata manu vitae relictus est. Heraclianus* quoque *cum Sabino genero cum tribus milibus ac septingentis navibus ex Africa Romam tendens occursu comitis Marini territus et in fugam versus arrepta navi solus Carthaginem rediit ibique peremptus est. hos omnes Honorius optima religione magnaque Constantii industria superavit, merito sane, nam his diebus praecipiente Honorio favente Constantio sopitis apud Africam haereticis pax ecclesiis redditur.* ‖ in qua fulgentissimus tunc apud Ipponi regium totiusque magister ecclesiae florebat Augustinus.

(Oros. 581. 582)

II Interea *Wallia Gothorum rex dei iudicio territus Placidiam apud se honeste habitam* exigente Constantio *fratri Honorio reddidit pacemque cum eo datis lectissimis obsidibus pepigit seque pro Romanis adversus barbaros, qui Hispanias invaserant, pugnaturum spopondit. mittunt* e contrario *Wandalorum Alanorum Suevorumque reges principi Honorio legationem* in his verbis: '*tu cum omnibus pacem habe, omnium obsides accipe. nos nobis confligimus, nobis perimus, tibi vincimus, tuae erit quaestus rei publicae, si utrique pereamus*'. ‖

(Oros. 585. 586)

III His ita tantis incommodis deo favente sopitis Honorius Gallam Placidiam germanam suam Constantio suo comiti fide integerrimo et ingenti viro iam dudum promis-

I. 2—3 *Oros. 581:* Honorius imperator videns tot oppositis tyrannis nihil adversum barbaros agi posse ipsos prius tyrannos deleri iubet: Constantio comiti huius belli summa commissa est. *Iord. G. 32:* contra quem Honorius imperator Constantium virum industria militari pollentem multisque proeliis gloriosum cum exercitu dirigit.

16 *Prosp. 395:* Augustinus beati Ambrosii discipulus multa facundia doctrinaque excellens Hippone Regio in Africa episcopus ordinatur.

II. 19 *cf. Iord. R. 238:* Valia rex Vesegothorum facta pace cum Honorio Placidiam sororem eius reddidit, quam Constantio patricio, qui eam revocaverat, matrimonio iungens *cet.*

III. *Prosp. 416:* eiusque (*Placidiae*) nuptias Constantius promeretur. *idem 418:* Valentinianus Constantii et Placidiae filius nascitur VI Nonas Iulias. *cf. Tiro p. 750:* Constantio dignitas imperii ab Honorio sponte delata, qua vix octo mensibus usus interiit Valentiniano VIII annorum filio derelicto.

1 expl. historiae romanae lib. XII incipit liber XIII *H*, explicit liber XII (duodecimus *N*, XIII M^1) incipit liber XIII (XIIII M^1) *VNZM*, incipit liber XIII *B* ‖ 3 gallias — 4 constantinum *om.* M^1 ‖ 4 gallias *NZL*, gallia *HV* ‖ introgressus *NZM* ‖ 5 eius filius *NZM* ‖ 6 iugulatus est] iugulatur *M* ‖ 7 exultans M^1 ‖ gallicos *M* ‖ 8 adsurgens *L*, ut surrexit *B* ‖ 9 tertellus *NZ* ‖ futurum *om.* NZ^1 ‖ par NZ^1, para *V* ‖ exito *V* ‖ 10 athalus *B* ‖ qui a gothis *L* ‖ effectus est H^1, fuerat effectus *L* ‖ postmodum *om. L*, postremum N^1Z^1, et postmodum N^2Z^2 ‖ 12 militibus N^1 ‖ occursum NZ^1M^1, occurso *V* ‖ 13 ni territus — solus *om.* M^1 ‖ et *om. NZ* ‖ in *om. B* ‖ carthagine *V* ‖ 15 constantino M^1 ‖ 16 ecclesiae *NML* ‖ ipponem *B*, ypponi *L* ‖ regium] regnum *NZ* ‖ 18 uualli* H^1, uullia B^1, gallia M^1 ‖ gallam placidiam *L* ‖ 19 lectissimi *V*, *om.* M^1 ‖ 20 aduersum *L* ‖ qui in hispanias *V* ‖ 21 mittent NZ^1 22 habe *om. B* ‖ 24 *post* pereamus *add.* ZN^2 *i. m.:* hucusque orosius ‖ 25 ita *om.* M^1

sam magno cunctorum gaudio sociavit, ex qua Valentinianum filium Constantius genuit, qui postea rei publicae imperium gessit. hoc in tempore ‖ *foedus firmissimum cum rege* Prosp. 419 *Gothorum Wallia Constantius pepigit tribuens ei ad habitandum Aquitaniam* Galliae provinciam *eiusdemque provinciae quasdam civitates vicinas.* ‖ cernens itaque Honorius ubique se Constantii virtute et ingenio seu per bella seu pacis moderatione tueri, eum cunctis adnitentibus apud Ravennam ‖ *in regni consortium adscivit*, qui necdum septem mensibus Prosp. 420 (421) evolutis ex hac luce subtractus est.

IIII His diebus *apud Bethleem Palaestinae* beatissimus *Hieronymus expletis nonaginta uno vitae annis ad Christum migravit.*

V Sequenti tempore Maximus apud Hispanias factione Ioviani, qui tunc in re militari clarus habebatur, tyrannidem arripuit. nec multo post superati utrique et capti ab Honorii exercitu eidem, cum apud Ravennam tricennalia sua perageret, praesentantur.

Hac tempestate ‖ *Brittani Scottorum Pictorumque infestationem non ferentes Romam* Beda 426 *mittunt ac sui subiectione promissa contra hostes auxilia flagitant. quibus statim* ab Honorio *missa militum legio magnam barbarorum multitudinem stravit ceterosque Brittaniae finibus expulit. sed mox ut discessere Romani, advecti iterum navibus hostes obvia quaeque sibi conculcant ac devorant. rursumque advolant Romani caesumque hostem transmaria fugant.*

VI *Hoc tempore* dum ‖ *Wandali* Alanique Hispanias infestarent, Honorius ad eas defensandas *Castinum ducem cum exercitu dirigit. qui Castinus praeclarum virum Bonifa-* Prosp. 422 *tium ac bellicis artibus* exercitum *inepto et iniurioso imperio ab expeditionis suae societate avertit. Bonifatius vero periculosum sibi indignumque ratus eum sequi, quem discordem superbientemque expertus esset, celeriter se ad portum urbis atque inde ad Africam proripuit magnumque postmodum rei publicae detrimentum* ‖ totiusque Africae causa excidii extitit. Castinus vero tanto collega ob suam intemperantiam privatus nihil dignum in Hispaniis gessit.

VII Inter haec *Placidia Augusta a fratre Honorio pulsa ad Orientem cum Honoria et Valentiniano filiis profecta* a Theodosio Augusto, Archadii alterius germani sui filio ho- Prosp. 423 norifice libenterque suscepta est. Honorius vero postquam cum minore de quo praemissum est Theodosio Archadii sui germani filio annis quindecim imperasset, cum iam antea cum fratre annis tredecim ac sub patre duobus regnasset, rem publicam, ut cupierat, pacatam relinquens apud urbem Romam vita exemptus est corpusque eius iuxta beati Petri apostoli martyrium in mausoleo sepultum est. huic suboles nulla VIII fuit. *nam duae Stiliconis filiae id est Maria et Hermantia una post alterum eius con-* Iord. v. infra

V. *cf. Tiro p. 750:* Maximus tyrannus de regno deiicitur ac Ravennam perductus sublimem spectaculorum pompam tricennalibus Honorii praebuit. *Prosp. 412:* Maximo in Hispania regno ablato vita est concessa.

VIII. *Iord. G. 30:* utramque eius filiam id est Mariam et Hermantiam sibi prin eps unam post unam consociavit, utramque virginem et intactam deus ab hac luce vocavit *et Rom. 258:* cuius duae filiae Maria et Hermantia singulae uxores Honorii principis fuere et utraeque virgines sunt defunctae.

1 cunctarum H^1 ‖ 2 hoc (in tempore *add.* M^2) imperator (constantius *add.* M^2) foedus pepigit firmissimum *M* ‖ 3 ebitandum NZ^1 ‖ aquitania *V* ‖ 6 asciuit *B* ‖ 7 adeuolutis *HV* ‖ 10 factione autem *L* ‖ iouiniani *NZBML* ‖ 11 ne *B* ‖ superati] separati *L* ‖ utique *Z* ‖ 13 scotorum *B* (*cothorum *M*) ‖ pictonumque *Z* ‖ infestatione *V* ‖ 14 suis *L* ‖ auxilio NZ^1, auxilium Z^2 ‖ 16 aduecti* *Z* ‖ obuia] omnia *L* ‖ quaeque] q* *M* ‖ 17 caesamque HV^1 ‖ 18 dum *post* alanique *B* ‖ 19 exercitum *L* ‖ 20 bellis N^1 ‖ exercitatum V^2N^2ZM ‖ inopto *V* ‖ iniurioso *ex* ingenioso *M* ‖ 22 superbientemque] superuenientemque *L* ‖ 24 sua *B* ‖ 26 honoria N^1 ‖ ad orientem *om.* NZ^1 ‖ cum honorio *MB*, *om.* *NZ* ‖ 27 filio Z^2, fili* Z^1 ‖ a] ad *V* ‖ arcadii *ex* arcadio *V* ‖ 28 minorem *ex* iuniorem V^1, minore V^2 ‖ permissum N^1 ‖ 29 cum iam] cui iam *N*, et*iam *Z* ‖ 30 regnans sed *V* ‖ ut *om.* M^1 ‖ 31 pactam HVM^1 ‖ uitae *NZ* ‖ exeptus *ex* exemptus *L* ‖ est *om.* M^1 ‖ 32 mausuleon *V*, manusoleo *N*, manusoleum *Z* ‖ sobules HN^1, soboles N^2BL ‖ 33 thermantia *NZ*, hormantia *B*, hermantiam *L* ‖ unam *L*

iugio sociatae utraeque dei iudicio inopinata morte praeventae ex hac luce virgines migrarere. fuit sane Honorius moribus et religione patri Theodosio non valde absimilis. cuius temporibus quamvis multa externa et civilia bella surrexerint, vel nullo vel Prosp. 423 minimo sanguine quievere. *exempto rebus humanis Honorio fultus praesidio Castini magistri militum Iohannes invadit imperium.*

VIIII Anno ab urbe condita millesimo centesimo septuagesimo septimo Theodosius Archadii filius quadragesimus tertius regum Romanorum Orientale regebat imperium. qui Prosp. 424. 425 comperto patrui sui Honorii funere mox *Valentinianum amitae suae Placidiae filium Caesarem effectum cum matre Augusta ad recipiendum Occidentis dirigit regnum. quo tempore Iohannes, dum Africam, quam Bonifatius obtinebat, bello reposcit, ad defensionem sui infirmior factus est.* denique venientes *Placidia Augusta et Valentinianus Caesar mira eum felicitate* continuo *opprimunt regnique gubernacula victores arripiunt;* quorum tunc milites crudeliter Ravennam depopulati sunt eo, quod illius maxime cives tyrannicae parti favissent. *Castinum* vero magistrum militum *damnant exilio, cuius arripuisse factione Iohannes tyrannidem credebatur, data Aetio venia eo, quod Hunni, quos per ipsum Iohannes acceperat, eius studio remeassent ad propria. Valentinianus* igitur consensu totius Italiae imperator efficitur itemque *ex decreto Theodosii Augustus appellatur.* dum haec geruntur *Achillas nobile oppidum Galliarum a Gothis multa vi oppugnatum est, donec imminente Aetio non inpuniti abscederent.*

X Prosp. 427 *Bonifatius* inter haec *apud Africam potentia gloriaque augebatur. mittuntur adversus eum Mabortius et Galbio; qui dum Bonifatium obsidere parant, ab eo interempti sunt. exinde gentibus, quae uti navibus nesciebant, dum a concertantibus in auxilium vocantur, mare pervium factum est. rursus contra Bonifatium Sigisvuldus comes dirigitur.* Bonifatius vero sentiens se non posse tuto Africam tenere cernensque sibi periculum instare, in perniciem totius rei publicae effervescens Wandalorum Alanorumque Beda 452 gentem cum Geiserico suo rege ab Hispaniis evocatos Africae intromisit. | qui *cunctam* paene *Africam ferro flamma rapinis crudelissime devastantes catholicam insuper fidem Arriana inpietate subvertere.* sub hoc turbine *beatissimus,* de quo praemissum est, *Augustinus Hipponiensis episcopus, ne civitatis suae ruinam cerneret, tertio eius obsidionis mense sex et septuaginta vitae annis expletis, ex quibus quadraginta in clericatu seu in episcopatu transegerat, ad Christum perrexit.* ||

VIIII. 12—14 *Tiro p. 751:* Iohanne ab exercitu Orientis victo et perempto Ravenna depraedatione vastata est.

X. *cf. Prosp. 427:* Gens Vandalorum ab Hispaniis ad Africam transiit. *Tiro p. 751:* Vandali in Africam transfretantes ingentem lacerata omni provincia cladem Romanis dedere. *Beda 452:* effera gens Vandalorum Alanorum et Gothorum ab Hispanis ad Africam transiens.

1 uirgines *om.* *VL* ‖ 2 obsimilis *NZ* ‖ 3 surrexerunt *NZL* ‖ 4 exempto rebus] exemto *L*, exemptoq B^1, exemptoribus *V* ‖ 5 imperium inuadit *L* ‖ 6 septimo *om.* *NZ* ‖ 7 regnum *VNZML* ‖ 8 patri N^1 ‖ honori Z^1, honorifico Z^2 ‖ placidae NZ^1 ‖ 9 augusta *om.* M^1 ‖ 10 bello reposcit] bellare possit M^1 ‖ 11 ueniens M^1 ‖ 12 abripiunt *H* ‖ 13 rauennam crudeliter *L* ‖ 14 damnate *V*, dampnauit *B* ‖ cuius exilio *B* ‖ 15 tirrannide *V* ‖ crudebatur *HV* ‖ aetio] ei *NZ* ‖ ueniam *L* ‖ hunis *B*, hunnis *L* ‖ 17 idemque *L* ‖ augusto V^1 ‖ 18 achilla *V*, achilas *NZL:* arelas *Prosper.* ‖ 19 non inpuniti] inpunito N^1, puniti N^2Z ‖ 20 potentiam HV^1L ‖ gloriamque *L* ‖ angebatur *NZ*, agebatur M^1 ‖ 21 mauortius *VBM* ‖ galuio *V* ‖ bonifacius *V* ‖ patrant N^1 ‖ 22 uti] ut *B*, liti *NZ* ‖ nesciebat *B* ‖ a concertantibus] ac uertentibus *B* ‖ auxilia *NZ*, auxilio *M* ‖ 23 prouium N^1 ‖ sigisiuuldus *HB*, sigisiuldus *V*, sigisuulnus *NZ* ‖ 24 tuto] totam *NZ* ‖ 25 in *om.* *HV* ‖ afferuescens *NZ*, et feruescens *V* ‖ alanorumque] alamannorumque *V* ‖ 26 genserigo *NZ* ‖ euocatas *B* ‖ 27 crudelissime rapinis *B* ‖ 28 subuerterent *L* ‖ hac N^2Z ‖ 29 ciuitati *HV* ‖ ruinam *om.* N^1, depopulationem ZN^2 ‖ 30 in *om.* N^1 ‖ 31 in *om.* *NZML*

XI

Eodem tempore *pace totius orbis et consensione mirabili Bonifatius ab Africa ad Italiam per urbem rediit accepta magistri militum dignitate. qui cum resistente sibi Aetio* Prosp. 432 *proelio superavisset, paucis interiectis diebus morbo extinctus est. Aetius vero cum deposita dignitate in agro suo degeret ibique eum quidam eius aemulus repentino incursu opprimere temptasset, profugus ad urbem atque illinc ad Dalmatiam, deinde Pannonias ad Hunnos pervenit, quorum amicitiis auxilioque usus pacem principum et ius interpolatae potestatis obtinuit* nec multo post patriciatus etiam dignitatem adeptus est. post eam igitur, quae praemissa est, Africae cladem *data per Trigetium ad habitandum Wandalis* Prosp. 435 *Africae portione pax cum eisdem* necessaria magis quam utilis *facta est.*

XII

His etiam *temporibus Gundicarium Burgundionum regem intra Gallias habitantem Aetius patricius bello obtrivit pacemque ei supplicanti concessit.* Prosp. 436 interea *Gothi pacis placita perturbant et pleraque municipia vicina suis sedibus occupant* cumque essent *maxime oppido Narbonensi infesti* civesque eius *longa obsidione et fame* affligerent, *adveniens comes Litorius hostes in fugam vertit et civitatem adlata frumenti copia a fame liberavit.*

Dehinc *anno sequenti bellum adversum Gothos Hunnis auxiliantibus gestum est.* Prosp. 437

Hac tempestate *Geisericus* apud Africam *intra habitationis suae limites cupiens catholicam fidem Arriana inpietate subvertere quosdam nostrorum episcopos eatenus persecutus est, ut eos privatos iure basilicarum suarum etiam civitatibus pelleret, cum ipsorum constantia nullis superbissimi regis terroribus cederet.* his denique diebus *Valentinianus Augustus ad Theodosium principem* suum fratruelem *Constantinopolim profectus est filiamque eius in matrimonium accepit.* per idem tempus *piratae multas insulas praecipueque* Prosp. 438 *Siciliam populati sunt.*

XIII

Inter haec *Litorius, qui secunda ab Aetio patricio potestate Hunnis auxiliantibus praeerat, dum Aetii gloriam superare appetit dumque aruspicum responsis et daemonum significationibus fidit, pugnam cum Gothis inprudenter conseruit. ac primum quidem magnam* Prosp. 439 *hostium stragem dedit, postmodum suis paene omnibus trucidatis ipse a Gothis turpiter captus est.* postremo *pax cum eisdem facta est, cum eam Romani post huius lacrimabilis belli perniciem humilius quam umquam antea poposcissent.*

XIIII

Aetio itaque *rebus quae in Gallis conponebantur intento Geisericus, de cuius amicitia nihil metuebatur Carthaginem, dolo pacis invadit omnesque opes eius excruciatis diverso tormentorum genere civibus in ius suum vertit nec ab ecclesiarum despoliatione abstinens, quas sacris vasis exinanitas et sacerdotum administratione privatas non iam divini cultus loca, sed suorum esse iussit habitacula, in universum captivi populi ordinem saevus, sed praecipue nobilitati et religioni infestus, ut discerni omnino non possit, hominibus magis an deo bellum intulisset.* igitur *Carthago ab Wandalis* hoc modo *capta est annis quingentis octoginta et quinque* evolutis, *postquam Romano coeperat iuri parere.* sequenti deinde Prosp. 440 anno *Geisericus* ad *Siciliam* transiens, dum magnis eam calamitatibus *affligeret, accepto*

1 eo *M* ‖ pacem *HVM*^{1} ‖ consensione] confessione *NZ* ‖ 2 urbe *B* ‖ resistente sibi aetium *N*, resistentem sibi aetium *Z*^{2}*MB* ‖ 5 ad urbem] at urbe *V* ‖ atque] itaque *L* ‖ 6 hunos *B*, annos *N*^{1} ‖ amicitias *NZ*^{1} ‖ auxilique *B* ‖ 7 optenuit *M*^{1} ‖ multo — adeptus est *add. M*^{2}, *om.* etiam ‖ eam] ea *VM* ‖ 8 cladem] laudem *B* ‖ 9 portionem *HVBL* ‖ cum *om. M*^{1} ‖ necessarias *V* ‖ 10 gundicarius *V* ‖ burgundiorum *V* ‖ 11 obtriuitque pacem *NZ*^{1}, obtriuit qui pacem *Z*^{2}, triuit pacemque *M*^{1} ‖ supplicati *V* ‖ placida *HVBM* ‖ 12 et *om. Z* ‖ 13 oppida *NZ* ‖ 14 uerti *N*^{1} ‖ liberaui *N*^{1} ‖ 15 sequente *N*^{1} ‖ hunis *B semper*, hinnis *H*, in his *V* ‖ 16 gensericus *aut* genserigus *NZML semper* ‖ 19 nullus *ZM* ‖ cedere *V* ‖ hisdem *Z*, hisdemque *M*^{1} ‖ 20 fratruelem] consobrinum *L* ‖ 21 piratae *om. HVB* ‖ 22 depopulati *L* ‖ 23 potestatem *NZ* ‖ 24 appetiit *HVB* ‖ auruspicum *B* ‖ 25 fidit pugnam] fit pugna *M* ‖ conseruit *eras. in M* ‖ 26 penem *V*^{1} ‖ 27 hisdem *L* ‖ lacrimabili *V* ‖ 29 in galliis rebus quae *L* ‖ componebatur *V* ‖ 30 metuebat *M*, metuebant *V* ‖ chartagine *H* ‖ extruciatis *L* ‖ 31 euertit *NZ* ‖ despoliationem *V*^{1} ‖ 32 et *om. NZ* ‖ administrationem *V*^{1} ‖ prouatas *N* ‖ 34 infectus *N*^{1} ‖ 35 an deo] mortem an bellum *NZ*, mortem *add. N*^{2} ‖ intulissent *NZ* ‖ a *N* ‖ uuanguandalis *M*, uuiandalis *B* ‖ 36 octoginta] octingenta *HV* ‖ parare *VN*^{1}*Z*^{1} ‖ 37 affligere *V*^{1}

nuntio de Sebastiano, qui ab Hispaniis ad Africam tenderet, celeriter Carthaginem rediit ratus periculosum sibi ac suis fore, si vir bellandi peritus recipiendae Carthagini incubuisset. verum ille amicum se magis quam hostem videri volens, dum de regis barbari amicitiis inprovise praesumit, infelici morte peremptus est.

XV Prosp. 441 Post haec *imperator Theodosius bellum contra Wandalos movit, Ariovindo et Ansila atque Germano ducibus magna cum classe directis. qui longis cunctationibus negotium differentes Siciliae magis oneri quam Africae praesidio fuere.*

XVI Prosp. 442 Per haec tempora *Hunnis Tracias et Illyricum saeva populatione vastantibus exercitus, qui in Sicilia morabatur, ad defensionem Orientalium provinciarum revertitur.*

Sub his fere diebus tam terribili Roma terrae motu concussa est, ut plurimae eius aedes aedificiaque corruerint.

XVII Beda 452 *Brittani* itaque, de quibus praemissum est, *cum rursus Scottorum Pictorumque incursionibus praemerentur, mittunt Aetio epistulam lacrimis aerumnisque refertam eiusque* quantocius *auxilium efflagitant. quibus dum Aetius minime annuisset* eo, quod contra viciniores hostes occupatus existeret, *quidam Brittanorum strenue resistentes hostes abigunt, quidam vero coacti hostibus subiciuntur.* denique *subactam Picti extremam eiusdem insulae partem eam sibi habitationem fecere* nec ultra exinde hactenus valuerunt expelli. at vero residui Brittanorum, dum continue Scottorum impetus formidarent, ultra iam de Romanorum praesidio diffidentes *Anglorum gentem cum suo rege Vertigerno ad defensionem suae patriae invitavere. quos amicali societate exceptos* versa in contrarium vice *hostes* Beda 459 pro adiutoribus *inpugnatoresque sensere.* sequenti deinceps tempore *gens Anglorum sive Saxonum Brittaniam tribus longis navibus advehitur. quorum dum iter prosperatum domi fama retulisset, mittitur* nihilo minus *exercitus multiplex, qui sociatus prioribus primum hostes, propter quos petebatur, abigit, deinde in Brittones arma convertens, conficta occasione quasi pro se eis militantibus minus stipendia praeparassent, totam prope insulam ab Orientali eius plaga usque ad Occidentalem incendio sibi seu gladio subegit.*

XVIII At vero Theodosius dum absque viginti uno superioribus annis, quos cum Honorio patruo regnaverat, septem et viginti annis imperium gessisset, ex quibus cum Valentiniano genero viginti quinque transegit, apud Constantinopolim morbo consumptus obiit ibique sepultus est.

LIBER XIIII.

I Anno ab urbe condita millesimo ducentesimo quarto defuncto Theodosio quadragesimus quartus in numero Marcianus Orientali aulae praeficitur imperator.

Ceterum Valentiniani tempora huius vel superioris imperatoris curriculis adscribuntur.

XVI. *cf. Anon. Cusp. B. a. 443:* taerae motus factus est Romae et ceciderunt statuae et portica nova.

1 sabastiano *NZ* ‖ ab] ad *B* ‖ tendere *M* ‖ 2 sibi] se N^1 ‖ chartagine *M* ‖ 3 barbaris *M* ‖ 4 amicitias NZ^1 ‖ praesumens *HVL* ‖ 6 ductibus *H* ‖ magna cum classe] magnam classem *NZ* ‖ 7 deferentes *M* ‖ 8 unnis *NZ* ‖ depopulatione *L* ‖ 9 siciliam *N* ‖ 10 motum V^1M^1 ‖ primae $HVBM^1$ ‖ 11 corruerant N^1Z ‖ 12 brettani *V* ‖ rursus] currus N^1, cursus N^2Z^1, concursum Z^2 ‖ pictonumque ZM^2 ‖ 13 praementur N^1 ‖ 14 quamtotius *P*, quantotius *L* ‖ 15 uicinos *L* ‖ hostes] hos *L* ‖ 17 partim *H* ‖ facere *M* ‖ ultro *B* ‖ expellere *L* ‖ 18 *ante* dum *add.* M^2: strenue resistentes ‖ continuo N^1 ‖ 19 angelorum V^1 ‖ gente *NM* ‖ 20 inuitauerunt *M* ‖ exceptus *V* ‖ 22 saxorum *V* ‖ iter] inter HNZ^1M ‖ 23 rettulissent M^1L ‖ 24 hostem NZ^1 ‖ propter] populi *HB* ‖ quod M^1 ‖ patebatur $HVNZM^1$, patiebatur *B*, petebat *L cum Beda*, petebatur M^2 ‖ accasione *H* ‖ 25 tota *B* ‖ 26 subegit *om.* NZ^1 ‖ 27 absque] abque N ‖ et uno *L* ‖ 28 gessitset *H*, gessit *L* ‖ ualentiano *H* ‖ 29 transegit] egit *NZ* ‖ 31 explicit historiae romanae liber XIII incipit liber XIIII *V*, explicit (expl. *H*) liber (lib. *H*) XIII (tertiodecimus *N*) incipit (incip. *H*) liber XIIII *HNZM*, incipit liber XIIII *B* ‖ 33 quartus in numero] octauus ab augusto *L* ‖ 34 tempore M^1 ‖ ascribentur *B*

Igitur ‖ *Valentinianus* occidui rector imperii pacis ea tempestate *foedera cum Geiserico* Wandalorum rege *firmavit certisque spatiis Africa inter utrosque divisa est.* Geisericus vero *dum de rerum successu* tumidus etiam *apud suos superbiret, valida adversus eum suorum conspiratio facta est; quorum molitione detecta diversis ab eo excruciati periere suppliciis.* horum *si quidem funeribus non minus virium amisit, quam si exuperatus belli certamine fuisset.* ‖ Prosp. 442

Interea rex Hunnorum Attila, dum cum fratre Bleba regnum intra Pannonias Daciamque gereret, Macedoniam Misiamque et Achaiam utrasque etiam Tracias immanissima rabie devastaret, *Blebam suum germanum* regnique *consortem peremit eiusque sibi parere populos conpulit.* ‖ fultus itaque fortissimarum gentium, quas sibi subiugarat, praesidio ad occidentale demoliendum animum intendit imperium. erant si quidem eius subiecti dominio rex ille Gepidarum famosissimus Ardaricus, Walamir etiam Gothorum regnator, ipso cui tunc serviebat rege nobilior, fortissimae nihilo minus gentes Marcomanni Suevi Quadi, praeterea Eruli Turcilingi sive Rugi cum propriis regulis aliaeque praeter hos barbarae nationes aquilonis in finibus commanentes. horum omnium Attila superbus imperio quamquam virium robore facile se posse adipisci putaret quod cuperet, non minori tamen consilii astutia quam armorum fortitudine hostes adgredi satagebat. praevidens itaque sagacitate qua callebat non sibi fore tutum, si Gothi qui intra Gallias morabantur, Romanis auxilio iungerentur, amicum se Gothis simulans adversum Romanos se asserit proeliaturum Romanorumque e diverso quasi amicitias appetens in Gothos, eorum videlicet hostes, se pollicetur arma moturum. agebat itaque hoc versuta barbaries, quatenus si hos posset a societate dividere, facilius utrosque singulari certamine proculcaret. quas eius astutias Aetius non minori acumine praevidens legatos ad Theodoritum, qui eo tempore Gothis apud Tolosam regnabat, dirigit, qui cum eo pacis foedera sociarent. annuit iuxta Aetii votum Romanorum legatis Theodoritus iungitque cum eis non minus sibi prospiciens firmissimum foedus promittitque se

(margin: II at "Interea rex Hunnorum"; Prosp. 444 at "consortem peremit"; III at "horum omnium")

II. *Iord. R. 239:* Hunorum rex Attila iunctis secum Gepidis cum Ardarico Gothisque cum Valamir diversasque alias nationes suis cum regibus omne Illyricum Traciamque et utramque Daciam Mysiam et Scythiam populatus est *et Get. 38:* Ostrogotharum praeminebat exercitus Valamire et . . germanis ductantibus ipso etiam rege cui tunc serviebant nobilioribus . . eratque et Gepidarum agmine innumerabili rex ille . . . famosissimus Ardaricus . . . reliqua . . . turba regum diversarumque nationum ductores ac si satellites nutibus Attilae attendebant. *populi v. 14 apud Iordanem non nominantur.* II—IIII. *Prosp. 451:* Attila post necem fratris auctus opibus interempti multa vicinarum sibi gentium milia cogit in bellum, quod Gothis tantum se inferre tamquam custos Romanae amicitiae denuntiabat. sed cum transito Rheno saevissimos eius impetus multae Gallicanae urbes experirentur, cito et nostris et Gothis placuit, ut furori superborum hostium consociatis exercitibus repugnaretur. tantaque Aetii patricii providentia fuit, ut raptim congregatis undique bellatoribus viris adversae multitudini non impar occurreret.

III. *Iord. Get. 36 similia narrat de dolo Attilae et Valentiniani ad Theodoritum legatione (de Tolosa cf. c. 42).*

1 ea] hac *NZ*, eam *L* ‖ 2 uualdanorum *B* ‖ spadiis N^1 ‖ africam *L* ‖ 3 superbiret] subiret *H*, superuiueret *V* ‖ aduersum *L* ‖ 4 molatione detenta *V* ‖ extruciati *L* ‖ perire* *V* ‖ 5 uirum *NL* ‖ ammisit N^1 ‖ 7 bleba] uerla *V*, bleda *B*, blebla *M* ‖ pannoniam M^1 ‖ scithiam NZM^2 ‖ 8 regeret M^1 ‖ thracias *B*, graecias *L* ‖ 9 ueblam *V*, bleblam *M* ‖ 10 parare N^1 ‖ subiugaret N^1 ‖ 11 occidentalem *HVML* ‖ demiliendum *B* ‖ erat *L* ‖ 12 fanosissimus *B* ‖ gualamire *V* ‖ 13 ipse *L* ‖ 14 marcomannis *V* ‖ quadri *M* ‖ heroli *NZ*, heruli *L* ‖ turgilingis *HB*, turgilinguis *V*, turgilinges *B* ‖ rigi *V*, rugii *M* ‖ 16 atilam *V*, adtila *Z*, adtali N^1, attala *B* ‖ imperium *V* ‖ quod cuperet] quod cum imperaret *V*, *om. NZ* ‖ 17 consilio *B* ‖ astudia V^1 ‖ adgregi N^1 ‖ 20 asseri N^1 ‖ praelaturum N^1 ‖ romanorum quoque *M* ‖ quasi *om. B* ‖ 21 se hostes *B* ‖ pollicentur N^1, polliceretur *B* ‖ motorum N^1 ‖ aiebat *B* ‖ 22 si] sibi *L* ‖ 23 proculcare *V*, procultaret H^1 ‖ eius astutias eius *V* ‖ 24 theodoricum N^1B, theodericum N^2Z ‖ tolosan *V*, tollossam *L*, tholosam *B* ‖ 25 eti *H* ‖ theodericus N^2Z, theodoricus *B* ‖ 26 prospiciens sibi *NZ* ‖ promittique *V*

IIII pariter pugnaturum. fuere interea Romanis auxilio Burgundiones Alani cum Sangibano suo rege. Franci Saxones Riparioli Briones Sarmatae Armoriciani Liticiani ac paene totius populi Occidentis. quos omnes Aetius. ne impar Attilae occurreret. ad belli adsciverat societatem. convenitur ex utraque parte in campos Catalaunicos. qui centum in longitudinem leuvas et ex latitudine septuaginta leuvis. ut Gallis most est metiri. feruntur.

V Attila itaque primo impetu mox ut Gallias introgressus est. Gundicarium Burgundionum regem sibi occurrentem protrivit.

Deinde cum ad locum certaminis ventum esset. inquirit aruspicem. si quid sibi de belli sorte venturum praediceret. qui arte daemoniaca exta pecudum perserutans Attilae infausta denuntiat. hoc tamen quantulumcumque solacium fore. quod summus de parte hostili in certamine ductor occumberet. Attila vero dum haec Aetii interitum. cuius mortem sitiebat. denuntiare putaret. non dubitavit vel cum suorum perditione bellum committere. dummodo Aetium suis motibus fortiter obsistentem possit extinguere. committit itaque pugnam iam in vesperum die vergente. ut. si superaretur ab hostibus. in-
VI minentis se noctis tenebris occuleret. conveniunt hinc et inde fortissimae nationes. conseruntur acies. fit bellum acre nimis et pertinax. quale vix ulla narratur historia. nec antea proeliandi ardore quievere quam eis nox superveniens pugnandi voluntatem adimeret. eo si quidem proelio centum octoginta milia hominum caesa referuntur tantumque est sanguinis effusum. ut parvulus qui ibidem labebatur rivulus inmodicus subito torrens effectus cadavera secum traheret peremptorum. Attilam sane de morte Aetii
Prosp. 451 sua suspicio fefellit: nam incolumi Aetio rex ibi Gothorum Theodoritus occubuit. ‖ *in quo proelio quamvis neuter cessisset exercitus. constat tamen Attilam fuisse superatum.* ‖

IIII. *Iord. Get. 36:* hi enim adfuerunt auxiliares: Franci Sarmatae Armoriciani Liticiani Burgundiones Saxones Riparioli Briones *et 37:* Sangubanus . . rex Alanorum . . Attilae se tradere pollicetur. *36:* convenitur itaque in campos Catalaunicos . . centum leuvas ut Galli vocant in longum tenentes et septuaginta in latum; leuva autem Gallica una MD passuum quantitate metitur.

V. *cf. Prosp. a. 435:* (*Gundicarium Burgundionum regem*) Hunni cum populo suo atque stirpe deleverunt. *Iord. Get. 37 de Attila:* statuit per aruspices futura inquirere. qui more solito nunc pecorum fibras nunc quasdam venas in abrasis ossibus intuentes Hunnis infausta denuntiant; hoc tamen quantulum praedixere solacii quod summus hostium ductor de parte adversa occumberet relictamque victoriam sua morte triumphum foedaret. cumque Attila necem Aetii quod eius motibus obviabat vel cum sua perditione duceret expetendam tali praesagio sollicitus, ut erat consiliorum in rebus bellicis exquisitor, circa nonam diei horam proelium sub trepidatione committit, ut si secus cederet nox imminens subveniret.

VI. *Iord. Get. 36:* conseruntur acies utraeque fortissimae *40:* manus manibus congrediuntur bellum atrox multiplex inmane pertinax cui simile nulla usquam narrat antiquitas. *41:* in hoc etenim . . bello . . . CLXV milia caesa referuntur exceptis quindecim milibus . . . qui ante congressionem publicam . . . concidere *40:* rivulus . . . peremptorum vulneribus sanguine multo provectus . . . liquore concitatus insolito torrens factus est cruoris augmento et quos illic coegit in aridam sitim vulnus inflictum, fluenta mixta clade traxerunt . . . hoc (*Theodoriti mors*) fuit quod Attilae praesagio aruspices prius dixerant, quamvis ille de Aetio suspicaret.

1 halani *PL semp.* ‖ sanguibano *B* ‖ 2 ripuriarii libriones *B* ‖ liticiniani *NZ* ‖ 3 aetius] et eius *V* ‖ athalae *B* ‖ occurrerent *B* ‖ asciuerat *B* ‖ 4 campo *V* ‖ cataleunicos *HB*, catalaonicos *M* ‖ 5 altitudine *V* ‖ leucas B^{2}, *om.* *M* ‖ ex] in M^{2} *i. ras.* ‖ latitudinem *M* ‖ leuuas *L*, le** M^{1}. leagas M^{2} ‖ mentiri N^{1}, emetiri *V* ‖ 6 atala *B* ‖ galliam *M* ‖ 8 auruspicem *V*, ab auruspice *B* ‖ 9 daeminica H^{1}, daemonica H^{2} ‖ pecodum $N^{1}ZL$ ‖ attalae *B* ‖ 11 attala *B* ‖ de *add. post* haec *NZML* ‖ interitu $HBN^{2}ZML$ ‖ 12 morte *V* ‖ denuntiari $HB^{2}NZML$ ‖ perditionem *L* ‖ 13 committeret N^{1} ‖ obsistente *V* ‖ 14 die] de N^{1}, di *Z*, diem V^{1} ‖ uergente] urguente *V* ‖ superarentur M^{1} ‖ 15 se] sime *B* ‖ hinetinde *H* ‖ 16 nulla M^{1} ‖ storia *M* ‖ 17 quieueret N^{1}, quieuerit *Z* ‖ eis] eius *V* ‖ 18 centum septuaginta M^{2} ‖ tantum *V* ‖ 19 sanguis $VNZM^{1}L$ ‖ effusus $V^{2}NZ$ ‖ paruus *NZL* ‖ in modico *NZ*, inmodicis *L*, non modicus *M* ‖ 20 torrens subito *B* ‖ trahere *L* ‖ attila $VN^{1}L$, attala *B* ‖ 21 incolomi *HBNZL* ‖ theodericus $N^{1}Z$, theodoricus $N^{2}B$ ‖ 22 attalam *B*

qui cum die altera intra plaustrorum munimenta se continens erumpere non auderet nec VII
tamen cessaret tubis et clamore perstrepere. Torismund Theodoriti regis filius dolens de
paterno funere statuit Attilam obsidione coartare, ut eum eiusque exercitum ad internicionem usque deleret. tum Attila de vitae fiducia iam desperans ex equitatoriis ingentem pyram sellis construxit, ut ibidem se Gothis inminentibus supposito igne cremaret, ne aut quisquam de eius laetaretur vulnere aut rex tantarum gentium in potesta-
tem hostium deveniret. Aetius vero incaute perpendens Romanos a Gothis perempto VIII
Attila deprimi nec deinceps adversum Gothos, si necessitas incumberet, solacium habere. Theodorico quasi eius rebus consulens persuadet, ut domum reverteretur regnum paternum arriperet, ne, si ab eius invaderetur germanis, acerbius ei esset cum suis quam cum hostibus dimicare. hoc ille consilium tamquam pro sua salute prolatum libenter amplectens domum reversus est regnumque paternum suscepit. ceterum Aetius et ob hoc talia machinatus est, ut Attilam ab eius inpressione subduceret. inscia heu mens hominum, quantum hac provisione detrimentum patriae, dum avertere cupit, ingessit.

At vero Attila cernens se relicto hostes ad propria remeasse, erectis animis ac spe VIIII
salutis elevatus Pannonias repedavit multumque potiorem exercitum coacervans Italiam furibundus introiit. ac primum Aquileiam civitatem in ipso Italiae sitam principio expugnare adgressus est; quam continuo triennio obsidens, cum adversus eam strenue civibus repugnantibus nihil praevaleret iamque murmur sui exercitus non valentis famis tolerare penuriam audiret, cum die quadam civitatem circuit, ut ex qua parte eam facilius posset expugnare inquireret, cernit repente aves in aedificiorum fastigiis nidificare solitas, quae ciconiae vocantur, uno impetu ex urbe migrare fetusque suos sublatos

VII. *Iord. Get. 40:* Vesegothae . . invadunt Hunnorum catervam et paene Attilam trucidarent, nisi providus prius fugisset et se suosque ilico intra saepta castrorum, quem plaustris vallatum habebat, reclusisset . . . postera die luce orta . . . nec audere Hunnos erumpere . . . strepens armis tubis canebat. *41:* (*Thorismund*) patris . . . exequias est prosecutus . . . orbitatis dolore commotus . . . dum in reliquiis Hunnorum mortem patris vindicare contendit . . . *40:* fertur autem desperatis rebus praedictum regem . . . equinis sellis construxisse pyram seseque, si adversarii inrumperent, flammis inicere voluisse, ne aut aliquis eius vulnere laetaretur aut in potestatem hostium tantarum gentium dominus perveniret.

VIII. *Iord. Get. 41:* (*Thorismund*) Aetium patricium . . consuluit quid sibi esset in tempore faciendum. ille vero metuens, ne Hunnis funditus interemptis a Gothis Romanum premeretur imperium, praebet hac suasione consilium, ut ad sedes proprias remearet regnumque quod pater reliquerat arriperet, ne germani eius opibus adsumptis paternis Vesegotharum regnum pervaderent graviterque dehinc cum suis . . . pugnaret. quod responsum . . . pro sua potius utilitate susceptum relictis Hunnis redit ad Gallias. sic humana fragilitas dum suspicionibus occurrit magnam plerumque agendam rerum occasionem intercipit.

VIIII. *Iord. Get. 42:* Attila . . cernens hostium solutionem per partes (*cf. Tiro p. 755* furiatus Attila Italiam petit) mox . . . ad oppressionem Romanorum movit procinctum primaque adgressione Aquileiensem obsedit civitatem . . . in mucrone . . . Hadriatici posita sinus, cuius . . . muros Natissa . . . elambit. ibique cum diu multumque obsidens nihil penitus praevaleret fortissimis intrinsecus Romanorum militibus resistentibus exercitu iam murmurante et discedere cupiente Attila deambulans circa muros, dum, utrum solveret castra an adhuc remoraretur deliberat, animadvertit candidas aves id est ciconias qui in fastigia domorum nidificant de civitate fetus suos trahere atque . . . per rura forinsecus conportare . . . ad suos: 'respicite',

1 intra *om.* M^1 || 2 thorismundus *L*, torismund *HBM*, torismunc *V*, torismus *Z*, torismum N^1, theodorismus N^2 || theoderici *Z*, theodorici N^2, teodorici *B* || 3 attila N^1, attalam *B* || obsidionem *L* || quoartare *V*, cohartare *NZL*, cohartari M^2 || ut] et M^1 || 4 *extrema hasta in* tum *i. ras. H*, tunc *BL* || attala *B* (*et* 8. 15) || fiduciam V^1L || 5 igni *N* || 6 potestate *L* || 8 ne $HVBM^1L$ || haberet *NZL* || 9 theodorigo *H*, theodorismo *Z*, thodorismo *N*, thorismundo *L recte corrigens* || 11 hostiis *B* || 12 est *om. M* || et *om. NZ, del.* M^2 || ob] ad N^1 || 13 attalam *B* || subduceret — 14 prouisione *om.* NZ^1 || 15 hoste *B* || remeasset N^1 || spe] sepe N^1 || 16 coacerbatus *NZ* || 17 introiuit *NZL* || aquilegiam *B* || 18 aduersum *L* || ciuibus strennue *B* || 20 circuiret *V* || 21 exquireret *B* || nidificaret N^1 || 22 ciconae N^1, ciciconiae *M* || suo N^1

rostris per rura forinsecus deportare. 'aspicite' inquit ad suos 'aves futurorum praescias perituram relinquere civitatem'. statimque adhibitis machinis tormentisque hortatur suos, acriter expugnat urbem ac sine mora capit: diripiuntur opes, captivantur vel trucidan-

X tur cives, residuum direptioni igni supposito flamma consumit. fuerat si quidem in ea civitate feminarum nobilissima Digna nomine forma quidem eximia sed candore pudicitiae amplius decorata. haec dum habitaculum super ipsa urbis moenia haberet turremque excelsam suae domui imminentem, subter quam Natissa fluvius vitreis labebatur fluentis, ne sordidissimis hostibus ludibrium fieret animaeque pulchritudinem vel vi inlata libidine vitiaret, mox ingressum hostium captamque urbem praesensit, e summa se eadem turre obvoluto capite in gurgitem praecipitem dedit metumque amittendae pudi-

XI citiae memorabili exitu terminavit. plura praeterea eiusdem regionis castella immanis hostis extinctis vel captivatis civibus succendit ac diruit. Concordiam, Altinum sive Patavium, vicinas Aquileiae civitates illius instar demoliens solo coaequavit. exinde per universas Venetiarum urbes, hoc est Vicetiam Veronam Brixiam Pergamum seu reliquas nullo resistente Hunni bacchantur. Mediolanium Ticinumque pari sorte diripiunt ab igni tamen abstinentes et ferro. deinde Aemiliae civitatibus similiter expoliatis novissime eo loco quo Mincius fluvius in Padum influit castra metati sunt. ubi Attila consistens dum, utrum adiret Romam an desisteret, animo fluctuaret, non urbi cui infestus erat consulens, sed Alarici exemplum pavens, qui captae a se urbi non diutius supervixit, dum ergo has animo tempestates revolveret, repente illi legatio placidissima

XII a Roma advenit. nam per se vir sanctissimus Leo papa ad eum accessit. qui cum ad regem barbarum introgressus esset, cuncta ut optaverat obtinens, non solum Romae sed et totius Italiae salutem reportavit: territus namque nutu dei Attila fuerat nec aliud Christi sacerdoti loqui valuit nisi quod ipse praeoptabat. fertur itaque post discessum pontificis interrogatum esse Attilam a suis, cur ultra solitum morem tantam reverentiam Romano papae exhibuerit, quando quidem paene ad omnia, quae ille imperasset, obtemperarit. tum regem respondisse non se eius qui advenerat personam reveritum esse

inquit, 'aves futurarum rerum providas perituram relinquere civitatem' . . . animos suorum rursus ad oppugnandum Aquileiam inflammat. qui machinis constructis omniaque genera tormentorum adhibita nec mora et invadunt civitatem spoliant dividunt vastantque crudeliter ita ut vix eius vestigia ut appareant reliquerint. *De triennio obsidionis et de Digna muliere reliqui auctores tacent.*

XI. *Iord. Get. 42:* exhinc . . per reliquas Venetum civitates Hunni bacchantur. Mediolanum quoque . . pari tenore devastant [*cf. Tiro p. 755* (*Italiam*) incolae metu solo territi praesidio nudavere] nec non et Ticinum aequali sorte deiciunt vicinaque loca saevientes allidunt demoliuntque paene totam Italiam. cumque ad Romam animus fuisset eius adtentus accedere, sui eum removerunt non urbi cui inimici erant consulentes, sed Alarici . . obicientes exemplum, veriti regis sui fortunam, quia ille post fractam Romam non diu supervixerat, sed protinus rebus humanis excessit. igitur dum eius animus ancipiti negotio inter ire et non ire fluctuaret secumque deliberans tardaret placida ei legatio a Roma advenit; nam Leo papa per se ad eum accedens in agro Venetum Ambuleio, ubi Mincius amnis commeantium frequentatione transitur.

XII. *quae Paulus narrat, apud auctores antiquos non leguntur* (*cf. Baronium a. a. 452*).

1 ciuitates B^1 || direptione *V*, direptionis *L* || igne N^2ZM^2 || si quidem] namque *B* || 5 digna *om.* *NZ* || 6 decorant N^1 || super ipsa] supra *NZ*, supra ipsa *L* || 7 suae] sed N^1 || natissa] altissimam *Z*, altissima N^2, *atissima N^1 || 8 sordidissimus *NZ* || hostibus — 9 ingressum *om.* *NZ* || 8 pulchritudine *V* || ui] ut *NZB* || 9 liliuidine *L* || mox ut *NZBL* || persensit *V*, praesentit *B* || e] et L^1 || 10 obuolato *V*, abuoluto *NZ*, obuoluta *L* || gurgite *L* || 12 maltinum *NZ* || siue patauium *om.* *NZ* || 13 ipsius *V* || aequauit *NZ* || 14 uiccetiam *H*, uicentiam NZ^1M, uicettiam *L*, uincentiam *B* || brexiam N^2Z, brichia *M* || bergamum *L*, ber *i. ras.* || 15 bachatur N^1 || mediolanu *H*, mediolanum *VNZ* || ticiniumque *H*, demumque *NZ*, demum *add.* N^2 || 16 igne HBM^2 || 17 attala *B* (*et* 23) || 18 consistente *V* || adiret] aderet N^1 || an] a* N^1 || cui] quod *L* || 19 consules N^1, consulenens *B* || alariti *M* || 22 optaret N^1, optarat N^2Z || 24 coqui *B* || praeoptarat *NZL* || ferunt *L* || 25 attilam *om.* *V*, attalam *B* || 26 exhibuerat N^1 || ille sibi *NZML* || obtemperaret *MB* 27 rege HV^1 || aduenerit *B*

sed alium se virum iuxta eum in habitu sacerdotali adstantem vidisse forma augustiore
canitie venerabilem illumque evaginato gladio sibi terribiliter mortem minitantem, nisi
cuncta quae ille expetebat explesset. igitur Attila tali modo a sua saevitia repressus XIII
relicta Italia Pannonias repetit. ad quem Honoria Valentiniani principis germana, dum
a fratre ob decus pudicitiae districte servaretur, suum eunuchum dirigit, quatenus eam
sibi a fratre in matrimonium extorqueret. accepto itaque hoc Attila nuntio, quia iam
Italiae fines excesserat nec statim fatigato exercitu regredi poterat, mandat Valentiniano
imperatori minitans peiora se proxime inlaturum Italiae, nisi mox ei suam germanam
cum parte regni debita transmisisset. qui reversus ad proprias sedes supra plures
quas habebat uxores puellam valde decoram Ildieco nomine sibi in matrimonium iunxit:
ob cuius nuptias profusa convivia exercens, dum tantum vini quantum numquam antea
insemel bibisset, cum supinus quiesceret, eruptione sanguinis, qui ei de naribus solitus
erat effluere, suffocatus extinctus est. eadem denique apud Constantinopolim nocte
Marciano imperatori in somnis Dominus apparens arcum Attilae fractum ostendit, quo
scilicet armorum genere gens illa fidere in bello maxime solet.

Dum haec geruntur, apud Brittaniam || *Pelagianae haereseos adsertores Brittanorum* XIIII
temptabant subvertere fidem; qui a Gallorum episcopis auxilium petentes ad rectae *fidei* Beda 459
defensionem sanctissimum virum *Germanum* multisque iam virtutibus clarum *Altiodorensis*
ecclesiae episcopum accipiunt et Lupum Trecasenum praesulem *aeque apostolicae gratiae*
virum, *qui non minus signorum miraculis quam doctrinae verbis* omnes *ad* sanae *fidei*
confessionem reduxere. ecce autem adhuc ibidem sanctis episcopis consistentibus valida
Saxonum Pictorumque manus Brittaniam advehitur. || nihilo minus Brittones mox arma
corripientes hostibus obviam pergunt, cum quibus beatissimus Germanus sponte se
offerens una pergit ad proelium, cumque ipse dux belli ante consertam aciem constitisset iamque hostes conglobati propius adventarent, non tubae clangoribus, non gladiis
fidens imperat solum modo sanctus antistes, ut, cum ipse prior inclamasset, omnes voce

XIII. *Iord. Get. 42:* qui mox deposuit exercitatum furorem et rediens quo venerat, id est ultra Danuvium . . discessit . . interminando decernens graviora se in Italiam inlaturum, nisi ad se Honoriam Valentiniani principis germanam . . cum portione sibi regalium opum debita mitterent. (*cf. Tiro 755:* Attila . . quasi iure debitam poscit uxorem . . ad propria recedit). ferebatur enim, quia haec Honoria, dum propter aulae decus ad castitatem teneretur nutu fratris inclusa, clam eunucho misso Attilam invitasse, ut contra fratris potentiam eius patrociniis uteretur. *Rom. 239:* (*Valentiniani*) germana Honoria, dum ad aulae decus virginitatem suam cogeretur custodire, clam misso clientulo Attilam Hunorum regem invitat in Italiam . . . *Get. 43:* reversus itaque Attila in sedes suas . . . *49:* puellam Ildico nomine decoram valde sibi in matrimonio post innumerabiles uxores . . . socians eiusque in nuptiis hilaritate nimia resolutus vino somnoque gravatus resupinus iaceret, redundans sanguis, qui ei solite de naribus effluebat . . . itinere ferali faucibus elapsus extinxit . . . id accessit mirabile, ut Marciano principi Orientis . . . in somnis divinitas adsistens arcum Attilae in eadem nocte fractum ostenderet, quasi quod gens ipsa eo telo multum praesumat.

XIIII. *cf. Beda a. 459:* sed et bellum Saxonum Pictorumque adversus Brittones eo tempore iunctis viribus susceptum divina virtute retundunt: cum Germanus ipse dux belli factus non tubae clangore sed clamore Alleluia totius exercitus voce ad sidera levato hostes in fugam vertit immanes.

1 uirum se *B* || astantem *VBL* || angustiore *VB* || 2 minantem *V* || nisi] si non *L* || 3 implesset *V* || a *om.* M^1 || represso B^1 || 4 honorii *M* || 5 a] ab *H* || pudiciae *V* || eum N^1 || 6 attala *B* || 7 ualentiniani *V* || 8 minitans] ministrans *V* || 9 patre M^1 || 10 decorum *H* || ildicto *B* || 12 insimul *M* || 13 suffocatur *B*, suffotus N^1 || 14 sonnis *Z* || attalae *B* || 16 dum haec — 17 fidem *add. H litteris minutioribus* || 16 gerentur *H*, gererentur *B* || pelaginae N^1Z || 17 temptabat *Z* || potentes M^1 || 18 multique iam V^1, iamque multis *B* || 19 accipient *V* || tracasenum *VNZ* || 20 uerbis] uerius *NZ* || 21 reduxerat *NZ* || autem *om. B* || 22 arma mox *B* || 23 sese NZM^2 || 24 una *om.* M^1 || conserta acie *V* || constitisset *ex* constituisset V^1 || 25 turbae H^1 || clamoribus Z^2 || 26 modo] mo *H* || antistis *H*

consona eundem responderent sermonem. moxque elevata magna voce Alleluia sonuit: cumque omnis exercitus sublato ad sidera clamore Alleluia respondisset cunctaque per circuitum loca resultassent, continuo tantus hostes pavor invadit, ut dissoluta acie fugam arripientes, ac si singulorum cervicibus gladius immineret, tremebundi ad propria refugerent.

XV Igitur quia semper virtus invidiam parit, Valentinianus imperator, quantum res edocuit, prosperos Aetii successus, ut supra praemissum est, pertimescens, eum simulque Boetium senatorem nobilissimum gladio peremit. ita vir bellicosissimus ‖ (Beda 459) *Aetius et quondam Attilae regis* potentissimi *terror* occubuit, *cum quo* pariter et *Occidentis imperium salusque rei publicae corruit nec* ultra *hactenus valuit relevari.* ‖ sed nequaquam Valentiniano mors Aetii inpune cessit: nam et ipse anno sequenti ‖ (Iord. R. 239) *a Transila Aetii milite*, cum triginta annis imperium gessisset, *confossus interiit.* ‖ ex quibus cum Theodosio socero viginti quinque, cum Marciano quinque imperavit.

XVI Mortuo Valentiniano regni iura Maximus apud urbem invadens nec dum duobus expletis mensibus a Romanis peremptus est: continuo advectus ex Africa navibus adest Geisericus cum validissimo suae gentis exercitu fultus insuper praesidio Maurorum, cum adhuc Romanae ecclesiae beatissimus Leo ageret pontificatum. perculsis itaque Romanis tam terribili nuntio ‖ (Prosp. 455) *nobilibus*que simul *ac popularibus ex urbe fugientibus urbem omni praesidio vacuam Geisericus obtinuit occurrente sibi extra portam* eodem *sancto Leone episcopo, cuius supplicatio ita eum deo adiuvante linivit, ut, cum omnia potestati eius essent tradita, ab igni tamen et caede atque suppliciis abstineretur. quattuordecim* interim *dies secura et libera scrutatione omnibus opibus suis Roma vacuata est multaque milia captivorum, prout cuique aetate aut arte placuerant, cum regina* Eudoxia, quae Geisericum

XVII ad hoc facinus invitaverat, duabusque *eius filiabus Carthaginem abducta sunt.* ‖ capta itaque hoc modo a Geiserico Roma est, postquam eam primo Alaricus invaserat secunda iam vice expletis ab eo tempore quadraginta quattuor annis, a conditione sua mille ducentis atque octo evolutis. relicta itaque urbe per Campaniam sese Wandali Maurique effundentes cuncta ferro flammisque consumunt, quicquid superesse potest diripiunt, captam nobilissimam civitatem Capuam ad solum usque deiciunt captivant praedantur.

XV. *Prosp. 455:* inter Valentinianum Augustum et Aetium patricium . . . exarsit fomes odiorum . . . Aetius . . . imperatoris manu . . . gladio crudeliter confectus est Boetio praefecto praetorio simul interempto . . . mortem Aetii mors Valentiniani non longo post tempore consecuta est. *Iord. Rom. p. 239:* Valentinianus . . . per Optilam et Thraufistilam Aetii satellites . . . truncatus est.

XVI. *Iord. Rom. 239:* imperium quoque eius idem Maximus invasit tertioque tyrannidis suae mense membratim a Romanis discerptus est. *Prosp. 455:* Maximus . . . sumpsit imperium . . . post alterum mensem nuntiato ex Africa Genserici regis adventu . . . a famulis reginae dilaniatus. *Anon. Cusp. B. 455:* et Mauri Romam venerunt et pugnaverunt cum Vandalis. *Iord. Rom. 239:* Gezericus . . . ab Eudoxia . . . invitatus . . . eandem Eudoxiam cum duabus filiabus secum in Africam rediens duxit.

1 consona] consonarent N^1Z, rent *add.* N^2 ‖ eundem — sonuit *om.* *NN.* *add.* Z^2 *ante* consonarent ‖ sermone *H* ‖ mox Z^2 ‖ insonuit *L*, sonauit Z^2 ‖ 2 cuque *B* ‖ omnus H^1 ‖ exercitu N^1 ‖ respondissent N^2L ‖ 3 resultasset *V* ‖ hostis N^1 ‖ 4 arripiens M^1 ‖ gladiis N^1 ‖ ad *om.* *NZ* ‖ refugerunt N^1L ‖ 6 qui M^1 ‖ uirtus semper *Z* ‖ 7 accessus *V* ‖ supra *om.* *Z* ‖ 8 nobilissimum *om.* *V* ‖ 9 attalae *B* ‖ obcubuit H^1 ‖ 11 concessit *L* ‖ 12 gessitset *H* ‖ confusus M^1 ‖ e *VZM* ‖ 15 a romanis *add.* H^2 *i. m.* ‖ aduectis V^2, adiectis N^2Z ‖ adest] adens N^1, adiens N^2Z ‖ 16 genserichus *L semper* ‖ ualedissimo *H* ‖ suae gentis] sui generis *B* ‖ 17 perculsit *M* ‖ 18 nobibusque N^1 ‖ polaribus M^1 ‖ fugiente *L*, fugientibus urbem *om.* *V* ‖ 19 optenuit H^1, optinuit H^2B ‖ occurrens N^1, occurrentem *L* ‖ ibi V^2 ‖ 20 cui N^1 ‖ leniuit N^2B ‖ cum] qui M^1 ‖ omnia *om.* *B* ‖ 21 igne N^2M ‖ absteneretur *Z* ‖ 22 scrutatione] scriptione *NL*, septione Z^1 ‖ opibus *om.* *V* ‖ 23 prout cuique] prouectiuque V^1, prouectique V^2 ‖ placuerunt *NZML* ‖ 24 adducta ZM^1, adductae M^2 ‖ 25 itaque] igitur *B* ‖ hoc *om.* *HVB* ‖ alarichus L^2 ‖ 26 expleto *B* ‖ 27 ducenti *L* ‖ itaque] que *V* ‖ urbe] roma *B*, *om.* *HV* ‖ 28 effudentes N^1ZL ‖ consumit M^1 ‖ potens N^1 ‖ 29 capta *VL* ‖ ciuitatum *NML*

Nolam nihilo minus urbem ditissimam aliasque quam plures pari ruina prosternunt. Neapolim praeterea quasque ob firmitatem capere non poterant rebus agrariis exinanitas relinquunt. quicumque gladio superfuerant captivitatis iugo subiciuntur. inter has procel- XVIII
las vir piissimus Paulinus Nolanae urbis episcopus, postquam quicquid habere poterat in captivorum redemptionem expendit, novissime, cum nihil ei aliud nisi ipse sibi solummodo superesset, pro cuiusdam viduae filio maternas non valens piis ferre visceribus lacrimas cum eadem ad Africam proficiscens, quo iam hostes discesserant, sese barbaro viro vice vicaria in servitium tradidit. cuius sanctitas cum apud eandem barbaram gentem dei nutu cognita fuisset, demum cum omnibus suis civibus ad urbem propriam remeavit.

At vero Geisericus postquam ditatus Italiae opibus ad Africam regressus est, Va- XVIIII
lentiniani principis natam, quam ab urbe captivitatis sorte abduxerat, Transamundo suo filio in matrimonium copulavit, ex qua videlicet Hildericus natus est, qui quartus postmodum a Geiserico Wandalis apud Africam regnavit.

Recedente igitur ab urbe Geiserico Romani sequenti mense exinanitae rei publicae imperatorem Habitum praeficiunt.

Wisigothae quoque circa haec tempora cum rege suo Theoderico Theodoriti filio transcensis Pyrenaei iugis Hispanias invadunt.

Ast vero Marcianus imperator cum apud Constantinopolim septem annis regnum administrasset, facta suorum conspiratione peremptus est.

LIBER XV.

Anno ab urbis conditione millesimo ducentesimo undecimo post Marciani impera- I
toris interitum Leo quintus ac quadragesimus Romanorum regum apud urbem Constantinopolim Augustali potitus est dignitate, qui deinceps sequenti tempore Leonem suum filium imperii consortem effecit.

Exempto quoque in Italia humanis rebus Avito Maiorianus apud Ravennam invadit imperium. quod cum prope quattuor annis obtinuisset, haud procul a Dertonensi civitate iuxta Hiriam flumen occisus est statimque Severus apud Ravennam imperator efficitur atque Augustus appellatur.

Tertio huius anno imperii Biorgor rex Alanorum cum exercitu adveniens occurrente

XVIII. *similia narrat Gregor. dial. III, 1.*

I. *cf. Iord. Rom. 239:* apud Ravennam Maiorianus Caesar est ordinatus qui tertio necdum anno expleto in regno apud Dertonam occiditur locumque eius . . Severianus invasit. sed et ipse tyrannidis suae tertio anno expleto Romae occubuit *et Get. 45:* Maiorianus Occidentale suscepit imperium gubernandum. sed et ipse . . . Dertona iuxta fluvium Ira occiditur, cuius locum Severus invasit, qui tertio anno imperii sui Romae obiit . . . (*Anthemius*) veniens illico Recimerem generum suum contra Alanos direxit . . . qui multitudinem Alanorum et regem eorum Beorgum in primo statim certamine superatos internecione prostravit. *Cassiod. s. a. 464:* rex Halanorum Beorgor apud Pergamum a patricio Ricimere peremptus est.

1 aliaeque *M* || pari *om.* *N* || 2 potuerant *L* || agrariis] sacrariis *NZ* || exhinanita *L* || 5 ei nihil *B* || sibi *om.* *V* || 6 modo] mo *H* || 7 decesserant *M* || 8 eadem N^1Z || 10 italia eo opibus *NZ* || ad *om.* M^1 || 11 ab urbe] urbe *L*, ad urbem M^1 || trasamundo *NZMB* || 12 hildiricus *V* || 14 recidente L^1 || gensericho ab urbe *L* || sequente HM^1 || mens V^1 || exinate V^1 || 15 abitum L^2, auitum M^2 || proficiunt *M* || 16 uuisigothi *ZB* || theodorico N^1MBL || theodorici N^2ZB || 17 transcessis *M* || pyrinaei *HBM* || 18 ast] at *L* || 19 factas H^1 || 20 explicit (expl. *H*) liber (lib. *H*) XIIII (quartus decimus *N*) incipit (incip. *H*) liber xv *HVNZM*, incipit lib. xv *B* || 21 ab *om.* M^1 || urbe condita *B* || 22 ac] a *N* || regnum *M* || 23 potitus est] potit** L^1 || dignitatem H^1L || deinde *NZ* || leone *H* || 24 filium suum *B* || 25 exempto] excepto NZ^1 || habito *VNZ* || 26 quo NZ^1, qui Z^2 || annos *L* || optenuisset *H*, obtinuisset imperium *Z* || tertonensi *V*, dhertonensi *M* || 27 hiram *V*, iliam *NZ* || 28 atque *om.* M^1 || 29 uiorgo *V*, biorgo *NZ*, hiorgor *L*, bihorgor (c *supra* g) *M* || rex *om.* M^1 || halannorum *M*

patricio Ricimere superatus non longe a Pergamo civitate Venetiae atque extinctus est. Severus vero cum quattuor annis imperasset, mortem propriam apud urbem occubuit.

Eodem tempore egresso inopinate igni magna Constantinopolis aedium strage cremata est.

II Dehinc totius consensu militiae post Severi mortem iura imperii Anthemius suscepit.

Sequenti anno Servandus Galliarum praefectus imperium temptans invadere iussu Anthemii principis in exilium trusus est.

Rursus annali emenso spatio Romanus patricius imperatoriam fraudulenter satagens arripere dignitatem praecipiente Anthemio capite caesus est.

His quoque diebus Geisericus iterum ad Italiam navibus adventare cupiens a Basilisco patricio navali superatus certamine Carthaginem inglorius repedavit.

At vero in Orientis partibus Aspar patricius Leoni Augusto insidias moliens suum filium Caesarem effecit. Leo victorem exercitum statim ex Sicilia evocans Asparem patricium cum novello Caesare filio alioque eius germano digno vitae multavit excidio.

III Hoc denique ipso in tempore inter Anthemium principem eiusque generum Ricimerem patricium qui tunc Mediolani positus praeerat Liguriae, magnus discordiarum fomes exortus est. quibus se vir sanctitate conspicuus Epiphanius Ticinensis episcopus interponens eos primum ad concordiam revocavit. deinde barbarica perfidia foedus Ricimer inrumpens — erat Gothus prosapia — cum manu mox valida urbem contendit atque apud Anicionis pontem castra composuit. divisa itaque Roma est et quidam favebant Anthemio, quidam vero Ricimeris perfidiam sequebantur.

Inter haec Olibrius a Leone Augusto missus ad urbem venit vivoque adhuc Anthemio regiam adeptus est potestatem.

IIII Bilimer Galliarum rector cognita adversus Anthemium conspiratione Ricimeris Anthemio ferre praesidium cupiens Romam properavit. is cum Ricimere apud Hadriani pontem proelium committens continuo ab eo superatus atque occisus est. extincto Bilimere mox

cf. Marcellin. s. a. 465: Constantinopolis magno invasa incendio facieque foedata deplanxit.

II. *cf. Iord. Get. 45:* Severus . . obiit. quod cernens Leo . . . Anthemium patricium suum ordinans Romae principem destinavit. *Rom. 239:* Leo Anthemium . . . ex patricio Caesarem ordinans Romae in imperio destinavit . . . Asparem autem patricium cum filiis Ardabure et Patriciolo . . . in palatio trucidavit. *Cassiod. s. a. 469:* Arabundus imperium temptans iussu Anthemii exilio deportatur. *s. a. 470:* Romanus patricius affectans imperium capitaliter est punitus. *s. a. 471:* Constantinopoli affectator tyrannidis a Leone principe Aspar occiditur.

III. *cf. Ennod. vit. Epiphan. p. 372 Sirm.:* nam imperatore Romae posito seminarium inter eos (*Anthemium et Ricimerem*) iecit scandali illa quae dominantes sequestrat invidia et par dignitas causa discordiae: surrexerat enim tanta rabies atque dissensio, ut mutuo bella praepararent et praeterquam origo irarum proprios suggerebat stimulos, lis ista circumstantium consilio nutriebatur . . (*p. 373*) interea apud Ricemerem patricium Mediolani ea tempestate residentem . . . (*p. 374*) mandato ergo sibi legationis ordine Romam petiit (*Epiphanius*) . . (*p. 378*) accepto etiam pro concordiae firmitate ab Anthemio sacramento (*p. 379*) discessit festinans ad Liguriam reverti . . laetae urbis tripudia attonito Ricemeri indicantur, pacem factam consono omnes ore clamitabant.

IIII. *cf. Cassiod. s. a. 472:* patricius Ricimer Romae facto imperatore Olybrio Anthemium contra reverentiam principis et ius adfinitatis cum gravi clade civitatis extinguit: qui non diutius peracto scelere gloriatus post XL dies defunctus est. *pleraque hoc capite narrata a nullo alio auctore tradita habemus.*

1 patrocio *V* || non] no *H* || bergamo HVN^1L || ciuitate est V^1, ciuitate V^2 || 2 morte propria *NZB* || 3 constantinopolim *L* || recremata V^1, concremata V^2 || 5 consensu totius *B* || morte V^1L || 6 temptat *V* || iuss *B* || 8 rursum *V* || annalia V^1 || dimenso *L* || patrius N^1 || imperii iam *L* || 9 dignitatem] dignantem *V* || anthimio *H* || 10 basilico *B* || 11 cartagine *V* || inglorios N^1, ingloriosus N^2Z || 12 insidians HL^1 || 13 fecit *L* || uictore *V* || uocans VBM^1 || asparcem *NZ*, aspartem M^1 || 14 exdio N^1 || 15 ipse *B* || ricimere *V*, rincimerem *M* || 17 extortus *L* || ticiniensis *L* || 18 primus M^1 || ad concordiam primum *B* || 19 erat *om.* N^1, erat enim N^2ZML || 20 aniconis *L*' || 21 uero *om.* Z^1 || 22 inter haec] interim M^2 || augustus *B* || 23 potestatem *om.* Z^1, dignitatem NZ^2 || 24 gallearum *M* || recto *V* || aduersum *L* || 25 praesidio *L* || 26 continuo — occisus est *om.* NZ^1 || peratus *H*

victor Ricimer urbem invadens quarto iam anno agentem iura imperii Anthemium gladio trucidavit. praeter famis denique morbique penuriam, quibus eo tempore Roma affligebatur, insuper etiam gravissime depraedata est et excepto duabus regionibus, in quibus Ricimer cum suis manebat, cetera omnia praedatorum sunt aviditate vastata. sed non diutius de perfidia laetatus est Ricimer. nam post mensem tertium excruciatus languoribus et ipse interiit. mortuo Ricimere Olibrius imperator Gundibarum eius nepotem pa- V tricium effecit. Olibrius quoque dum septem menses imperium gessisset, morte propria Romae defunctus est. post huius funus Licerius domesticus a Gundibaro patricio, totius etiam voluntate exercitus, apud Ravennam imperator efficitur.

Anno deinde sequenti inopinate Nepos patricius cum exercitu veniens Licerium regia exuit potestate eumque apud Salonas Dalmatiarum urbem episcopum ordinavit.

Eo tempore cum apud Tolosam Wisegotharum populis Euricus regnaret ac pro Italiae Galliaeque finibus inter Nepotem et Euricum litium fomenta crevissent bellumque e diverso utrique praepararent, interveniente Epiphanio, de quo praemissum est, Ticinensi episcopo, foederis inter eos iura firmata sunt.

Haud procul ab his temporibus || *Theodoricus cognomento Strabo Triarii filius* cum VI magna Ostrogotharum multitudine *usque ad quartum urbis miliarium armatus advenit.* Iord. R. 239 *nulli tamen Romanorum noxius, continuoque in Illyricum reversus extinctus est.* ||

Exigit nunc locus dicere, quam ob causam Gothorum alii Ostrogothae, alii vero Wisegothae sint dicti, oportunumque est aliquantulum ad superiora tempora regredi, quatenus horum ratio vocabulorum possit exponi. temporibus Valentiniani superioris Augusti cum intra Traciae fines Gothorum tunc populi communiter habitarent, bifarie per Alaricum ac Fridigernum divisi decreverunt, ut utramque rempublicam id est Fridigernus cum suis Orientalem, Alaricus vero cum suo exercitu Occidentalem opprimeret. hi ergo, qui cum Fridigerno in Orientali remanserant parte, lingua patria ab Oriente Ostrogothae id est orientales Gothi sunt dicti: isti vero, qui occiduas petierant regiones, ab Occidente Wisigothae id est occidentales sunt appellati.

V. *cf. Cassiod. s. a. 472:* Olybrius autem VII imperii mense vitam peregit. *s. a. 473:* Gundibado hortante Glycerius Ravennae sumpsit imperium. *Iord. Rom. 239:* Nepos . . Glycerium, qui sibi tyrannico more regnum inposuisset, ab imperio expellens in Salona Dalmatiae episcopum fecit. *An. Vales. 36:* superveniens Nepos patricius . . . deposuit de imperio Glycerium et factus est episcopus et Nepos factus est imperator Romae. *Ennod. vit. Epiphan. p. 380:* defuncto tunc Ricemere vel Anthemio successit Olybrius . . post hunc Glycerius ad regimen accitus (*p. 381*) est . . . post quem ad regnum Nepos accessit. tunc inter eum et Tolosae alumnos Getas, quos ferrea Euricus rex dominatione gubernabat, orta dissensio est, dum illi Italici fines imperii quos trans Gallicanas Alpes porrexerat . . . non desinerent incessere . . . hinc utrimque litium coeperunt fomenta consurgere et dum neutrae partes conceptum tumorem vincendi studio deponunt, sic exuperabat causa discordiae . . . seritur de ordinanda legatione sermo, in beatissimum virum Epiphanium mentes omnium (*p. 382*) et oculi diriguntur . . occasionem laboris amplectitur . . . *p. 384:* 'accipe nunc fidem et pro Nepote pollicere, quod servet intemeratam concordiam' . . (*p. 385*) Nepoti effectum peractae legationis insinuat.

VI. *cf. Isidor. p. 451:* Gothi apud Istrum bifarie in duobus Fridigerno et Athalarico (*vel* Alarico) divisi sunt regibus.

1 agente *B*, gentem *HVM*, regentem *L*, regnante *NZ* || anthemio HVM^1 || 2 denique *om.* NZ^1 || affligebat *Z* || 3 et *om. BL* || excepto] exempto M^1 || duobus *V* || 5 extruciatus *L* || 6 recimere *N* || gundiuarum *L* || 8 roma *B* || cuius *L* || gundiuaro *L* || 10 nepus HV^1L || patruus N^1 || liceria HVM^1, lucerium N^1 || 11 exuit] expulit *L*, extitit *B* || delmatiarum *V* || urbe *H* || 12 tolossam *BL* || uuisigothorum *NZ*, uuisegothorum *L*, ubisegotharum *V* || eurucus *V* || pro] per *M* || 15 ticiniensis *L* || 16 strauo *V*, istrauo *NZ* || 17 ostrogothorum *N* || armatos HVN^1Z, armato *M* || 18 norius *B* || in] et *NZ* || 19 exigit nunc — 27 appellati sunt *om. L* || edicere *N* || ostrothae *V* || 20 buisigothae *V*, uisigothae N^1Z || tempore N^1 || 21 quatinus *B* || oratio *B* || 22 thraciae *B* || tunc *om. V* || 23 ac fridigernum — 26 petierant *om. HVB* || 23 ut *om. M* || 24 alacirus M^1 || 25 hii *M* || 26 ostrogotho *N* || petierunt *M* || 27 ubisegothae *V*

VII Leo igitur Augustus postquam Orientale decem et septem annis rexit imperium, diem clausit extremum. mortuo Leone Zeno continuo Augustalem nactus est dignitatem. Leonem itaque, de quo praemissum est, quem pater Leo in regni adsciverat potestatem, mater sua Zenonis impetum formidans occulte clericum fecit exigentique vehementer Zenoni, ut filium proderet, pro eo alium forma similem obtulit. qui Leo deinceps in clericatu ad Iustiniani usque tempora vixit.

Ipso denique anno Augustulus apud Italiam adversus Nepotem cum exercitu veniens effugato eo imperii regimen invasit.

Annali deinceps circulo evoluto cum rege Wandalorum Geiserico foedus initum est ab Oreste patricio.

VIII Haec dum apud Romanos geruntur, Odovacer cum fortissima Herolorum multitudine, fretus insuper Turcilingorum sive Scirorum auxiliis, Italiam ab extremis Pannoniae finibus properare contendit. qui dum adhuc per Noricorum rura exercitum duceret, cognita Severini fama Christi domini servi, qui illis tunc degebat in locis, ad eum sibi benedictionem petiturus accessit. qui dum benedictione percepta ab eius egredi cellula vellet et caput, ne in superliminari ostii, eo quod procerae esset staturae, adlideret, inclinasset, a dei viro futurorum praescio mox talia audivit 'vade nunc ad Italiam, vade Odovacer, vilissimis interim animantium pellibus indutus, multis cito plura largiturus'. haec ille verba rerum exitu conprobavit. nam aliquantis postmodum annis totius Italiae insuper
VIIII et urbis usus est potestate. ingresso ergo Italiam Odovacre statim ei apud Liguriae terminos Orestes patricius occurrit. qui adversus fortissimam multitudinem nihil se praevalere conspiciens, maxime cum eum iam quidam suorum deseruissent, metu trepidus intra Ticinum se munitionis fiducia concludit. mox adveniens cum exercitu Odovacer expugnatam fortiter ingreditur civitatem: vastantur universa rapinis, saevit ubique gladius, divina quoque privataque aedificia ignis absumit. captus demum Orestes ab

VII. *cf. Isidor. p. 455:* iste Zeno Leonem Augustum filium suum interficere quaerens pro eo mater eius alium figura similem obtulit ipsumque Leonem occulto clericum fecit, qui in clericatu usque ad Iustiniani tempora vixit. *Cassiod. s. a. 475:* Orestes Nepote in Dalmatias fugato filio suo Augustulo dedit imperium. *Iord. Get. 45:* Orestes .. Augustulum filium suum imperatorem efficit, quo comperto Nepos fugit. *An. Vales. 36:* quem (*Nepotem*) persequens Orestes patricius cum exercitu metuens Nepos . . . fugam petit . . . mox eo egresso factus imperator Augustulus (*cf. 37*).

VIII. *cf. Iord. Get. 46:* Augustulo vero a patre Oreste in Ravenna imperatore ordinato non multum post Odoacer Torcilingorum rex habens secum Sciros Herulos diversarumque gentium auxiliarios Italiam occupavit *et Rom. 259:* Nepote imperatore Orestes fugato Augustulum suum filium in imperium collocavit. sed mox Odoacer genere Rugus Torcilingorum Scirorum Herulorumque turbis munitus Italiam invasit. *vit. S. Severini 7:* quidam barbari cum ad Italiam pergerent, promerendae benedictionis ad eum intuitu deverterunt. inter quos et Odoacer qui postea regnavit Italiae vilissimo tunc habitu iuvenis statura procerus advenerat; qui dum se, humillimae tectum cellulae suo vertice ne contingeret, inclinasset a viro dei gloriosum se fore cognovit; cui etiam valedicenti 'vade', inquit, 'ad Italiam vade vilissimis nunc pellibus coopertus, sed multis cito plurima largiturus'. *cf. An. Vales. 45. 46.*

VIIII. *Anon. Cusp. 476:* occisus est Orestes patricius Placentiae. *Cassiod. 476:* ab Odoacre Orestes . . extincti. *An. Vales. 57:* superveniens autem Odoachar cum gente Scyrorum occidit Orestem patricium in Placentia. *Ennod. vit. Epiphan. p. 386:* exercitum adversus Orestem

1 orientalem N^2Z^1 ‖ et *om.* *V* ‖ imperii N^1 ‖ 2 nanctus *HM*, functus *NZ* ‖ leonem] leo *L* ‖ 3 asciuerat in regni *L* ‖ regno N^1 ‖ 4 zenoni impetu *L* ‖ exigenteque *HVBM* ‖ uehementem *V* ‖ zenone *B* ‖ 5 formam *L* ‖ clericato *V* ‖ 6 uixerit *L* ‖ 7 denique] quoque *M* ‖ aduersum *L* ‖ 9 geserico *V* ‖ 10 orestere *NZ* ‖ 11 dum haec *NZ* ‖ dum *om.* M^1 ‖ odouatus M^1, odoacer *NZ*, *L semper* ‖ herulorum *L* ‖ 12 turcilinguorum *V*, turtilinguorum M^1 ‖ 14 benedictionem — 15 percepta *om.* *N* ‖ 15 dum] dum sibi *Z* ‖ 16 superliminaribus *NZ* ‖ 18 inter *V* ‖ 20 et *om.* *B* ‖ adoacare *NZ*, odoacer *L* ‖ leguriae *M* ‖ 21 aduersum *L* ‖ 22 quadam N^1 ‖ 24 expugnata *V* ‖ uastatur M^1 ‖ uniuersa *Z* ‖ rapinis *om.* *B* ‖ ubi *HVB*, uniuersa *Z* ‖ gladiis N^1L ‖ 25 pribata *Z* ‖ igne *L* ‖ adsumit *HNZ*, assumit *B*, consumpsit *L*

hostibus Placentiam usque perducitur ibique gladio detruncatur. exinde per universas idem barbari urbes diffusi cunctam sine aliqua tarditate Italiam iuri proprio subdidere multasque tunc civitates parantes resistere extinctis habitatoribus ad solum usque deiecere. Odovacer itaque prosperos sibi cernens successus adcrescere statim regiam arripuit X
dignitatem. Augustulus siquidem, qui imperii praesumpserat potestatem, cernens universam Italiam Odovacris viribus subdi inopinabili metu perterritus sponte miserabilis purpuram abiciens, cum vix undecim mensibus rem publicam obtinuisset, imperialem deposuit maiestatem. ita Romanorum apud Romam imperium toto terrarum orbe venerabile et Augustalis illa sublimitas, quae ab Augusto quondam Octaviano coepta est, cum hoc Augustulo periit anno ab urbis conditione millesimo ducentesimo nono, a Gaio vero Caesare, qui primo singularem arripuit principatum, anno quingentesimo septimo decimo, ab incarnatione autem domini anno quadringentesimo septuagesimo quinto. igitur deiecto ab Augustali dignitate Augustulo urbem Odovacer ingressus totius Italiae adeptus est regnum. quod dum per annos quattuordecim nullo inquietante tenuisset, ab Orientis tunc partibus adveniens Gothorum rex Theodericus Italiam possessurus intravit.

Sed ut ad liquidum, quam ob causam vel unde advenerit, possit agnosci, necesse est aliquantisper ad superiora repedare.

Walamir Ostrogotharum rex, de quo superiori libello praemissum est, quod Attilae XI
Hunnorum regi subiectus extiterit, mox ut Attila occubuit, ab Hunnorum se suosque dominio avitae libertatis memor excussit. idem quoque et Gepidarum rex Ardaricus ceteraeque Hunnis subiectae faciunt nationes. Hunni vero dolentes Walamirem eiusque exercitum non solum se a suae ditionis iugo excussisse, sed etiam ceteris nationibus, ut similia facerent, incentores fuisse, mox ut fugitiva mancipia eos insequentes ad servitutem pristi-

patricium erigit . . Odovacrem ad regnandi ambitum extollit et ut haec pernicies in Ticinensi civitate contingeret, Orestem ad eam fiducia munitionis invitat . . fit maximus in urbe concursus, praedandi rabies inardescit . . . alii flammas ruituris aedibus supponebant, alii ad exitium poscebant dominum . . . currunt ad ecclesiae domum totis direptionis incendiis aestuantes . . . (*p. 387*) sublato tamen Oreste et propter Placentinam urbem extincto depraedationis impetus conquievit.

X. *Iord. Get. 46:* (*Odoacer*) Augustulum . . de regno pulsum . . exilii poena damnavit; sic quoque Hesperium Romanae gentis imperium, quod septingentesimo nono urbis conditae anno primus Augustorum Octavianus Augustus tenere coepit, cum hoc Augustulo periit anno decessorum prodecessorumve regni quingentesimo vicesimo secundo, Gothorum dehinc regibus Romam Italiamque tenentibus; interea Odoacer rex gentium omnem Italiam subiugatam . . regnoque suo confortato paene per XIII annos usque ad Theodorici praesentiam, de quo in subsequentibus dicturi sumus, obtinuit. *de Augustulo et imperio Romano similia Rom. 259. An. Vales. 38:* ingrediens autem (*Odovacer*) Ravennam deposuit Augustulum de regno *et 45:* Odoachar vero . . . mox deposito Augustulo de imperio factus est rex mansitque in regno annos XIII.

XI. *Iord. Get. 50:* . . ut Gepidarum rex comperit Ardarichus, indignatus de tot gentibus velut vilissimorum mancipiorum condicione tractari, contra filios Attilae primus insurgit inlatumque serviendi pudorem secuta felicitate detersit nec solum suam gentem, sed et ceteras qui pariter premebantur sua discessione absolvit . . . haec causa Ardarici regis Gepidarum felix affuit diversis nationibus, qui Hunnorum regimini inviti famulabantur . . *52:* contigit . . ut Attilae filii contra Gothos quasi desertores dominationis suae velut fugacia mancipia requirentes venirent . .

1 hoste *V* || ducitur *Z* || ibi *NZM* || 2 subdedere *HV*, subdere *NZL* || 3 parentes *V*N^1 || dececere *V*, deiecerunt *M* || 4 prospero *N*Z^1 || 5 si *om.* M^1 || qui *om.* *N*Z^1 || 6 adoacris *NZ* || 7 obtenuisset *H* || 8 maiestatem] potestatem *M* || romam] roman *Z* || orbe terrarum *B* || orbem *V* || uenerabilem *L* || 9 quodam M^1 || capta *V* || 10 ab urbis conditione] urbis conditae *L* || *ante* nono *add.* H^2 xx || 11 primus *NZ*M^2*L* || singulare *PL*, singularem *B* || 12 XLmo M^1, quadragesimo N^1, quingentesimo *B* || quinto] primo *N* || 13 austolo N^1 || 14 XIIIIimo *M* || inquietantes M^1 || oriente M^1, orientibus M^2 || 15 ueniens *NZ* || teodericus N^1, theodoricus *VBZ*M^1 || possessuros *H* || 16 liquidum quam] aliquid umquam *M* || ob *om.* *M* || adueniri M^1 || 18 ostrogothorum *BL* || bello *M* || quo *V* || 19 regis *N*Z^1 || subiectos *V* || atalia M^1 || 20 auita M^1, habitae *VL*, abitae *N* || libertati M^1 || nemor *V* || ceterique *NZ* || 21 dolente *B* || uualamer *L*, uuamirem *M* || 22 se *om.* *L* || excussisset M^1, excusisse *NZ*

nam armis adgressi sunt revocare. conglobatis itaque suis super Hunnos Walamir inruit
tantaque in eos caede grassatus est, ut de reliquo, qui superfuerant Hunni, Ostrogotha-
XII rum arma formidarent. Leo denique imperator cum Gothis post haec Illyricum vastanti-
bus foedus iniit ac Theodericum Thiodimeris filium ex Arileuva concubina genitum a
Walamere eius patruo obsidem accepit. occiso deinde a Sciris Walamere Thiodimer eius
germanus regia iura suscepit. diviso deinceps regno Thiodimer Orientis, Widimer vero
occidui sortitur imperium devastandum, sed mox Widimer Italiam ingressus est, rebus
excessit humanis successorem regni Widimer filium relinquens. Widimer vero acceptis
a Glycerio tunc imperatore muneribus Gallias contendit seseque cum parentibus Wise-
gothis iungens unum populum effecit. interea dum de Suavis patrata victoria Widimer
domum revertitur, Theodericum filium a Leone imperatore remissum gratanter excepit.
qui Theodericus, dum iam octavum decimum annum aetatis ageret, inscio patre ali-
quantis secum eius satellitibus adscitis vicinam sibi Sarmatarum gentem invadens opima
XIII ex eorum manubiis patri spolia praedamque copiosam reportavit. Thiudimere itaque
vita decedente universis adnitentibus ad regni gubernacula Theodericus ascendit. quod
factum dum ad Zenonem Augustum perlatum esset, gratanter accepit eumque ad se
rursus evocatum Constantinopolim magno simul honore et divitiis extulit in tantum, ut

super Valamir . . . inruerent; quos tamen ille . . . prostravit . . . *53:* ut iam ex illo tempore, qui remanserunt Hunni, et usque hactenus Gothorum arma formident.

XII. *Iord. Get. 52:* Theodoricus eius (*Thiudimeris*) filius quamvis de Erelieva concubina . . . natus erat . . . furore commoti arma arripiunt et Illyricum paene totum . . . in praeda devastant; sed statim imperator . . . ad pristinam recurrit amicitiam . . . pacisque obsidem . . . Theodoricum infantulum Thiudimeris expetit . . . patruus Valamir extitit supplicator . . . datus igitur Theodoricus obses a Gothis ducitur ad urbem Constantinopolitanam Leoni principi . . . *53:* in eo (*cum Sciris*) proelio rex . . Valamir . . interemptus est. *54:* Gothi tunc Valamero defuncto ad fratrem eius Thiudimer confugerunt. *52:* (*Ostrogothae*) qui . . . sub rege Valamir eiusque germanis Thiudimer et Videmir morabantur quamvis divisa loca . . . *Rom. 259:* Valamero rege Gothorum in bello Scirorum defuncto Theodemir in regno fratris successit cum Vidimero fratre et filio Theodorico . . . Vilimero cum Vidimero filio partes Hesperias, Theodemir cum filio Theodorico Illyricum Thraciasque vastandas obvenit, relictaque ergo Pannonia alter Italiam alter Illyricum suscepit populandum; sed utrique reges, mox sortita loca ingressi sunt, ilico rebus humanis excedunt. Vidimer Italia Illyrico Theodemir relictis filiis decesserunt. *Get. 56:* mox Vidimer Italiae terras intravit . . . rebus excessit humanis successorem relinquens Vidimer filium . . . Vidimer acceptis muneribus . . . a Glycerio imperatore Gallias tendit seseque cum parentibus Vesegothis iungens unum corpus efficiunt . . . *55:* (*Thiudimer*) Suavorum gentem . . . subegit. inde . . . ad proprias sedes . . . revertens Theodoricum filium suum . . . a Leone imperatore remissum . . . gratanter excepit. qui Theodoricus iam . . . decem et octo annos peragens ascitis certis ex satellitibus patris . . . inconscio patre . . . Sarmatarum regem . . . superveniens . . . interemit familiamque . . . depraedans ad genitorem suum cum victoria repedavit.

XIII. *Iord. Get. 56:* rex Thiudimer . . . Theodoricum filium regni sui designat heredem et . . . rebus humanis excessit. *57:* Theodoricum vero gentis suae regem audiens ordinatum imperator Zeno grate suscepit eique evocatoria destinata ad se in urbem venire praecepit dignoque suscipiens honore . . factusque consul ordinarius, quod summum bonum primumque in mundo

1 ualamer *L* || 2 eo *V* || crassatus *NZ* || de reliquo L^1, reliqui L^2 || superfuerat N^1 || ostrogothorum HBL^2 || 3 leo] zeno Z^2B || 4 foedus *om. B* || theudericum *NZ*, theodoricum M^1 || theodimeris *V*, thiudimeris *NZML* || arileuba *NZ*, arileua *V* || uualamire NZM^2, malamere *V* || 5 eius — gualamere *add.* M^2 || denique *B* || scyri *Z* || uualamire *NZ* || thiodemer *H et* 6, thiudimer *ML et* 6, tyodimer *B*, theudimer *NZ et* 6 || 6 theodimer *V*, thiodemer *B* || uuiodemer *M semper* || 7 occiduum *NM* || soritur M^1 || mox] mox ut *B*, mox ubi *NZ* || 8 uuidimerem *B*, uuidemer *H ex* uuidimer || uuidemer *H* || 9 clycerio *H*, clicerio *VNZM*, licerio *B* || imperatorem *L* || galliam M^2, gallia $VNZM^1$ || sese *V* || uesegothis *M* || 10 de *om.* $HVBM^1$ || thiudimer *L recte* || 11 theodemer *add. B ante* theodoricum || theodoricum N^1M^1B; *codd. discrepantia in scribenda tertia syllaba non amplius enotatur* || a *om. V* || leone] zenone Z^2 || remisso *HL*, misso *V*, missum *NZB* || 12 theoricus *B* || cum *B* || anno *V* || aetatis *om. NZM* || aliquanti N^1 || 13 samartarum N^1 || 14 manubuis *H*, manibus *ZB* || thiodimere *V*, theodimer *NZ*, thiudimer *L*, thiodomere *B* || 15 decidente *NZ* || uniuersi *V* || quod] qui N^1 || 16 ad] a Z^1 || zenone *L* || 17 rursum *Z* || sextulit M^1

etiam consularibus cum fascibus sublimaret, quae dignitas post imperiale fastigium prima est, aereamque illi equestrem statuam ante suum palatium collocaret. at vero XIIII
dum huiuscemodi Theodericus deliciis apud Constantinopolim afflueret, gens illius id est Ostrogothae, dum eis propter fidei sanctionem praedas agere more solito non liceret nec tamen ab imperatore oblata stipendia sufficere possint, coepere non minimam egestatis penuriam pati, execrantur foedus conpositum, vituperant inutilem pactionem, mittuntque continuo ad Theodericum qui dicerent, quas, dum ipse Graecorum epulis superflueret, inopiae miserias sustinerent: hortantur, ut si suis sibique consulere velit, citius redeat, quatenus, ne cuncta gens pessumdetur, novas ad habitandum terras exquirant. his Theodericus cognitis ad Augustum Zenonem accedit, questus penuriamque suorum exponit; Italiam sibi dari postulat, absolutionem efflagitat adiciens quia, si superare Odovacrem possit Italiamque obtinere, ad eius redundaret gloriam, a quo directus fuisset, sin bello superatus foret, eius nihilo minus lucris adcresceret, quandoquidem cotidianorum stipendiorum exactoribus careret. talia Zeno audiens contristatus quidem est eo quod eum nollet amittere, at tamen deliberato consilio rei publicae utilitati prospiciens eius petitionibus adnuit Italiamque ei per pragmaticum tribuens sacri etiam velaminis dono confirmavit, senatum illi populumque Romanum commendans abire permisit. egressus igitur Constantinopolim Theodericus ad Ostrogothas revertitur hor- XV
taturque continuo, ut quam primum parati sint, quatenus possessuri Italiam proficiscantur. at tamen prius quam Italiam adventaret, Trapstilam Gepidarum regem insidias sibi molientem bello superans extinxit, Busan quoque Vulgarorum regem magna simul cum

decus edicitur . . . etiam equestrem statuam . . . ante regiam palatii collocavit. *Rom. 240:* Theodoricus vero Zenonis Augusti humanitate pellectus Constantinopolim venit . . . consulis ordinarii triumphum ex publico dono peregit.

XIIII. *Iord. Get. 57:* dum ipse in urbe omnibus bonis frueretur . . . *52:* consueta dum tardarent dona . . quae ad instar strenae acciperent et pacis foedera custodirent . . . *55:* videntes Gothi non sibi sufficere ea quae ab imperatore acciperent . . . *57:* gentemque suam in Illyrico . . . residentem non omnino idoneam aut refertum audiret . . . ad principem ait: . . . cum . . . facultas fuisset loquendi concessa . . . 'Hesperia . . . plaga . . . quare nunc sub regis Torcilingorum Rugorumque tyrannide fluctuatur? dirige me cum gente mea . . . ut et hic expensarum pondere careas et ibi si . . . vicero fama vestrae pietatis inradiet; expedit namque ut . . . si vicero vobis donantibus regnum illud possideam . . . si victus fuero vestra pietas . . . lucratur expensas'. quo audito quamvis aegre ferret imperator discessum eius, nolens tamen eum contristare, annuit quae poscebat magnisque ditatum muneribus dimisit a se senatum populumque ei commendans Romanum. *Rom. 240:* sed quia tunc . . . Odoacer regnum Italiae occupasset, Zeno . . . secum . . . ita deliberans ad partes eum (*Theodoricum*) Italiae mandans Romanum illi populum senatumque commendat. *An. Vales. 49:* Zeno itaque recompensans beneficiis Theodericum quem fecit patricium et consulem donans ei multum et mandans eum ad Italiam. cui Theodoricus pactuatus est, ut, si victus fuisset Odoachar, pro merito laborum suorum loco eius dum adveniret tantum praeregnaret.

XV. *Iord. Get. 57:* egressus urbe regia Theodoricus et ad suos revertens omnem gentem Gothorum, qui tamen ei praebuerunt consensum, Hesperiam tendit rectoque itinere per Sirmis ascendit vicina Pannoniae indeque Venetiarum fines ingressus ad pontem Sontii nuncupatum castra metatus est. cumque ibi ad reficienda corpora hominum iumentorumque aliquanto tempore resedisset, Odoacer armatum contra eum direxit exercitum. quem ille ad campos Veronenses occurrens magno strage delevit. *Cassiod. 489:* felicissimus atque fortissimus dn̄ rex Theodericus intravit Italiam, cui Odovacar ad Isontium pugnam parans victus cum tota

1 imperialem *L* || 2 prima] firma M^1 || 3 diliciis *H* || effluerет *L* || id est *om. NZ* || 4 fide HV^2, fides V^1 || sancionem *V*, factionem N^1, pactionem N^2Z || agere B^1 || 5 oblatae V^1 || superficere *N* || possent *B* || coepere *om. L* || minima *HVL* || 6 factionem *VL* || 7 mittauitque *V* || quas] quia N^2ZB || 9 nec *HVL* || gens *om. V* || et nouas *L* || 10 accidit *H*, accendit N^1 || penuriam *NZ*, penuriarum *M* || 11 quia *om.* B^1, qua H^1, qui *N*, quod *Z* || si *om.* N^1M^1 || 12 obtenere *H*, obtinerent N^1 || 13 sin] si in *NZB* || eius *om. V* || 14 talia] italia *V* || 15 ammittere N^1M^1 || 16 adnui V^1 || italiam N^1 || ei *om. L* || 18 ostrogothos *N* || 19 parata *L* || sunt H^1M^1 || quatinus *NZ* || 20 trabstilam *NZ*, strapstilam *B* || 21 uulgorum N^1, bulgarorum *VB*

suis agminibus caede prostravit. egressus itaque a Misia cum omni Ostrogothorum multitudine universaque supellectili per Sirmium Pannoniasque iter faciens ad Italiam venit. ac primum iuxta Sontium flumen, qui non longe ab Aquileia labitur, castra componens dum uberrimis quae eo loco habentur pascuis fatigata aliquantulum ex itineris longitudine iumenta reficeret, ibi mox ei cum grandi suorum exercitu totisque Odovacer Italiae viribus occurrit. quem Theodericus alacriter excipiens magno superatum proelio postremo in fugam convertit. exinde Theodericus movens cum Veronam venisset, iterum adversus eum Odovacer non minori quam prius belli sese apparatu opponit. contra quem Theodericus haud procul a Veronensi urbe confligens nimia eius exercitum caede contrivit ipsumque pariter et omnem illius multitudinem dare terga coegit. qui dum fugae metu se praecipites in Atesim fluvium mergunt, ex magna parte rapidissimis eius
XVI gurgitibus implicati suffocantur. Theodericus vero dum ipso impetu subsequitur fugientes, Veronam ilico pavore civibus consternatis invadit. Odovacer autem cum his qui evaserant fugiens Romam contendit sed obseratis continuo portis exclusus est. qui dum sibi denegari introitum cerneret omnia quaeque adtingere potuit gladio flammisque consumpsit. inde quoque egrediens Ravennam ingressus est ibique quibus se tueri adversus hostes possit munitionum praeparare obstacula coepit. Theodericus itaque a Verona digrediens Mediolanium pervenit. ubi dum consisteret, magna ad eum multitudo militum pluresque Italiae populi convenere. sed paucis interiectis diebus rursus deditiecius exercitus Tuffa quodam nomine instigante Odovacris se partibus reddidit. ea res Theodericum in tantum perterruit, ut se suumque exercitum apud Ticinensem urbem
XVII muniret. talium rerum varietates Burgundionum rex Gundubatus aspiciens Liguriam cum ingenti exercitu ingressus cuncta quae reperire poterat pro voluntate diripiens infinitam secum ad Gallias captivorum multitudinem abduxit. Theodericus itaque

gente fugatus est. eodem anno repetito conflictu Veronae vincitur Odovacar. *An. Vales. 50:* (*Theoderico*) occurrit venienti Odoachar ad flumen Sontium et ibi pugnans cum eodem victus fugit. at vero Odoachar abiit in Veronam. ibique persecutus est eum Theodericus et pugna facta ceciderc ab utraque parte. *Ennod. paneg. p. 296:* stat ante oculos meos Bulgarum ductor libertem (*sic*) dextera tua adserente prostratus ... *301:* caesa est multitudo adversaria (*Gepidarum*).

XVI—XVII. *Iord. Get. 57:* castraque soluta finibus Italiae cum potiore audacia intrat transactoque Pado amne ad Ravennam regiam urbem castra componit tertio fere miliario ab urbe loco qui appellatur Pineta. quod cernens Odoacer intus se in urbe communit indeque subreptive noctu frequenter cum suis egrediens Gothorum exercitum inquietat et hoc non semel nec iterum, sed frequenter et paene molitur toto triennio, sed frustra laborat ... solus cum paucis satellitibus et Romanos qui aderant et fame et bello cotidie intra Ravennam laborabat. quo dum nihil proficeret, missa legatione veniam supplicabat. cui et primum concedens Theodoricus postmodum ab hac luce privavit. *Rom. 240:* magnisque proeliis fatigatum Odoacrum Ravenna in deditionem suscepit. deinde vero ac si suspectum Ravenna in palatio iugulans. *fusius de his rebus Ennod. paneg. p. 301 sq. et vita Epiphan. 390 sq. An. Vales. 50:* superatus Odoachar fugit Ravennam ... *51:* et perambulavit Theodericus patricius Mediolanum et tradiderunt se illi maxima pars exercitus Odoacris nec non et Tufa magister militum. *52:* Tufa tradidit Odoacri comites patricis Theoderici. *53:* fugit Odoachar Ravennam et mox subsecutus est eum patricius Theodericus veniens in Pineta et fixit fossatum obsidens Odoacrem clausum per triennium in Ravenna ... *54:* exiit Odoachar rex de Ravenna nocte cum Herulis ingressus in Pineta in fossatum

1 egressus est *NZ*, est *i. ras. Z* || mesia *L* || 2 supellectile *B* || pennoniasque *V* || 5 suo *L* || totiusque *M* || quem] que V^1 || 6 quem — 7 conuertit *om.* M^1 || 7 conuerti N^1 || theudericus N^1 || ueniret *NZ* || 8 aduersum *L* || adoacer *NZ* || sese belli] belli NZ^2, bellis Z^1 || 9 theudericus *N* || nimia] summa *L* || 11 metum HV^1 || adesim HVM^1, aedisiam *B* || flumen *B* || 12 impliciti *V*, implicatis NZ^1M || theudericus N^1 || ipse *V* || fugientes NZ^1 || 14 postis L^1 || cum *NML* || 15 denegare N^1Z^1 || omniaque quae *HNZ* || flammeque *L* || 16 regrediens *V* || aduersum NZM^1L || 17 munitionis *Z*, is *i. ras.* || praeperare N^1, prae pauore *V* || coepit] fecit *M* || theudericus *N* || ueronam NZ^1 || 18 egrediens N^2Z, ingrediens N^1 || mediolanum *NZM* || ibi *NZL* || 19 plures *B* || conueniret N^1 || interlectis *H* || dediticitius *L* || 20 quodam tuffa *B* || quidam *L* || adoacris *N* || ea] quae *L* || 21 theudericum *N* || ticiniensem *L* || 22 munisset *V*, ueniret M^1 || uarietas *NZ* || uulgundionum *NZ* || gundubaldus *B*, gundubatus *ML* || 23 poterant *L* || 24 infinitas *HL*, infinita *V* || adduxit *V*

aliquamdiu intra munitiones exercitum retinens demum relictis ibi matre sororibus
universi vulgi multitudine nihil plane dubius de Epiphanii viri sanctissimi fide cum
expeditis armatorum cuneis ad Odovacris obsidionem Ravennam perrexit dumque eo
loco, cui Pinetum nomen est, non procul ab urbe castra posuisset, per continuum paene
triennium Odovacrem obsedit. qui dum frequenter ex urbe cum suis egrediens eius exer-
citus inquietaret, novissime noctu in castra inruens magna Theoderici exercitum strage
prostravit. victus ad extremum fortissime Gothis resistentibus in urbem confugit nec
multo post a Theoderico in fidem susceptus ab eo truculente peremptus est. egressis XVIII
denique a Ticinensi urbe post triennium Gothis eandem mox urbem Rugi invasere cuncta
per circuitum loca simulque et civitatem per continuum biennium populatione vastantes,
cum adhuc beatissimus Epiphanius superesset, cuius in tantis periculis sanctitate cives
replebantur afflicti. hic a Theoderico Gallias ad Gundubadum pro captivis redimendis
directus excepta innumera multitudine, pro quibus pretium tribuit, sex milia captivorum
ob solam sanctitatis suae reverentiam concessa secum reduxit. igitur Theodericus ex-
tincto apud Ravennam Odovacre totius Italiae adeptus est ditionem nec multo post
Romam profectus a Romanis magno gaudio susceptus est, quibus ille singulis tritici
ad subsidium annis centum viginti milia modiorum concessit.

Dum haec apud Italiam geruntur, a Bulgaris universa Tracia crudeliter devastatur. XVIIII
Constantinopolis etiam ipsis diebus maximo conflagravit incendio.

At vero apud Africam || *Hunuricus*, qui mortuo Geiserico in regnum successerat, Arriana Beda 493
perfidia *trusis in exilium effugatisque amplius quam trecentis triginta quattuor catholicis episcopis ecclesias eorum clausit, plebem variis suppliciis affecit et quidem innumeris manus abscidens linguas eorum praecidit nec tamen loquellam catholicae confessionis eripere potuit.*

Apud Brittanias quoque *Ambrosius Aurelianus, qui solus forte Romanae gentis Saxonum caedi superfuerat, purpuram induit victoresque Saxones Brittonum ducens exercitum* saepe *superavit, atque ex eo tempore nunc hi nunc illi palmam habuerunt, donec Saxones potentiores effecti tota per longum insula potirentur.* ||

Theodericus interea, ut sui regni vires constabiliret, Audefledam Lodoin Francorum XX

patrici Theoderici et ceciderunt ab utraque parte exercitus . . . et victus Odoachar fugit Ravennam . . . Odoachar dedit filium suum . . . obsidem Theoderico data fide securum se esse de sanguine . . . *55:* manu sua Theodericus eum (*Odovacrem*) . . . praeveniente gladio peremit. *Cassiod. 490:* ad Adduam fluvium Odovacrem dn̄ Theoderichus rex tertio certamine superavit qui Ravennam fugiens obsidetur inclusus. *491:* Odovacar cum Erulis egressus Ravenna nocturnis horis ad pontem Candidiani a dn̄ nostro rege Theoderico memorabili certamine superatur. *493:* dn̄ rex Theodericus Ravennam ingressus Odovacrem molientem sibi insidias interemit (*cf. Anon. Cusp. 490. 491. 496*).

XVIII. *de Rugis et Epiphanii legatione uberius Ennod. vit. Epiph. 392 sq. Cassiod. 500:* dn̄ rex Theodericus Romam cunctorum votis expetitus advenit . . . Romanae plebi donavit annonas. *An. Vales. 67:* donavitque populo Romano et pauperibus annonas singulis annis centum viginti milia modios.

XVIIII. *Marcell. 491:* parsque urbis plurima atque circi igne combusta. *502:* consueta gens Bulgarorum depraedatam saepe Thraciam nullo Romanorum milite resistente iterum devastavit.

XX. *Iord. Get. 57:* filiam eius (*Lodoin Francorum regis*) Audefledam sibi in matrimonio petit (*Theo-*

1 exercitus *NZ* || tenens *NZ* || 2 uniuersasque NZ^1, uniuersaque Z^2ML || sanctissimae *H* || 4 penetum N^1 || 5 obdoacrem *NZ* || cum *NZML* || exercitum *NZM* || 6 quietaret N^1 || 7 urbe *HVL* || 8 a *om.* N^1Z || fide *NZM* || est *om. NZ* || egressi VNZ^1 || 9 ticiniensi *L* || post triennium *om. B* || inuaserunt *M* || 10 depopulatione *L* || 11 quum *H* || 12 reuelabantur NZM^2 || in gallias N^2 || gundibadum *NZ*, gundubaldum *B* || redimendus N^1, *om. B* || 14 sanctitati *NZ* || concessis HVN^2ZL, concessu N^1 || secum] seeum *V* || theodericus *om. NZ* || 16 magno cum gaudio *L* || quibus] cibus *V* || 18 dum haec — 19 incendio *om. L* || 18 a *om.* M^1 || uulgaris *HZ*, uurgaris *V* || thracia *VBM*, triticia *N* || 19 constantinopolim *NZ* || confragauit *NZM* || 20 ast *NM* || honericus N^1Z, honoricus N^2MBL || genserico *NZ* || 21 perfidia *om. B* || quam *om.* H^1 || 22 effecit *V* || 23 loquella *H*, loquela *VML* || 25 caedis *NZ* || brittonum] brittones brittonum *B* || 26 hii *HV* || palman *Z* || 27 longum] linguam *NZ* || insulam *VZ* || 28 autefledam *N*, antefledam *Z* || lodoin] clodouei *B*

regis filiam sibi in matrimonium iunxit. Amalafredam germanam suam Wandalorum regi Hunurico. eiusdem Amalafredae filiam Amalabergam Turingorum regi Hermenfredo. Theodicodo quoque et Ostrogotho ex concubina filias. alteram Alarico Wisigotharum regi. alteram Sigismundo Burgundionum consociat. Amalasuintham vero tertiam filiam Eutharico ex Amalorum stirpe venienti evocato ab Hispania tradit. nec fuit aliqua vicina Italiae gens. quae Theoderico aut coniunctionis adfinitate aut pactionis foedere sociata non fuerit.

Zeno itaque Augustus cum per annos decem et septem rei publicae praefuisset. apud urbem Constantinopolim vitae terminum accepit.

LIBER XVI.

I Cessante iam Romanae urbis imperio utilius aptiusque mihi videtur ab annis dominicae incarnationis supputationis lineam deducere. quo facilius. quid quo tempore actum sit, possit agnosci.

II Anno ab incarnatione domini quadringentesimo nonagesimo secundo post Zenonis excessum Anastasius purpuram induit. qui septimus et quadragesimus in regum numero extitit. hic Romani decus imperii Eutychianae haereseos inluvie maculavit.

Huius temporibus tanta propter Symmachi ac Laurentii electionem Romae dissensio facta est. ut Festus senatorum nobilissimus et exconsul et alius exconsul Probinus Laurentii partibus faventes adversus Faustum exconsulem ceterosque. qui Symmacho adhaerebant. pontifici bellum inferrent multasque caedes et homicidia in medio urbis facientes plerosque ex sacerdotali numero. multos etiam clericorum. perplures civium Romanorum extinguerent.

dericus) quam ille . . concessit. *58:* naturales ex concubina . . filias (*habuit*) unam nomine Thiudigotho et aliam Ostrogotho, quas mox . . . regibus vicinis in coniugio copulavit, id est unam Alarico Vesegotharum et aliam Sigismundo Burgundionum . . . Eutharicum . . . Amalorum de stirpe descendentem in Spania (*degentem*) . . ad se . . fecit venire eique Amalasuentham filiam suam in matrimonio iungit et . . Amalafridam germanam suam . . Africam regi Vandalorum coniugem dirigit Thrasamundo filiamque eius . . Amalabergam Thuringorum regi consociat Herminefredo . . nec fuit in parte occidua gens, quae Theoderico, dum adviveret, aut amicitia aut subiectione non deserviret.

II. *vit. Hormisdae 82:* Augustus Anastasius quia et ipse in haeresim Eutychianam communicaverat. *Beda 521:* Anastasius . . haeresi favens Eutychianae.

vit. Symmachi 76: hic (*Symmachus*) sub contentione ordinatus est uno die cum Laurentio . . . *77:* Festus et Probinus incriminarunt Symmachum . . . et occulte revocaverunt Laurentium . . . *78:* eodem tempore Festus caput senatus exconsul et Probinus exconsul coeperunt intra urbem Romam pugnare cum aliis senatoribus et caedes et homicidia in clero ex invidia fiebant. qui vero communicabant beato Symmacho occidebantur . . . omni die pugnas contra ecclesiam in medio civitatis gerebant. etiam multos sacerdotes occiderunt . . . et multos alios Christianos . . . solus autem Faustus exconsul pro ecclesia pugnabat. *An. Vales. 65:* eodem tempore contentis orta est in urbe Roma inter Symmachum et Laurentium; consecrati enim fuerant ambo.

1 coniunxit *M* || germaniam B^1 || 2 honorico *NZML*. hunerico *B* || amalafre *N*, amaffre *Z* || malabergam *NZ*M^1*BL*, malauerga *V* || turinerrogum regi *V* || ermefredo *V*, ermemfredo *M*, hermenfredo *L* || 3 theodicodo] theoderici *B* || ostrogodo *B* || hilarico *HVM*. hilaricho *L* || bes.agotharum *NZ*, uuisigothorum *L*, uesegotharum *M*, uuisegotharum *B* || 4 consociauit *V* || amalasuindam *B*, amalauintham *NZ* || tertia filia *V* || autharico *H* || 5 alamalorum H^1*V*, halamalorum H^2, halanorum *L*, alanorum *B* || tradidit *NZML* || nec fuit aliqua uicina *om.* *HV*M^1, nec erat *B* || 6 gens italiae *L*, gens *om.* *NZ* || adfinita N^1 || fuerint *L* || 9 explicit (expl. *H*) liber xv (quintus decimus *N*) incipit (incip. *H*) liber (lib. *H*) xvi *HVNZM*, incipit lib. xvi *B* || 10 roma N^1 || 11 ducere *NZ* || quo facilius] ut *B*, *om.* *HV* || 12 poscit *H* || 13 quadragintesimo *H* || nonage *in* nonagesimo L^2 *i. ras.* || secundo L^2 *i. ras.* || 14 regnum H^1*V*N^1*M* || 15 hinc N^1*Z* || euthicianae *HV*, euticianae *M*, eutitianae *B* || aereos N^1 || inluuies *NZ* || 16 cuius *B* || tanta *om.* *V* || ac] et *NZML* || discessio M^1 || 17 et exconsul *om.* *M* || alius *om.* M^1 || 18 fastum *B* || exconsule *V*, exconsules N^1 || ceteros N^1 || 19 pontifice N^1 || 20 pleroque *V* || 21 extingueret *V*

III (Beda 521) Eo tempore || *Transamundus*, qui fratri Hunurico apud Africam in Wandalorum regno successerat, fratris vel patris Geiserici secutus perfidiam *clausis catholicorum ecclesiis ducentos viginti episcopos in Sardinia exilio religavit, quibus beatus papa Symmachus cotidiana subsidia ministrare non destitit.* ||

Inter has tempestates beatus Fulgentius in confessione fidei et scientia floruit.

IIII His ipsis apud Africam diebus, dum Arrianus quidam Olympius nomine corpus aquis balnealibus abluens indigna quaedam et blasphema de sanctae trinitatis fide verba evomeret, veniente subito ignito caelitus iaculo visibiliter conbustus est. Barbas quoque quidam Arrianus episcopus dum contra regulam fidei minorem scilicet patri filium sanctumque spiritum asserere cupiens baptizaturus dixisset 'baptizo te Barbas in nomine patris per filium in spiritu sancto', statim aqua quae ad baptizandum allata fuerat nusquam conparuit: quod aspiciens qui baptizandus erat, confestim ad ecclesiam catholicam fugiens iuxta morem fidei baptismum Christi suscepit.

Theodoricus vero dum per idem tempus pacifice apud Italiam regnaret per singula quaeque celebriora loca regia sibi habitacula construxit.

V Anastasius itaque dum in haeresi, qua delapsus fuerat, perseveraret duasque in Christo naturas deitatis videlicet et humanitatis Eutychium haeresiarchem sequens denegaret, Hormisda papa, qui Symmacho successerat, direxit Ennodium Ticinensem episcopum aliosque cum eo Constantinopolim legatos cum catholicae fidei scripto. quatenus Anastasium ad ecclesiae reducerent gremium. is non solum salubria eorum monita sprevit, sed insuper etiam a suis conspectibus non sine contumelia expulit navique fragili impositos mandat, ne uspiam per totam Graeciam ad aliquam civitatem accederent.

III. *vit. Symmachi 81:* hic omni anno per Africam vel Sardiniam ad episcopos, qui in exilio erant retrusi, pecuniam et vestes ministrabat.

Isidor. p. 456: eo tempore Fulgentius episcopus in confessione dei et scientia claruit.

IIII. *Isidor. p. 456:* per idem tempus apud Carthaginem Olympus quidam Arrianus in balneis sanctam trinitatem blasphemans tribus igneis iaculis angelo immittente visibiliter est combustus. Barbas quoque quidam Arrianus episcopus dum contra regulam fidei quendam baptizans dixisset 'baptizat te Barbas in nomine patris per filium (*vel:* baptizo te in nomine patris et filii) in spiritu sancto', statim aqua fontis illius, quae fuerat ad baptizandum deportata, nusquam apparuit. quod aspiciens qui baptizandus erat, confestim ad catholicam ecclesiam abiit et iuxta morem (evangelicae) fidei baptismum Christi suscepit. *Cassiod. a. 500:* sub cuius felici imperio plurimae renovantur urbes, munitissima castella conduntur, consurgunt admiranda palatia. (*cf. An. Vales. 70—72*).

V. *vit. Hormisdae 82:* direxit quoque Ennodium episcopum Ticinensem et Fortunatum episcopum Catenensem et Venantium presbyterum urbis Romae et Vitalem diaconum sedis apostolicae et Hilarum notarium sedis supradictae . . . portantes epistolas confortatorias fidei . . . et textum libelli, in quo libello noluit consentire Augustus Anastasius, quia et ipse in haeresim Eutychianam communicaverat . . . *83:* tunc imperator repletus furia eiecit eos per posterulam et imposuit eos in navim periculosam . . . hoc dedit eis in mandatis imperator Anastasius, ut nullam civitatem ingrederentur . . . eodem tempore nutu divinitatis percussus est fulmine divino Anastasius imperator et obiit.

1 transeamundus *V*, trasamundus *B* || fratribus *V* || honorico *NZM*, honoricho *L*, hunerico *B* || 2 patri *V* || gensericis NZ^1, genserici Z^2 || 3 duocentos *H* || sardiniam *M* || qui M^1 || 4 desistit *B* || 7 sanctae *om.* M^1 || 8 uenite N^1, et ueniente *L* || 9 dum contra] demonstra HVM^1, demonstrans *B* || patre Z^2 || 10 spiritum] epm̄ *H* || spiritumque sanctum *M*, que *sup. lin.* || te *om. B* || 11 per] et HVM^1, et per *B* || filii M^1 || in] et M^1 || spiritui H^1V || sanctum M^1 || quae *om.* M^1 || ad] a N^1 || baptizañ *B* || 12 quod] quo M^1 || 13 confugiens *NZM* || 15 quaeque] quoque *L* || 16 in *om.* M^1 || 17 euthycium *H*, euthicium *V*, euticium *MB*, euthichium *NZ* || heresimartem H^1, heresiarcam H^2, heresiarchem VM^2, heresiarcem N^2ZM^1L, heresiarceN^1, heresiarcham *B* || 18 hormisde *V* || ennodium] et non dium N^1, ethondium N^2, ennondium *Z*, e *i. ras.* || ticiniensem *HB*, tiquiniensem *V* || 21 sed] et M^1 || 22 inposito *H* || manda N^1 || usquam *B* || aliqua *L* || ciuitatum $HVBM^1L$ || accederet *V*

quam eius impiam temeritatem divina continuo ultio subsecuta est: nam cum iam
Beda 521 septimum et vicesimum imperii annum ageret, ‖ *vi fulminis percussus interiit.*

VI Anno ab incarnatione domini quingentesimo octavo decimo punito Anastasio haeretico Iustinus catholicus Augustali potitus est solio. ad hunc ob causam redintegrandae fidei directus ab Hormisda pontifice vir sanctitate praecipuus Germanus Capuanae urbis episcopus digne susceptus est multorumque dubia corda in fide solidavit.

VII Eo tempore apud Africam defuncto Transamundo Wandalorum rege Arrianae per-
Beda 520 fidiae ‖ *Hildericus* eius filius ex captiva Valentiniani principis filia ortus Wandalorum adeptus est regnum. qui non patrem haereticum, sed matris catholicae monita sequens rectae fidei cultor enituit. hunc pater Transamundus ad mortem veniens, quia cernebat eum catholicae parti favere, sacramenti nodis adstringere curavit, ne umquam in suo regno catholicis consuleret: qui mox, ut suus genitor vita caruit, prius etiam quam regni iura adsumeret, universos *episcopos*, quos Transamundus in exilium coegerat, *regredi eisque ecclesias reformare praecepit, septuaginta iam et quattuor annis evolutis, ex quo* a Geiserico primitus apud Africam *ecclesiae fuerant destructae.* ‖

VIII At vero in Orientis partibus, dum adhuc eo tempore per loca singula Arriana haeresis vigeret, Iustinus ardore orthodoxae fidei omnimodis satagere coepit, ut haereticorum nomen extingueret, statuitque, ut ubique eorum ecclesias catholica religione consecraret. quod dum in Italia rex Theodericus Arriana lue pollutus audisset, Iohannem papam simulque cum eo Theodorum Inportunum atque Agapitum consulares viros aliumque Agapitum patricium Constantinopolim ad Iustinum principem dirigit: mandat per eos interminans, ut, nisi quantocius haereticis suas ecclesias redderet eosque in pace
VIIII degere sineret, universos Italiae populos ipse gladio extingueret. qui pervenientes ad Augustum cum ab eo digne, ut conpetebat, suscepti essent, magnis eum de sua suo-

VI. *vit. Hormisdae 83:* sumpsit itaque imperium Iustinus orthodoxus . . sperans a sede apostolica, ut redintegraretur pax ecclesiarum. *84:* tunc Hormisda . . . direxit . . . Germanum Capuanum episcopum (*aliosque*) . . . qui ingressi . . . suscepti sunt a Iustino Augusto orthodoxo cum gloria.

VII. *Isidor. p. 457:* huius tempore post Trasemundum Hildericus ex Valentiniani imperatoris captiva filia genitus in Wandalis regnum suscepit; qui sacramento a Trasemundo astrictus, ne catholicis in regno suo faveret, antequam regnum susciperet, episcopos ab exilio reverti iussit eisque proprias ecclesias reformare praecepit.

VIII. *vit. Iohannis 87:* eodem tempore Iustinus imperator vir religiosus summo ardoris amore religionis Christianae voluit haereticos extricare; nam summo fervore Christianitatis hoc consilio usus est, ut ecclesias Arianorum catholicas consecraret. pro hac causa haereticus rex Theodoricus audiens hoc exarsit et voluit totam Italiam extinguere. eodem tempore Ioannes papa aegrotus infirmitate cum fletu ambulavit et senatores et consules cum eo, id est Theodorus Importunus Agapitus exconsul et alius Agapitus patricius, qui hoc accipientes in mandatis legationem, ut redderentur ecclesiae haereticis in partibus Orientis, quod si non, omnem Italiam gladio perderet. *An. Vales. 88:* (*Theodericus*) evocans Ravennam Iohannem aedis apostolicae praesulem et dicit ad eum 'ambula Constantinopolim ad Iustinum imperatorem et dic ei inter alia ut reconciliatos haereticos nequaquam in catholicam restituat religionem' . . . *90:* . . . impositum (*Iohannem*) et alios duos simul et senatores Theodorum Inportunum Agapitum et alium Agapitum.

VIIII. *vit. Iohannis 87:* qui dum ambulassent cum Ioanne papa . . . *88:* tunc Iustinus Augustus . . . adoravit beatissimum papam Ioannem. eodem tempore beatus Ioannes papa cum senatoribus

1 iam *om.* *L* ‖ 2 et uicesimum] uicesimum *B*, *om.* *Z* ‖ ui] sex *NZ* ‖ fulminibus N^2Z, fluminis *B* ‖ 3 xviiii *V* ‖ ponito V^1, punito *om.* *B* ‖ 4 ad hunc (huc N^1) ob] ob hanc *V* ‖ redintegranda *H*, redintegrandam *B* ‖ 6 digneque *L* ‖ 7 eodem *NZ* ‖ transmundo *V*, trasamundo *B* ‖ 8 heldericus *NZM* ‖ 10 transmundus *V* (*et* 13), transemundus N^2Z (*et* 13), trasamundus *B* (*et* 13) ‖ 12 uitam *L* ‖ 13 quod M^1 ‖ quo egerat N^1Z ‖ regredi fecit *B* ‖ 14 eiusque *B* ‖ ex] a *B* ‖ 15 a *om.* *B* ‖ geisericus B^1 ‖ distructae *N*, destitutae *HB* ‖ 16 per *om.* *V* ‖ 17 ordoce N^1 ‖ satageret *HB* ‖ hureticorum B^1 ‖ 18 re NZ^1 ‖ consecrasset *B* ‖ 20 consulares — 21 agapitum *om.* NZ^1 ‖ 21 manda N^1, mandans N^2ZM^2 ‖ 23 siniret *H* ‖ 24 eum magnis *B* ‖ suorum M^1

rumque salute solliciti fletibus postulant ut suae legationis seriem quamquam esset iniusta libenter exciperet Italiaeque periturae consuleret. quorum fletibus Iustinus permotus eis quod petebatur concessit Arrianosque suo iuri reliquit. dum hi in itinere demorantur, Theodericus rabie suae iniquitatis stimulatus Symmachum exconsulem ac patricium et Boethium senatorem et exconsulem catholicos viros gladio trucidavit.

His diebus extincto a Francis Alarico Visigotharum rege Theodericus per Ibbam X suum comitem plus quam triginta milia Francorum caedens Thiodem suum armigerum post mortem Alarici [tutorem Athalarici] nepotis constituit.

|| *Iohannes* vero pontifex *revertens* a Constantinopoli dum cum his cum quibus Beda 529 ierat, *profectus* ad Theodericum *Ravennam fuisset*, *Theodericus ductus malitia*, *quod eum Iustinus catholicae pietatis defensor honorifice suscepisset*, *eum simul cum sociis carceris afflictione peremit.* sed hanc eius inmanissimam crudelitatem mox animadversio divina secuta est: nam nonagesimo octavo post hoc facinus die *subita morte* || defunctus est, cuius animam solitarius quidam apud Liparam insulam vir magnae virtutis aspexit inter Iohannem papam et Symmachum patricium deduci et in Vulcani ollam, quae ei loco proxima erat, demergi.

Igitur Theoderico tali modo punito Gothi sibi Athalaricum, de quo praemissum est, ex XI Theoderici regis filia procreatum cum eadem Amalasuinta matre sua in regnum praeficiunt.

At vero Iustinus cum Augustalem dignitatem annis undecim administrasset apud Constantinopolim in pace quievit.

Anno ab incarnatione domini quingentesimo vicesimo nono Iustinianus sororis Iustini filius Romanorum principum nonus ac quadragesimus Augustalem adeptus est princi-

suprascriptis cum grandi fletu rogaverunt Iustinum Augustum, ut legatio acceptabilis esset in conspectu eius. qui vero papa Ioannes vel senatores viri religiosi omnia meruerunt et liberata est Italia a rege Theodorico haeretico . . . eodem tempore cum hi suprascripti . . . positi essent Constantinopoli, Theodoricus rex haereticus tenuit duos senatores praeclaros et exconsules Symmachum et Boethium et occidit interficiens gladio. *An. Vales. 91:* cui Iustinus imperator venienti ita occurrit ac si beato Petro . . . *92:* Symmachus caput senati . . . deducitur de Roma Ravennam. metuens vero rex ne dolore generi (*Boethii*) aliquid adversus regnum eius tractaret obiecto crimine iussit interfici.

X. *Iord. Get. 58:* non minorem tropaeum de Francis per Ibbam suum comitem in Galliis adquisivit plus triginta milia Francorum in proelio caesa, nam et Thiudem suum armigerum post mortem Alarici generi tutorem in Spaniae regno Amalarici nepotis constituit. *vit. Iohannis 89:* eodem tempore revertens Ioannes venerabilis papa et senatores cum gloria . . . post hoc factum nutu dei omnipotentis nonagesimo octavo die, postquam defunctus est beatissimus Iohannes in custodia, Theodoricus rex haereticus subito interiit et mortuus est (*cf. An. Vales. 93*). *Gregor. dial. IV, 30:* ad insulam quae Liparis appellatur. et quia illic vir quidam solitarius magnae virtutis habitabat . . . dei famulus addidit dicens: etiam mortuus est; nam hesterno die hora nona inter Ioannem papam et Symmachum patricium discinctus atque discalceatus et vinctis manibus deductus in hanc vicinam Vulcani ollam iactatus est.

XI. *Iord. Get. 59:* (*Theodoricus*) Athalaricum . . . filium filiae suae Amalasuenthae . . . regem constituit . . . Athalaricus rex eiusque mater . . . paene per octo annos in pace regnarunt. *R. 240:* . . . Iustinianum ex sorore sua nepotem consortem regni successoremque imperii ordinans . . . qui

1 serie *HVL* || essent V^1 || 2 consulere *V* || 3 petebat *L* || iure *VN* || hii *HV*, *om. NZM* || 4 demorarentur *NZL* || istimulatus N^1, instimulatus N^2Z || exconsule *V*, et consulem *NZ* || 5 *secundum* et *om. NZ* || exconsule V^1 || 6 halarico *H*, alaricho *L*, alaco *V* || uuisigothorum *BL*, uuisogotharum *M* || regem *V* || ibblam *NZ*, ippiam *B* || 7 armigerem *H* || 8 alarichi *L*, hilarici M^1 || tutorem athalarici (amalarici M^2) *quod omittit P, supplevit L* (*inde* M^2) || *post* nepotis *add. B* regem || 9 constantinopolim H^1V^1NZML || dum cum his *om. NZ* || 10 iera V^1 || cum *ante* profectus *ins.* N^2Z || theoricum *B* || fuisset] uenisset *B* || ductus *om. VL* || 11 suscepisse N^1 || 12 haec NZ^1 || 13 octano] nono *L* || defectus NZ^1 || 14 lipuram *NZ*, lipiram *M*, lipparam *HV*, lipparen *B* || 15 uulgani NZ^1ML || 17 athalarico *HV*, attalaricum *ex* attaricum *Z*, alarico *L*, allaricum *N*, adalarico *M* || 18 filiam Z^1 || cum eadem *om. NZ* || amalasuuinta *M*, amasuuinta N^2Z, amalasuuinda *B* || in] hii N^1Z || 19 annis *om. B* || ministrasset *NZ* || 20 quieuit nono N^1 || 21 ab incarnatione domini anno *V* || nono *om.* N^1, octauo *B* || 22 augustale *V*

patum. qui mox imperialia iura suscepit. ad reparandum rei publicae statum animum intendit. ac primum per Belisarium patricium ingentem virum Persas aggressus est. qui transgressis Romanorum terminis eorum regiones graviter populabantur: quos Belisarius magnis proeliis fudit atque ex voluntate principis Constantinopolim triumphans ingressus est.

XII Interea Athalaricus Gothorum rex. cum necdum expletis quattuor annis regnasset. inmatura morte praeventus vitae subtractus est. cuius mater Amalasuinta post eius funus Theodatum sibi socium adscivit in regnum. sed Theodatus idem inmemor conlati beneficii eam post dies aliquot in balneo strangulare praecepit. et quia ipsa dum adviveret. se suumque filium commendaverat principi. audita Iustinianus Augustus eius
XIII morte gravi mox adversus Theodatum iracundia exarsit. sentiens se Theodatus infensum habere principem beatum papam Agapitum Constantinopolim dirigit. quatenus ei apud Iustinianum facti inpunitatem impetraret. qui sanctus pontifex dum Iustinianum principem adisset. facta cum eodem de fide collatione repperit eum in Eutychetis dogma corruisse. a quo primitus graves beatus antistes minas perpessus est. sed cum illius inconcussam in fide catholica Iustinianus constantiam cerneret — si quidem ad hoc usque verbis progressus fuerat. ut talia a praesule audiret 'ego ad Iustinianum imperatorem Christianissimum venire desideravi. sed Diocletianum inveni' — tandem ex voluntate dei eius monitis adquiescens ad catholicae fidei confessionem cum multis pariter. qui similiter desipiebant. regressus est. Anthimum quoque eiusdem regiae civitatis episcopum praefatae haereseos defensorem convictum publice communione privavit

ut susceptris genio (*sic Pal.*) a suo avunculo mancipatus est, mox Parthos bella moventes destinato exercitu compescuit et fines proprios tutans Parthorum saepe multos adflixit . . *241:* mox quoque soluto de Orientali parte exercitu eundem ductorem, quem dudum Orienti transmiserat, elegit Belesarium.

XII. *Iord. Get. 59:* (*Athalaricus*) tam suam adulescentiam quam matris viduitatem Orientis principi commendavit, sed in brevi infelicissimus inmatura morte praeventus rebus humanis excessit. tum mater . . . Theodahadum consobrinum suum germanitatis gratia accersitum . . . in regno locavit. qui immemor consanguinitatis post aliquantum tempus . . . eam exilio relegavit ubi paucissimos dies . . . degens ab eius satellitibus in balneo est strangulata. *60:* quod dum Iustinianus imperator Orientalis audisset et quasi susceptorum suorum morte ad suam iniuriam redundaret, sic est commotus.

XIII. *vit. Agapeti p. 94:* hic missus est a Theodato rege Gothorum ad domnum Iustinianum Augustum in legationem, quia eodem tempore domnus Iustinianus imperator Augustus indignatus est Theodato regi eo quod occidisset reginam Amalasintham filiam Theodorici regis commendatam sibi, qui eum regem fecerat. *95:* qui vero Agapitus . . . ingressus Constantinopolim . . primum coepit habere altercationem cum piissimo principe Iustiniano Augusto de religione; cui beatissimus Agapitus episcopus . . . responsum reddidit dicens dominum nostrum Iesum Christum deum et hominem esse, hoc est duas naturas esse in uno Christo; et dum contentio verteretur, ita dominus affuit, ut episcopum Constantinopolitanum nomine Anthimum inveniret haereticum. et cum contentio verteretur cum Augusto et Agapito papa, hoc dixit ei Iustinianus imperator: 'aut consentis nobis aut exilio te deportari faciam'. tum beatissimus Agapitus papa respondit cum gaudio dicens ad imperatorem: 'ego quidem peccator ad Iustinianum imperatorem Christianissimum venire desideravi, nunc autem Diocletianum inveni, qui tamen minas tuas non pertimesco' . . . accersito episcopo Constantinopolitano nomine Anthimo

1 mox ut N^2ZBL ‖ imperilia V^1, imperiali *L* ‖ istatum N^1 ‖ 2 helisarium *B*, bilisarium *L semper* ‖ est *om.* M^1 ‖ 3 depopulabantur *L* ‖ 4 fudit] uicit *B* ‖ 6 nondum *Z* ‖ explens *B* ‖ 7 amalsuinta *HV*, amalasubinta N^2Z, amalasuuinta *M*, amalasunta N^1, amalasuuinda *B* ‖ 8 asciuit *B* ‖ in *om.* H^1V ‖ idem] hisdem *HV*, isdem *MBL*, *om.* *NZ* ‖ 9 dies *om.* M^1 ‖ strangulari *NZL*, stranguilari M^1 ‖ 10 aduiuerat N^1, hadhuc uiueret *B* ‖ principi commendauerat *NZM* ‖ 11 theodotum *H* ‖ iracundiae *H* ‖ 13 ei *om.* *V* ‖ facti — 14 principem *om.* M^1 ‖ 13 iustianum N^1 ‖ 14 a*disset H^1, audisset *B* ‖ factam L^1 ‖ reperit *B* ‖ euticetis *HBL*, eutichetis *NZ* ‖ 16 catholicam *H* ‖ catholica] catholica repperisset *HV*, catholica repperisse *L* ‖ 17 progressum *HBML* ‖ talia] italiam N^1 ‖ iustianum N^1 ‖ 20 qui similiter *om.* *V* ‖ antimum $NZMB^1$ ‖ reginae *B* ‖ ciuitates H^1 ‖ 21 hereos N^1, heresos B^1 ‖ priuabit HN^1

ac persuaso principe in exilium coegit. nec multum post idem pontifex apud eandem urbem diem obiit.

Interea || *ad Africam,* quam iam multis labentibus annis Wandali possidebant, *a* XIIII
Iustiniano cum exercitu *Belisarius missus est,* qui mox proelio cum Wandalis commisso Beda 567
eorum magnas copias fudit *regemque eorum Gelismerum vivum capiens Constantinopolim misit. Carthago quoque post annum suae excisionis nonagesimum sextum recepta est.* |
Porro dum Agapitus pontifex, qui a Iustiniano principe pacem Theodato postularat, XV
apud Constantinopolim obisset. Iustinianus Belisarium patricium multis iam proeliis gloriosum adversus Theodatum dirigit utque etiam Italiam a Gothorum servitio liberaret. Belisarius itaque dum aliquantum temporis apud Siciliam moram faceret, rex Gothorum Theodatus extinctus est. huius in loco Witigis successit, qui mox ut regnum invasit, Ravennam profectus Amalasuintae reginae filiam per vim auferens sibi
in matrimonium iunxit. conceptas ergo contra Theodatum Belisarius belli vires in Witigis XVI
convertit egressusque e Sicilia ad Campaniam Neapolim venit. quem Neapolitani cives noluerunt excipere. qui indignatus acriter ad eiusdem urbis expugnationem totis se viribus erexit aliquantisque fortiter inpugnatam diebus tandem per vim capiens ingressus est tantaque non solum in Gothos, qui ibi morabantur, sed etiam in cives ira desaevit, ut non aetati, non sexui, postremo non sanctimonialibus vel ipsis etiam sacerdotibus parceret; viros in conspectu coniugum miserabili visu perimens superstites matres ac liberos captivitatis iugo abduxit cuncta rapinis diripiens nec a sacrosanctis
ecclesiis expoliandis abstinuit. indeque egrediens Romam properavit. quo Romam XVII
ingresso Gothi, qui in urbe morabantur, noctu egressi relictis patentibus portis Ravennam

et discussione patefacta noluit confiteri in doctrina catholicae responsionis . . . quem convicit sanctus papa Agapitus . . . *96:* tunc . . . Iustinianus gaudio repletus humiliavit se sanctae sedi apostolicae et adoravit beatissimum papam Agapitum; eodem tempore eiecit Anthimum a communione et expulit in exilium . . . post dies vero aliquantos aegritudine commotus defunctus est Constantinopoli . . .

XV. *vit. Silverii 97:* extinguitur Theodatus tyrannus et levatur rex Guitigis. eodem tempore Guitigis ambulavit Ravennam et cum vi tulit filiam Amalasinthae reginae sibi uxorem . . . hoc indignatus . . . Iustinianus . . . misit Vilisarium patricium cum exercitu, ut liberaret omnem Italiam a captivitate Gothorum; tunc veniens patricius suprascriptus in partes Siciliae fuit ibidem aliquantum temporis . . . *Iord. Get. 60:* et occiso Theodahado rege . . . Romanus exercitus . . · Romae ingreditur; unde ante paucos dies rex Vitiges egressus Ravennam profectus . . . filiam Amalasuenthae . . . sibi in matrimonio sociarat.

XVI. *vit. Silverii 97:* audiens autem, quod Gothi sibi fecissent regem contra votum domni Iustiniani Augusti, venit in partes Campaniae iuxta civitatem Neapolim et obsedit eam cum exercitu suo, quia noluerunt ei cives Neapolitani aperire. eodem tempore pugnando patricius contra civitatem introivit et ductus furore interfecit Gothos et omnes cives Neapolitanos et misit praedam et nec ecclesiis pepercit praedando ita, ut uxoribus praesentibus maritos earum gladio interficerent et captivos filios et uxores nobilium exterminarent nullis parcens nec sacerdotibus nec servis dei nec virginibus sanctimonialibus.

XVII. *vit. Silverii 98:* eodem tempore bellum fuit maximum veniente Guitige contra Vilisarium patricium et contra urbem Romam . . . ingressus autem Vilisarius in urbem . . . custodiis et

1 exilio *H* || 3 multis — a iusti *om.* NZ^1 || 5 ipsorum *NZML* || gelisimerum *NZ*, legismerum M^1 || uirum *V* || 6 quoque] que quae *V* || excessionis *V* || 7 agapitum *V* || postulerat *B* || 8 iam *om. NZ* || 9 gloriosus *V* || aduersum *L* || ut *B* || 10 basiliarius *B* || aliquantulum *B* || 11 locum *NZML* || uuittigis *HVBML*, guitigis *NZ semper* || quia *V* || 12 amalasuuintae *H*, amalasuuinthae *NZM*, amalasuuindae *B* || amalasuinta regina *V* || filia *VL* || sibi *om.* N^1 || 13 matrimonio *N*, *om.* in || coniunxit *NZ* || guittigis *H*, guitigis *M in sequ. semper*, uuitigis *VBL in sequ. semper*, uuitigisum *B* || 14 e *om.* M^1, ex *V*, a *N i. ras. Z* || ad] ab *V* || 15 expuncnationem *H* || 17 tantamque *L* || in gothos non solum *V* || ibidem *NZ*, sibi *B* || ita *B* || 18 postremo non] postremo *om.* NZ^1 || etiam ipsis *NZ* || 19 miserabile HV^1M || uisu] ui *B* || periminens *H* || supestites *B* || 20 abduxit *L*, addixit *HV*, adduxit *NZMB* || sacrasanctis *NZ* || 21 abstenuit HM^1 || 22 ingressi VN^1M^2 || parentibus *B*

confugiunt. Witigis ut talia comperit, mox adversus Belisarium Romam cum ingenti exercitu venit. Belisarius non aptum sibi bellandi tempus coniciens intra urbis se moenia clausit eamque munitionibus circumsaepsit. Gothi urbem obsidentes universa per circuitum direptionibus et incendiis absumunt, quoscumque Romanorum reperiunt, gladio extingunt: cuncta sacra loca denudantes ipsis etiam venerabilium martyrum tumulis manus impias inferunt. continue urbem inpugnant sed cauta Belisarii defen-
XVIII satur industria. praeter belli instantiam angebatur insuper Roma famis penuria: tanta siquidem per universum mundum eo anno maxime apud Liguriam fames excreverat, ut, sicut vir sanctissimus Datius Mediolanensis antistes retulit, pleraeque matres infelicium natorum membra comederent. cumque per annum Gothi Romam obsedissent, demum territi Ravennam rediere. Belisarius vero proficiscens Neapolim eamque, ut competebat, ordinatam relinquens Romam regressus est. statimque ei a Theodora Augusta praeceptio allata est, ut papam Silverium convictum accusatione falsorum testium in exilium truderet eo quod Anthimum haereticum Constantinopolitanum episcopum recuperare noluisset. quod Belisarius licet nolens nihil moratus effecit. pulsus denique papa Silverius ad Pontiam insulam est, in qua et exulans obiit.

munitionibus vel fabricis murorum et reparatione fossati circumdedit civitatem Romanam et munivit; noctu ipsa, qua introivit Vilisarius patricius, Gothi, qui erant in civitate vel foris muros, fugerunt et omnes portas apertas dimiserunt et fugerunt Ravennam. et post hoc colligens Guitiges rex multitudinem exercitus Gothorum regressus est contra Romam . . . et fixit castra ad pontem Mulvium et coeperunt obsidere civitatem Romanam, tunc patricius Vilisarius . . . inclusit se Romae intra civitatem et custodivit civitatem. *99:* his diebus obsessa est civitas . . . tunc omnes possessiones privatae vel fisci vel ecclesiae incendio consumptae sunt, homines vero gladio interempti sunt . . . nam ecclesiae et corpora sanctorum martyrum exterminatae sunt a Gothis . . . pugnae autem maximae erant contra civitatem. his diebus Vilisarius patricius pugnando contra regem Guitigem vel multitudinem Gothorum protexit Romanos vel civitatem custodia sua liberavit et nomen Romanum.

XVIII. *vit. Silverii 99:* intra civitatem autem grandis fames erat . . . *100:* eodem tempore tanta fames fuit per universum mundum, ut Dacius episcopus civitatis Mediolanensis relatione sua hoc evidenter narraverit, quod in partibus Liguriae mulieres filios suos comedissent penuria famis . . . *99:* tunc obsessa est civitas annum unum . . . a Gothis. patricius venerabilis Vilisarius pugnando vicit Gothos et postmodum fugerunt Gothi Ravennam post annum unum . . . *100:* eodem tempore ambulavit Vilisarius patricius Neapolim et ordinavit eam et postmodum venit Romam . . . dolens autem Augusta pro Anthimo patriarcha, quod depositus fuisset a sanctissimo Agapito papa, qui eum haereticum reperisset . . . misit epistolas suas Romam Silverio papae rogans et obsecrans: . . . 'revoca Anthimum in locum suum' . . . Silverius . . . rescripsit Augustae: 'domina Augusta, ego rem istam facturus numquam ero, ut revocem hominem haereticum in sua nequitia damnatum'. tunc indignata Augusta misit iussiones ad Vilisarium patricium . . . ita continentes: '. . . depone illum de episcopatu aut certe festinus transmitte eum ad nos' . . . et tunc suscepit iussionem Vilisarius patricius dicens: 'ego quidem iussionem facio, sed ille, qui interest in nece Silverii papae, ipse rationem reddet de factis suis domino nostro Iesu Christo'. et urgente iussione exierunt quidam falsi testes . . . *101:* et misit eum in exilium in Pontias . . . qui deficiens mortuus est.

1 guitigis *H, in sequ. semper* ‖ aduersum *L* ‖ 2 bellandi (bella M^1) ad tempus *M* ‖ 3 eaque *V* ‖ saepsit *B* ‖ obsedentes H^1L, obsidendes *B* ‖ uniuersam *L* ‖ 4 direptionis *L* ‖ assumunt *NZ* ‖ quosquum HV^1, quoscum N^1M^1 ‖ 5 extinguunt *M* ‖ cuncta] cū *Z*, cum *N* ‖ uenerabililium H^1 ‖ 6 defensantur *L* ‖ 7 industria — angebatur *om.* NZ^1 ‖ propter *M* ‖ instantia *L* ‖ agebatur *M* ‖ romam *L* ‖ 8 mundum *om. NZ* ‖ maximeque *NZML* ‖ ligurias *NZ* ‖ famis *B* ‖ execrauerat *M* ‖ 9 sic *B* ‖ antistis *H* ‖ rettuli N^1 ‖ quod *add. B post* retulit ‖ plerae Z^1, pl*que N^1 ‖ 10 commederent *B* ‖ annum continuum *NZML* ‖ roman obsidissent Z^1 ‖ 11 redire $HVNM^1$, redere *L* ‖ bilisarius *NZ* ‖ 12 a *om. V* ‖ 13 ablata *NZ* ‖ conuinctum *L*, condictum V^1 ‖ 15 efficit *VNZ* ‖ 16 papa denique *B* ‖ pontianam N^2Z ‖ est *post* denique *L* ‖ et *om.* NZM^1 ‖ exultans N^1

XVIIII

Witigis vero coacto rursus in unum magno Gothorum exercitu cum Belisario conflixit factaque maxima suorum strage in fugam conversus est. quem Iohannes magister militum cognomento Sanguinarius noctu fugientem persequens vivum conprehendit Romamque ad Belisarium adduxit. patrata Belisarius victoria Constantinopolim rediit secum Witigis deferens. quo viso Iustinianus valde laetatus est eumque non multum post patricium effectum administrationem illi iuxta Persarum terminos tribuit ibique Witigis degens vitam finivit. Belisarius vero dignis evectus honoribus iterato ad Africam adversus Guintarit mittitur, qui Wandalos rursus sollicitans apud eos arripuerat regnum. Belisarius ut Africam attigit, Guintarit sub dolo pacis ilico peremit residuosque Wandalorum rei publicae iugo substravit. victor exinde Belisarius Romam venit auream crucem centum librarum pretiosissimis gemmis exornatam, in qua suas victorias descripserat, beato Petro per manus papae Vigilii obtulit.

XX

His ipsis apud Casinum temporibus post solitariam vitam sancto degens coenobio stupendis beatissimus pater Benedictus nec minus futurorum praescius radiabat virtutibus.

Hac etiam aetate gens Langobardorum amica tunc populi Romani apud Pannonias degebat, quibus in regni gubernaculo Audoin praeerat. is eo tempore cum Turisendo Gepidarum rege confligens per Alboin suum filium iuvenem strenuum victoriam nanctus est. denique inter ipsas Alboin sese acies Turismodum Turisendi regis filium appetentem alacriter adgressus extinxit perturbatisque hac occasione Gepidis suis victoriam peperit.

XXI

At vero apud urbem Romam papa Vigilius ob eandem, qua et decessor suus, causam indignatione Augustae per Antimum scribonem ductus Constantinopolim indeque in exilium actus est.

XVIIII. *vit. Vigilii 102:* eodem tempore Vilisarius patricius commisit bellum cum Guitige rege Gothorum; qui rex fugiens noctu insecutus est eum Ioannes magister militum, cui cognomen Sanguinarius, et tenuit eum et adduxit ad Vilisarium . . . Romam . . . quem cum duxissent Constantinopolim, gavisus est imperator et fecit eum patricium et comitem et transmisit eum iuxta fines Persarum et ibi vitam finivit . . . et data ei dignitate iterum misit eum in Africam ad Gundarum (*vel* Gontharidem) regem Guandalorum et ut quae fecerat in Italia faceret et in Africa. qui veniens in fines Africae sub dolo pacis interfecit Gundarum (*vel* Gontharidem) regem Guandalorum et redacta est Africa sub rempublicam. tunc Belisarius patricius de spoliis Guandalorum veniens Romam obtulit beato Petro apostolo per manus Vigilii papae crucem auream cum gemmis, quae pensat libras centum, in qua scripsit victorias suas.

XX. *Pauli hist. Langob. 1, 22:* Audoin regnum adeptus est, qui non multo post tempore Langobardos in Pannoniam adduxit. *23:* . . . comisso itaque proelio (*inter Gepidas et Langobardos*) . . . contigit, ut in ipso certamine Alboin filius Audoin et Turismodus Turisindi filius sibi obvii fierent; quem Alboin . . . extinxit. cernentes Gepidi regis filium . . . interisse mox dissolutis animis fugam ineunt, quos Langobardi insequentes acriter sternunt. *Iord. Rom. 242:* Langobardorum gens socia Romani regni principibus . . . contra . . . Gepidas . . . pugna commissa.

XXI. *vit. Vigilii 104:* Augusta misit Anthemium scribonem cum iussionibus suis . . . Romam . . . dicens: '. . . imposito in navi perduc eum (*Vigilium*) usque ad nos' . . . tenens deposuit eum per Tiberim et misit in navim . . . *105:* . . . ingressus est Constantinopolim . . . *106:* . . tunc missus est in custodiam . . . *108:* clerus, qui cum eodem Vigilio fuerant in exilium deportati.

1 in *bis N* || unum] humum M^1 || 2 suorum maxima *B* || 3 nocte *NZ* || 4 besarium N^1 || abduxit *V* || guitigim Z^2, uuitigisum *B* || 5 est *om.* H^1 || eum NZ^1 || multo *N* || 6 *Paulus aut scripsit aut scribere voluit:* effecit tum adm. || uita *V* || 7 uero *om. V* || effectus *B* || aduersum *L* || guintharith *H*, uuintarith *V*, uuintharit *ML*, guntarium *B* || 8 arriperat *HM*, arripuerunt *N* || belisarius] qui *L* || ut] ad NZ^1, ubi M^2 || 9 guntarith *V*, guntaricum *B*, uuintharit *L* || 10 uenit *om.* NZ^1 || 11 ornatam *B* || 13 cassinum HBM^1 || 14 stupendus Z^2B, stipendiis *L* || 15 haec *HVM* || langubardorum *NZ* || 16 audoin praeerat (praeerant N^1)] audo imperat *M*, audo praeerat *B* || eum turisindo *V* || 17 alboi *V* || filium *om.* M^1 || nactus N^2Z^2B || 18 turrismodum *VB*, turimodum *M* || turrisendi *V*, turisinde *NZ*, turisindi *B* || 19 egressus VNZ^1, agressus Z^2 || 21 decersor *N* || causa *PL praet. B* || 22 indignationis *L*

XXII Capto igitur Witigis Gothi Transpadani Heldebadum sibi regem constituunt, qui eodem anno perimitur. cui succedit Erarius et ipse necdum anno expleto iugulatur. dehinc sibi Baduilam, qui et Totila dicebatur, in regnum praeficiunt. moxque collecto undique exercitu universam rursus Italiam invadunt. exinde per Campaniam virique dei Benedicti patris coenobium iter facientes perque Lucaniae ac Britiorum fines Rhegium proficiscuntur nec mora Siculum transgressi fretum Siciliam invadunt. inde quoque revertentes Romam petunt eamque obsidionibus circumcludunt. quae tantam tunc famis penuriam perpessa est, ut prae magnitudine inopiae natorum suorum carnes comedere vellent. fessis nimium Romanis nec valentibus moenia tueri Totila a porta Ostensi urbem ingressus est. qui parcere Romanis cupiens per totam noctem clangere bucinam iubet, quo se a Gothorum gladiis aut ecclesiis tuerentur aut quibuscumque modis occulerent. habitavitque aliquantum temporis cum Romanis quasi pater cum filiis. hanc illi, ut datur conici, animi benignitatem, qui nimiae antea crudelitatis extiterat,
XXIII beati patris Benedicti, quem olim adierat, monitio contulit. elapsi sane ex urbe aliqui e numero senatorum Constantinopolim afflicti properant quibus calamitatibus Roma subiceretur principi narrant. qui statim Narsen eunuchum suum cubicularium cum manu valida dirigit, ut afflictae Romae quantocius subveniat. is ad Italiam veniens magno cum Gothis certamine conflixit, quibus ad internicionem paene consumptis regem Totilam, qui ultra iam decem annos regnaverat, interfecit universamque Italiam ad rei publicae iura reduxit.

Quia vero restant adhuc quae de Iustiniani Augusti felicitate dicantur insequenti deo praesule libello promenda sunt.

XXII. *Iord. Rom. 242:* Gothi . . . qui trans Padum in Liguria consistebant . . . et ordinato sibi regulo Heldebado militi existunt adversi . . . annique spatio vix emenso Heldebadus interficitur et loco eius succedit Erarius, qui et ipse vix anno expleto peremptus est.

vit. Vigilii 107: tunc Gothi fecerunt sibi regem Baduam (*vel* Baduillam) qui Totila nuncupatur.

Iord. Rom. 242: (*Baduila*) Romanum superavit exercitum . . . totamque Italiam cum ipsa Roma pervadit. *de Totila et S. Benedicto cf. Greg. dial. II, 14 et 15. vit. Vigilii 107:* et descendit Romam et obsedit eam. et facta est fames maxima in civitate Romana ut etiam natos suos vellent comedere . . . introivit in civitatem Romanam . . . per portam sancti Pauli. tota enim nocte fecit buccina clangi, usque dum cunctus populus fugeret aut per ecclesias se celarent, ne gladio Romani vitam finirent. ingressus autem rex habitavit cum Romanis quasi pater cum filiis.

XXIII. *vit. Vigilii 107:* tunc quidam de senatoribus fugientes . . . ingressi sunt Constantinopolim et praesentes (*vel* praesentati) ante imperatorem afflicti et desolati . . . *108:* eodem tempore misit imperator Iustinianus Narsetem eunuchum et cubicularium suum in Italiam qui data pugna cum Gothis donavit ei deus victoriam et occisus est rex et multitudo Gothorum interfecti sunt. *Beda 578:* Narsis patricius Totilam Gothorum regem in Italia superavit et occidit.

1 guitiguis *NZ*, uuitigiso *B* || transpadani (transpadum *V*, transpadam *B*) heldebadum (hildebaldum *B*) sibi] transpadanihel leuatum ibi *NZ*, debaldum *add.* Z^2 *post* hel *i. m.* || 2 successit *VZ* || errarius *N* || necdum *om. V* || iugulatus est *M* || 3 deinde *NZ* || baduillam *HL* || totilam *V* || regno *NZL* || 4 uniuersum B^1 || rursum *NZ* || inuadit *L*, it *i. ras.* || exinde] inde quoque *B* || 5 coenobio *V* || perque] quae per *M* || brittorum *M*, brittiorum *V* || 6 proficiscens *L* || transgressus fretrum s. inuadit *L* || 7 reuertens r. petit e. o. circumcludit *L* || obsidionis *NZ* || circumludunt N^1Z || tantum *HV* || 8 magnitudinem *V* || 9 tueri moenia *V* || a *om. B* || 10 ostensi *NZM*, hostensi *HVB*, hostiensi *L* || partere N^1 || 11 bucina *VNL* || *inde a* iubet *desunt reliqua in H* || quibuscumque] a quibuscumque *L* || modis *om.* M^1 || 12 analiquantum NZ^1 || 13 hac *NZ*, hinc *M* || ante *L* || extiterat] fuerat *B* || 14 adierat *om. NZ*, audierat *B* || elapsis *V* || 15 romam *L* || 16 subicetur N^1, subicerentur *B* || narsim *BL*, narsis VN^1, narsi N^2Z, narsin *M* || 17 dirigit] mittit *V* || subueniret *MBL* || 18 confixit M^1 || paene *om. NZ* || 19 iam *om. L* || 20 perduxit V^1 || 21 adhuc *om.* M^1, *post* quae *add.* M^2 || de *om.* VN^1B || 22 *post* sunt *add.* explicit liber xvi historiae romanae imperatorum romae uel constantinopolim regnantium *V*, explicit lib. xvi de str romanor *NZ*, explicit liber xvi *M*

LANDOLFI SAGACIS

ADDITAMENTA

AD PAVLI HISTORIAM ROMANAM.

Codex Palatinus 909, qui ipsa auctoris manu videtur scriptus aut correctus esse, solus est adhibitus et accurate expressus; prior manus (m^1) textum litteris Longobardicis scripsit, altera manus (m^2) priori et aequalis et similis permulta correxit, mutavit, addidit. cum non sit veri dissimile correctorem eundem esse atque qui scripserat textum, nos alteram manum in textu expressimus prioris varia lectione in adnotatione relata. nonnulla a manu multo recentiore (m^3) correcta variae lectioni adiunximus.

e codice Bambergensi E III, 13 saec. XI. verba p. 326, 9 *omnibus nationibus* — 327, 2 *tantum fastigium eve*, quae exciso folio desunt codici Palatino, suppleta sunt.

Paulina litteris inclinatis expressa sunt.

numeri maiores in margine expositi paginas huius editionis significant, minores qui hos sequuntur, ubi nudi sunt, versus textus Eutropiani, ubi praemissa est P littera, versus additamentorum in huius editionis margine inferiore collocatorum.

LIBER I.

Incipit historia Romana Eutropii gentilis usque ad obitum Ioviani imperatoris, cui aliqua Paulus Aquilaegensis diaconus addidit rogatu Adelpergae Beneventanae ductricis. deinde idem Paulus ex diversis auctoribus colligens a Valentiniani imperio incipiens usque ad tempora Iustiniani. quem Landolfus Sagax secutus plura et ipse ex diversis auctoribus colligens in eadem historia addidit, et perduxit eam usque ad imperium Leonis quod est annus dominicae incarnationis DCCCVI indic VII. Incipit liber primus historiae.

6 3 *in civitate quae . . . dicta est*] *in civitate quae . . . dicta est* latuit

27 *Creusa coniuge* filia Priami regis *genuerat* Origo

29 *edocavit* ‖ deosque penates *patris sui* Eneae ex Lavio in Albam *Longam* trans- Nepotian 9, 8
tulit. simulacra Lavium sponte redierunt. rursus traducta in Albam *Longam* iterum repetivere antiquiora delubra. ‖ *Ascanius deinde Iulum*

7 2 *Ascanius cum XXXVIII annis regnasset*] cum autem triginta et octo annis regnasset Ascanius

10 *regnavit Alba Silvius*] regnum Alba Silvius suscepit

27 *regnaret.* et dum Procas obisset, testamentum suum duobus filiis suis Amulio Origo
et Numitori reliquid, ut unus pecuniam protinus alter regnum susciperet. Amulius vero fratri suo Numitori electionem dedit, quid desideraret, acciperet.
28 Numitor vero pecuniam tulit, Amulius autem regnum optinuit, in quo *regnavit annos quadraginta tres.* et dum regnum optineret, consuluit responsumque est ei, quia ab stirpe fratris sui occideretur et regnum perderet, statimque
29 eum de regno expulit. Numitor autem abhiens *in agro suo vixit.* erant autem ei duo filii Sergestus et Rhea que et Ilia dicta est. metuens ergo Amulius rex responsum Sergestum ad venationem secum duxit et eum in
30 silva occidit Rhea vero que et Ilia *adimendi partus gratia virgo* Vestalis elegit *quae*

8 7 Martis *om.*

13 *centum*] *centum*que

10 P 10 *rex* ‖ Titus *Tatius* senex *pariter regnaret cum Romulo,* qui mox ut in societa- Orosius 93
tem regni eum assumpsit, occidit. ‖ *Savini* quo*que*

P 14 *hastam* longam *ferret*

P 15 *hastis* longis *sive*

11 deos penates aeneae lauinio albam *Nep.* ‖ lauinio m^3 ‖ 11 *et* 13 longam *om. Nep.; add. Land. e super.* ‖ 12 lauinium m^3 ‖ in *om. Nep.* ‖ 13 iterum *om. Nep.* ‖ 30 qui *add. L* ‖ 31 eum *add. L*

10 P 18 *eius interitus haec fuit*] interitus eius fuit haec

Or. 93 P 19 *transilierit.* ‖ cum Vegetibus praelium adhuc parvo nomine a magnis viribus agitatum: Ceniensium captum ac dirutum oppidum. assumptis semel armis numquam quies, quippe quibus egestas turpis atque obscena fame domi timerentur, si umquam paci adquievissent. ‖ Origo? P 20 *Romulus vero cum* septimo Kalendas Augustas abiit *apud paludem Capri* fulmine ictus *nusquam comparuisset*

6 *creditus*] credendus

Nep. 3, 1 9 *nam* ‖ et cultu deorum ‖ *et leges . . (Numa) instituit*

Or. 94 13 *reparavit* ‖ fiducia bene exercite iuventutis et Anis intulit bellum, qui nunc Albani dicuntur, et *ab urbe Roma duodecim miliaria sunt* eosque sexta *vicit* congressione clade pessima. Or. 94? *Vegetes et Fidenates, quorum alii sex miliaria abest ab urbe Roma, alii decem et octo, bello superavit.* Or. 94 rursus pace dirrupta Mettus Fufetius Fidenate bello meditata, ‖ Nep. dum contra eos temporaria pace ascitus fuerat a Romanis, ita eos deseruit ac decepit, ut in medio fervore certaminis cum exercitu suo in proximo collae consideret. tum ingenio usus est rex Romanus Tullus Hostilius, ut diceret suo eum secessisse consilio ob hoc, ut dato signo hostibus superveniret. sic erectis suorum animis, qui iam desperaverant separatione subsidii, et Albanis territis vicit Fidenates: Mettum vero Fufetium curribus illigatum pro animi infidelitate divisit. ‖ hic

12 1 *urbem*

Or. 174 P 1 *condita* ‖ a Pausanio rege Spartananorum ‖ *que post ea*

Or. 94 3 *contra Latinos dimicavit* et vicit ‖ omnes finitimos et potentes tunc Tusciae duodecim populos innumeris concidisse conflictibus. ‖ *Aventinum*

6 *anno*] *anno* iam

Nep. 7, 1 P 10 *quattuor.* hic ‖ in Tarquini Prisci regia dormienti caput ardere visum est. quod prodigium cum Tanaquil uxor regis vidisset, eum inter liveros educavit. pro qua re ad regnum pervenit. ‖ *quo regnante*

Or. 94 14 *Sabinos subegit* ‖ Veientes proelio victos nec domitos. ‖ *montes Quirinalem*

Nep. 9, 12 19 *uxorem.* eodem tempore ‖ Claudia Quinta virgo Vestalis crimen stupri accusata est. at illa purgare se dedignata humaniter in vado Tiberis adiit, navem adscendit, ligavit prora zonula et ait 'si virgo sum, sequere', moxque

14 1 navis mota ingressaque Roma est. ‖ *Lucius*

Or. 95 2 *vicit* ‖ oppida valida in Latio id est Oricolum ‖ *Gabios Suessam Pometiam*que *subegit*

Nep. 5 *cum filius eius* Sextus *Tarquinius* nocte armatus *nobilissima* Lucretia Lucreti Tricipitini filia *Collatini uxore* per vim *stuprasset, eaque de iniuria* maritum patremque *et amicis* e castris accivit vimque, quam oppressa pertulerat, flens ac pudibunda conquesta est. solantibus illis non pertinere ad pudicitiam illate violentie crimen extraneum, non enim animum honestae sed corpus tantum fuisse corruptum, ait 'nulla inpudica exin Lucretie se defendet exemplo'. tum ferrum, quod veste celabat, subito visceribus immersit;

7 *propter quam*

11 suis *om.*

Or. 95 P 8 *sepultus est.* ‖ sed Romani quanta mala per ducenti quadraginta et tres annos continua illa regum dominatione pertulerint, non solum unius regis expulsio

---

5 m septimo kalendas august *in ras.* m2 ‖ 6 hictus m1 ‖ 8 cultum m3 ‖ 9—11 (tullum) fiducia b. ex. iuuentutis albanis intulisse bellum et . . . certa clade tandem pessimos exitus . . . tergeminorum congressione finisse *Or. 94* ‖ 9 ansi *cod.* ‖ 19 curribus in diuersa raptantibus duplicis animi noxam poena diuisi corporis expendisse *Or. 94* ‖ 21 sanio rege spar*a*nanorum *in ras.* ‖ 25 in *om.* m1 ‖ 27 denique idem romae rex fuit gradu sexto *Nep.* ‖ 28 proelio *om. Or.* ‖ 30 est *om.* m1 ‖ 31 proram m3 ‖ 32 romam m3 ‖ 44 ducentos m3

14 verum etiam etiuratio regii nominis et potestatis ostendit; nam si unius tantum superviam fuisset in culpam, ipsum solum oportuisset expelli servata regia dignitate melioribus. igitur regibus urbe propulsis Romani consulendum sibi quam cuiquam sue livertati dominandum rati consules creaverunt. ||

16 1 *pro uno rege duo* haec *causa creati, ut si unus malus esse voluisset,* sed *alter*

10 *gentibus* maxime || Etruscorum et Vegetium || *ut in* Nep. 9, 6

12 *Romani tamen* taliter *ex ea pugna victores recesserunt,* qualiter || vox quam e Nep. 9, 6 proximo luco audierunt 'uno plus Etrusci cadent, Romanus victor abibit'. || *Brutum*

20 *Porsenna* Etr*usciae rege* || tribusque continuis annis trepidam urbem terruit Or. 96. 97 et Nep. conclusit obsedit et nisi hostem vel Mucius, || qui ad feriendum Porsennam ad eius castra atque tentorium descenderat et subregulum eius stipendia dividentem abitu purpurato occidit regem arbitratus, captusque ilico locutus est cur venisset, dextram denique que erraverat, igni qui in ara erat urenda superposuit; || vel virgo Clylia, || quae post exiguum temporis intervallum ruptis vinculis || ammirabili transmeati || Tyberis || fluminis, audacia Or. 97 et Nep. 21, 2 permovissent, profecto Romani compulsi forent perpeti aut captivitatem hostes insistente superati aut servitutem recepto rege subiecti. idem Clylia opses fuerat Porsennae data, vigiles fefellit et conscenso equo per Tyberim Romam rediit. statua ei equestris ex senatus consulto data. || quadam die || cum Nep. 21, 1 Etrusci in urbem Romam irruerent per pontem subsilicium Tyberis, quidam Oratius Cocles in pontis fronte eis obstitit solus, donec dissoluto ponte per cives dirueretur, et statim cum armis se in Tyberim dedit ac pariter et ho-

18 1 stium victor et fluminis superiecta Etruscorum tela vitabit. || *tertio anno*

2 *Tusculum se contulit*] *Tusculum* condidit

5 *cum Savini* rasis undique copiis magno apparatu belli Romam contendunt. quo Or. 97

6 metu consternati Romani || bellum paraverunt *et de his triumphatum est. quinto anno* post reges exactos *Lucius*

8 *collatis* [*nummis*] collectis [*nummis*]

16 *dictator autem Romae primus fuit* || Marcus Valerius || *magister equitum* Or. 97

18 *sexto decimo anno post reges exactos* sequitur discessio plebis a patribus, cum Or. 97 Marco Valerio dictatore dilectum militum agente variis populus stimulatus iniuriis *tamquam a senatu atque consulibus premeretur* Sacrum montem insedit armatus. qua pernicie quid atrocius, cum corpus capite desectum

20 1 perditionem eius per quod spirabat, meditaretur? || *tum* populus *sibi*

3 *reparaverunt*] praeparaverunt

8 *petebant*] repetebant

10 *exercitum* || quem summovere armis Roma non poterat. || *atque hic* Nep.

11 *esset.* || in loco autem, ubi oraverant, suo area facta est Fortunae Muliebri. || Nep. Tito Gesonio et Publio Municio consulibus duo vel maxima omnium malo- Or. 98 rum abominamenta fames et pestilentia fessam urbem corripuere. cessatum est paulisper a praeliis, cessatum tamen a mortibus non est. Veietes et Etrusci graves hostes adiunctis sibi finitimorum copiis in bella surgentes obviis Marco Fabio et Gneo Mallio consulibus excipiuntur. ubi post sacramentum iurationis, quo se Romani devoverant non nisi post victoriam ad castra redituros, adeo atrox certamen fuit et victis victoribusque par for-

3 *ante* melioribus *distinguit cod.* || 5 hac m^3 || 15 urenda *sup. lin.; add. ex Or.* || *Nep. cod. Vat.:* cloelia virgo . . . haec post exiguum temporis intervallum per eundem alveum raptis vinculis innotavit obses quid persenne data vigiles fefellit et conscenso equo per tiberim romam rediit. statua eius equestris ex senatus consulto data || 17 hoste m^3 || 24 uitabit] uibrauit *sup. scr.* m^3 || 32 d*lectum m^1 || 44 fabio *ex* fauio m^1

20 ma, ut amisso plurimo exercitu occisisque in pugnam Mallio consule et
Fabio consulari Marcus Fabius consul oblatum sibi a senatu triumphum
Nep. suscipere recusarit, ‖ eo quod frater suus fortiter faciens in illa praelii tem-
Or. 99 pestate cecidisset, inquiens ‖ quia tantis rei publicae detrimentis luctus
potius debetur ‖ quam triumphum. *Gaio Flavio et Lucio Virginio consulibus* ‖
Or. 99 gloriosissima illa numero et viribus Fabiorum familia Veietanum sortita cer-
tamen quantam rei post orbitatem occasu suo intulerit, infamibus usque ad-
nunc vocabulis testes sunt fluvius Cremera qui perdidit et porta que misit.
nam cum sex et trecenti Fabii, verae clarissima Romani status lumina, spe-
13 ciale sibi adversus Veietes decennii bellum expetivissent *promittentes senatui*
et populo per se omne certamen implendum, itaque profecti omnes nobiles et qui
15 *singuli magnorum exercituum duces esse deberent*, dehinc inducti in insidias
circumventique ab hostibus omnes ibidem trucidati sunt uno tantum ad enun-
16 tiandam cladem reservato, ‖ *qui propter aetatem puerilem duci non potuerat ad*
pugnam. post haec census in urbe habitus et inventa sunt civium centum de-
Hier. 1531? *cem et septem milia trecenti decem* et octo. ‖ eodem tempore Porphilia virgo
Or. 119. 120 Vestalis ob crimen stupri viva defossa est. ‖ Romae ergo post urbem con-
ditam anno ducentesimo nonagesimo suspenso ad modicum bello gravis
pestilentia, quae semper ibi raras indutias aut factas intercaepit aut ut
fierent coegit, per universam civitatem violenter incanduit, ut merito pre-
cedente prodigio caelum ardere visum sit, quando caput gentium tanto mor-
borum igne flagravit. nam eo anno Ebutium et Servilium ambos consules
pestilentia consumpsit, militares copias plurima ex parte confecit, multos
nobiles precipueque plebem faeda tabe delevit, quamvis iam etiam superiore
quarto anno oborta lues eundemque populum depopulata sit. proximo de-
hinc anno cives exules servique fugitivi duce Herbonio viro Savino invase-
runt incenderuntque Capitolium. ubi fortissime quidem Valerio consule et
imperatore obstitere iuniores sed adeo atrox et grave discrimen praelii fuit,
ut ipsae quoque consul Valerius ibi fuerit occisus et indignam de servis vic-
toriam insuper etiam sua morte faedaverit. sequitur annus, in quo cum victo
exercitu consul obsessus est; nam Minucium consulem congresso praelio Aequi
Vulscique superarunt et fugientem *in Algido monte*, qui *ab urbe duodecimo*
ferme miliario abest, fame ferroque cinxerunt actumque infeliciter foret, ni
Quintius Cincinnatus precipuus illae dictator artatam obsidionem oppresso
19 hoste solvisset. *qui* repertus in rurae *quattuor iugerum agrum possidens ma-*
nibus suis colebat. is cum in opere et arans esset inventus, sudore deterso ab
aratro arcessitus ad fasces *togam praetextam accepit.* mox sumpto honore
21 instructoque exercitu *caesis hostibus* victor effectus ‖ *liverabit exercitum*
Or. 120 22 1 *anno* ‖ qui proximus trecentesimo ab urbe condita fuit, dum legati ab Athe-
nienses propter Solonis leges deferendas missi expectantur, arma Romana
fames pestilentiaque compescuit. ipso autem *trecentesimo et altero anno ab*
urbe condita imperium consulare cessavit et pro duobus consulibus decem facti
121 *sunt, qui summa potestate haberent* constituendarum legum Atticarum gratia: a
numero *decemviri nominati sunt.* magnam perniciem rei publicae invexit,
nam primus ex decemviris cedentibus ceteris solus Appius Claudius sibi con-
tinuavit imperium statimque aliorum coniuratio subsecuta est, ut more con-
tempto, quo insigne imperii paenes unum, potestas autem communis erat om-

2 fabio *et* fabius *ex* fauio et fauius *m*1 ‖ 18 d *in* ad *sup. lin.* ‖ 24 e *in* tabe *in ras.* ‖ 27 incenderuntque *ex* incederuntque ‖ 32 qui *et* 33 abest *add. L* ‖ 37 praetextatam *m*1 ‖ 38 liberauit *m*3 ‖ 39 ad theniens̩es *m*1 ‖ 40 solones *m*1 ‖ 43 a numero *add. L*

22 nibus, omnia propriis libidinibus agitarent. itaque inter cetera, que insolen-
tissime cuncti presumebant, repente singuli cum duodenis fascibus ceteris-
que imperatoriis insignibus processerunt et novo improbae ordinationis in-
cepto allegata religione consulum emicuit agmen tyrannorum duabus tabulis
legum ad decem priores additis agentes insolentissimo fastu plurima, die
quo deponere magistratus mos erat, cum hisdem insignibus processerunt. ‖
3 *secundo* anno *ex his Appius Claudius Verginii cuiusdam, qui honestis iam*
stipendiis contra Latinos in monte Algido militabat, filiam virginem nomine Nep.?
Virginiam stupravit. ‖ quam ob rem adactus Verginius pater dolore liver- Or. 121. 122
tatis et pudore dedecoris protractam ad servitutem filiam in conspectu po-
puli pius parricida prostravit. quo populus necessitatis atrocitate permotus
et periculo livertatis ammonitus montem Aventinum occupavit armatus nec
6 tueri livertatem armis destitit nisi postquam ‖ a *decemviris potestas sublata*
est ipsique damnati sunt. anno ab urbe condita trecentesimo quinto decimo per
totum fere annum tam crebri tamque etiam graves in Italia terremotus
fuerunt, ut de innumeris quassationibus ac ruinis villarum oppidarumque
assiduis Roma nuntiis fatigaretur. deinde ita iugis et torrida siccitas fuit,
ut presentis tunc futurique anni spem gignendis terrae fructibus abnegarit.
8 hisdemque temporibus *Fidenates contra Romanos rebellaverunt* maximorum auxi-
liorum manu stipante. ‖ insuper *auxilium*
12 *Fidenae* ‖ vix *capta et excisa* est. tanta in ipsis Fidenis erat malorum ani- Or. 123
morumque contentio, ut vel domesticas clades superfusa forinsecus bella ob-
literarent vel post damna bellorum indutias relaxatas diversae pestes caelo
terraeque excandescentes incessabili infestatione corrumperent. his deinde 139
temporibus gravissimo terremotu concussa Sicilia insula per exestuantibus
Etne montis ignibus favillisque calidis cum detrimento plurimo agrorum
villarumque vastata est. tunc etiam Athalante civitas Locris adherens ter-
rae continua repentino maris impetu abscisa atque in insulam desolata est.
Atheniensium quoque civitas misera pestis invasit diuque depopulata est. ‖
post viginti idem *annos Vegetani rebellaverunt. dictator contra ipsos missus est*
Furius Camillus, qui primum eos vicit acie, mox etiam civitatem diu obsidens ‖
cuniculis clam ‖ *caepit antiquissimam Italiae atque ditissimam* ‖ inventaque ibi ‖ Or. 140
statuam Iunonis Monetae iussit ea Romam transferri. unus e militibus per io- Nep. 9, 4
cum interrogavit simulacrum, an vellet ire Romam. respondit ‘volo’. ‖ *postea*
18 *civitate.* ‖ dehinc inruptio Gallorum et incendium urbis insequitur. cui claudi Or. 140. 141
audeat quisquam, si potest, aliquos motus huius temporis comparare, quam-
vis non aeque pendat preteriti mali fabulam presentis iniuria. igitur *Galli*
Senones duce Brenno exercitu copioso et robusto nimis cum urbem Clusini,
quae nunc Tuscia dicitur, obsiderent, legatos Romanorum, qui tunc compo-
nende inter eos pacis gratia venerant, in aciae adversum se videre pugnan-
tes: qua indignatione permoti Clusini oppidi obsidione dimissa totius viribus
Romam contendunt. hos ita revertentes Fabius cum exercitu consul excepit
nec tamen obstitit. immo potius hostilis illae impetus Romanos quasi aridam
segetem succidit stravit et transivit. testatur hanc Fabii cladem fluvius Allia
sicut Cremera Fabiorum; non enim facile aliquis similem ruinam Romanae
militiae recenseret, etiam si Roma insuper incensa non esset. patentem Galli

1 liuidinibus m^1 ‖ 9 *cf. etiam Or. 121:* ut uirginiae uirgini stuprum inferret ‖ uirginia m^1 ‖ 11 populus *ex* populi m^1 ‖ 12 ammonitus m^1 *in ras.* ‖ 13 a *add. L* ‖ 21 est *add. L* ‖ fidenis *om. Or.*, *e sup. add. L* ‖ 25 insula per] insuper *Or.* ‖ 29 ciuitas misera m^1 *in ras. 20 fere litt.* ‖ ciuitas *om. Or.* ‖ 32 que *in* inuentaque *sup. lin.* ‖ 34 romam *om. Nep.* ‖ 40 aduersus m^1 ‖ 41 totis m^3 ‖ 43 romanos *om. Or.*

22 urbem penetrant. trucidant rigentes simulacrorum modo in suis sedibus senatores eosque incendio domorum crematos lapsu culminum suorum sepelliunt
Nep. 2, 9 universos. ‖ cumque iam humanae vires resistere ei omnino non possent, Apollinem Delphicum consulerunt. respondit deos secum et candidas puellas Gallis pugnaturas. tunc in Alpes nivibus oppressus Brenno cum omni
Or. 141 suo exercitu deletus est. ‖ igitur ‖ reliquam iuventutem, quam constat vix mille hominum tunc fuisse, in arce Capitolini montis latitantem obsidionem concludunt ibique infelices reliquias famae peste desperatione et formidine
Nep.? terunt. ‖ captusque ilico Capitolium fuerat nisi clamore anseris excitatus
20 Mallius restitisset. qui *cum diu* eos obsiderent *et iam Romani famae labora-*
Nep.? 24 1 *rent* ‖ fragmentis panum pro lapidibus Gallis iecerunt. quam ob rem *accepto*
Nep.? 3 *revocaret* quamvis pridem eos gravissime cecidisset. *ita tertio*
4 *appellatus*] *appellatus* est
Nep. 1, 13 *conditor*. igitur ‖ cum idem Galli Capitolium obsiderent, Gaius Fabius Dorsuo flamen Quirinalis sollemni die gabinatus sacra preferens per hostium ten-
P 1 toria ad Quirinalem montem contendit et celebrato sacrificio rediit. ‖ *circa haec*

LIBER II.

Or. 155 6 *Anno ab urbe condita trecentesimo sexagesimo quinto* ‖ sevissimo terrae motu Achaia universa concussa est et duae tunc civitates, idest Ebra et Helice, abruptis locorum deborate. ‖ igitur *post captam* urbem *primo*
14 *decretus*] *decretus* est
Or. 157 26 2 P 1 *delatus est* ‖ anno ab urbe condita trecentesimo octogesimo quarto. *his temporibus* ingens universam Romam pestilentia corripuit non, ut assolet, plus minusve solito temporae turbata temperies, hoc est aut intempestiva siccitas hiemis aut repentinus calor veris aut incongruus humor aestatis vel autumni divitis indigesta inlecebra insuper etiam expirata de Calabris saltibus aura corrumpens repentinos acutarum infirmitatum afferre transcursus. sed gravis diuturna, quae in nulla dispar, sexu in nulla etate dissimilis generali cunctos per biennium iugiter tabe confecit, ut etiam quos non egit in mortem turpi maciae exinanitos afflictosque dimiserit. ‖ *sequentique anno secutum est satis*
Nep.? *triste prodigium; siquidem in medio urbis* ‖ phoro ‖ *terra dissiluit vastoque*
Or. 158 *prerupto hiantia subito inferna patuerunt. quod dum diutius* ‖ ad spectaculum ‖ *ita maneret cunctisque terrorem inferret, tandem interpretantibus aruspicibus* ‖
Nep. claudi baratri amplitudinem posse, si eo qui esset Romae pretiosissimus iuvenis voluntarie mitteretur: diu iactatis inaniter monilibus matronarum
P 6 *Marcus Curtius eques Romanus* domo clarus militie insignibus sumptis cum
P 7 equo *se in id baratrum* precipitavit *sicque conclusum est.* post eum sacrificantes in eundem locum iecere fruges; mox terra in naturam suam rediit. ‖
Or. 159 anno ab urbe condita trecentesimo octogesimo octavo iterum terribilis Gallorum inundatio iuxta Anienem fluvium ad quartum ab urbe lapidem consedit facile sine dubio pondere multitudinis et alacritate virtutis perturbatam occupatura civitate, nisi otio et lentitudine torpuisse. ubi atrocissimam pug-

5 cum *ante* gallis *add.* m^3 ‖ in alpes *et* 6 deletus *om. Nep.* ‖ 9 anser* m^1, *fortasse* anserum ‖ 19 terre m^1 ‖ 20 conssa m^1 ‖ 23 octoagesimo m^1, *semper* octoag. ‖ 28 corumpens m^1

26 4 nam singulariter inchoavit ‖ *Lucius Mallius iuvenis nobilissimis de senatoribus provocantem*
7 *accepit* statimque ‖ Titus Quintius dictator cruentissima congressione confecit. Or. 160
fugati ex hoc praelio plurimi Galli instauratis iterum copiis in bellum ruentes a Gaio Sulpicio dictatore superati sunt. post paululum quoque Tuscorum pugna sub Gaio Marcio consecuta est, ubi conici datur, quantum homi-
10 num cesum sit, quando octo milia sunt capta Tuscorum. *census iterum habitus est.* tertio autem in hisdem diebus Galli se in predam per maritima loca subiectosque campos ab Albanis montibus diffuderunt. *et cum Latini. qui a Romanis subacti erant, milites praestare nollent,* a Romanis novo mili-
11 tum dilectu habito ‖ *tyrones electi sunt*
12 (*legiones X qui . . .*) *efficiebant* adversum eos ‖ processerunt ‖ *parvis* Or. 160
28 4 *factus.* ‖ occiso enim provocatore Gallo alii omnes territi sparsimque fugientes Or. 160
P 1 graviter trucidati sunt. ‖ *tunc siquidem*
P 2 *tunc etiam saxa* ‖ grando mixta *nuvibus cecidere. eodemque tempore Magnus* Or. 161
Alexander magnus vere ille gurges miseriarum atque atrocissimus turbo to-
5 tius orientis *est natus.* anno ab urbe condita quadringentesimo nono ‖ *Latini*
7 *bellum contra eos* ‖ intulerunt Mallio Torquato et Decio Murae consulibus, in Or. 164. 165
quo bello unus consul interfectus est alter extitit parricida. Mallius enim Torquatus filium suum iuvenem victorem interfectorem Decii Tusculini nobilis equitis et tunc precipuae provocantis atque insultantis hostis occidit. alius vero consul, cui iterato conflictu illud cornu cui praeerat cedi atque affligi videret, inter confertissimos hostes sponte prolapsus occubuit. Mallius quamvis uictor occursum tamen nobilium iuvenum Romanorum, qui le-
8 gitime exhiberi solet, triumphans parricida non meruit. ‖ *statuae*
9 *condita est.* ‖ anno autem post hunc sequente Minucia virgo Vestalis ob am- Or. 165—167
missum incestum damnata est vivaque obruta in campo qui nunc sceleratus vocatur. at vero parvo exin tempore interiecto horresco referre, quod gestum est. nam Claudio Marcello et Valerio Flacco consulibus incredivili rabiae et amore scelerum Romanae matronae exarserunt; erat utique faedus illae ac pestilens annus infleteque iam undique catervatim strages egerebantur et adhuc tamen penes omnes de corrupto aere simplex credulitas erat, cum existente quadam ancilla indice et convincente primum multe matronae, ut biberent quae coxerant venena, compulse deinde simul, quae hausere, consumatae sunt. tanta autem multitudo fuit matronarum in his facinoribus consciarum, ut traecenti septuaginta damnatae ex illis simul fuisse referantur. anno ab urbe condita quadringentesimo bicesimo secundo Alexander rex Epirotarum Alexandri illius Magni avunculus transiectis in Italiam copiis cum bellum adversum Romanos pararet et circa finitimas Romae urbes firmaret vires exercitus sui auxiliaque vel sibi adquirere vel hostibus subtrahere studens bellis exerceretur, a Sannitibus, qui Lucanae genti suffragabantur, maximo bello in Lucania victus atque occisus est. anno ab urbe Or. 178
10 condita quadringentesimo bicesimo sexto ‖ *iam Romani*
30 3 *dimicavit et* ‖ biginti milia ‖ *Samnitas delevit* Or. 178
5 *interficeretur.* ‖ post haec Samnites circumspectiore cura ac magis instructo Or. 178. 179
6 apparatu apud Caudinas furculas consederunt *Tito Beturio et Spurio Postu-*

---

10 a romanis *add. L* ‖ 11 d*lectu m^1 ‖ 13 alii omnes] hostes *Or.* ‖ 15 mixta *add. L* ‖ 45 samnites *ex* samnitas m^1

30 P 1 *mio consulibus* omnes copias Romanorum ibidem *angustiis locorum* armisque ‖ *conclusos*

Or. 179 P 4 *servaret elegitur.* ‖ Romanos enim antea sepissime vinci et occidi, numquam autem capi aut ad dedicationem cogi potuisse constabat. itaque Samnites victoria potiti ‖ *universum*

Or. 179. 180 P 14 *iubente senatu* ‖ infringunt Romani firmatam cum Samnitibus pactionem eosque in bellum cogunt. quod Papirio consule insistente commissum magnas strages utriusque populi dedit, cum hinc ira recentis infamiae, inde gloria proxime victoriae pugnantes instimularet. tandem Romani pertinaciter moriendo vicerunt nec caedi pariter vel cedere destiterunt, nisi posquam victis
P 20 Samnitibus et capto duci eorum *cum septem milibus* iugum reposuerunt. deinde Papirius Satricum expulso Samnitico presidio expugnavit et caepit.
P 16 hic autem Papirius *adeo tunc apud Romanos bellicosissimus* ac stremuissimus *habebatur, ut cum Alexander* Magnus disponere *diceretur* ab Oriente descendens obtinere viribus Africam atque inde *in Italiam transvehi, Romani inter ceteros duces* tunc in publica sua optimos hunc praecipuum fore, qui Alexan-
10 dri impetum sustinere posset, meditarentur. ‖ *eo tempore Appius Claudius censor* ingens *aquam Claudiam induxit.*

Or. 196—198 P 23 *construxit.* ‖ anno ab urbe condita quadringentesimo quinquagesimo Fabio Maximo quinto Decio Murae quater consulibus quattuor fortissimi florentissimique Italiae populi in unum agmen faedusque cohierunt; namque Etrusci Vmbri Samnites et Galli uno agmine conspirantes Romanos delere conati sunt. tremefacti hoc bello Romanorum animi et labefactata fiducia est nec ausi sunt totum sperare de viribus. dolo divisere hostes, tutius rati pluribus se bellis implicare quam gravibus. itaque cum quibusdam suis ad depopulandos hostiles agros in Vmbriam Etruriamque praemissis Vmbrorum Etruscorumque exercitum redire ad tuitionem suorum coegissent, cum Samnitibus et Gallis bellum inhire properarunt. in quo bello cum Gallorum impetu Romani praemerentur, Decius consul occisus est, Fabius tamen post magnam Decianae partis stragem tandem vicit. eo praelio quadraginta milia Samnitum sive Gallorum caesa, Romanorum vero septem milia ex Decii tantummodo parte, qui occisus est, extincta referuntur. fuisse autem absque Etruscis et Vmbris, quos astu Romani bello vocaverunt, Gallorum et Samnitum peditum centum quadraginta milia trecenti triginta, equitum vero quadraginta septem milia Libius refert et carpentarios mille in armis contra aciem stetisse Romanam. sed ut sepe dictum est, semper Romanorum aut domesticam quietem extraneis bellis interpellatam aut externos proventus morbis interioribus adgravatos tantum, ut omnimodis ingentes animi undecumque premerentur. hanc cruentam tristemque victoriam pestilentia civitatis oneravit et triumphales pompas obviae mortuorum exequie polluerunt nec erat, cui de triumpho gaudium suaderetur, cum tota civitas aut aegris suspiraret aut mortuis. sequitur annus, quo Romani instaurato a Samnitibus bello victi sunt atque in castra fugerunt. postea vero Samnites novum animum habitumque sumentes, hoc est deargentatis armis ac vestibus paratoque animo ni vincant mori, bello sese offerunt. adversum quos Papirius consul cum exercitu missus cum apudlariis auguribus coniectantibus congredi prohiberetur, irridens eos tam feliciter confecit bellum quam constanter arripuit. nam in hoc praelio duodecim milia hostium cesa, tria milia capta

---

1 ibidem *add. L* ‖ 3 ante m^1 ‖ 16 in re publica *Or.* ‖ 18 ingens *sup. lin.* m^1 ‖ 38 inte*rioribus atgrauatos m^1 ‖ 45 aduersus m^1 ‖ quod m^1 ‖ 46 exercitus m^1

30 referuntur. sed hanc quoque istius vere laudandam victoriam, quam aruspices impedire non potuerunt, oborti subito corrumpere morbi. nam tanta ac tolerabilis pestilentiam || per triennium || tunc corripuit civitatem. ut prop- Nep. 9, 3 et Or.
ter eam quacumque ratione sedandam libros Sybillinos consulerunt, || quibus iuvebatur, ut ab Epydauro Escolapius exhiberetur. missi legati sunt ad Graecam urbem, quos libenter Epydaurii atque humaniter susceperunt. ibidem se legatis serpens ostendit raro ab incolis nisi feliciter visus. cumque per triduum familiariter apparuisset, cunctis inspectantibus subiit in triremem Romanam et in tavernaculo legati Quinti Burgoni collecto quievit. urbe profecti Romani sunt, amguis in navi semper apparuit. Antium ventum est, descendit serpens ad limen templi Escolapii et triduo inter myrtos latuit nec ad solitos cibos processit. dehinc rediit ad navem. cumque ventum esset ad Tyberim, enatavit insulam, in qua illi templum est constitutum, et mox sanitas Romanis data. || preterea altero abhinc anno Fabius Gurges Or. 199
11 consul male adversum Samnitas pugnavit. namque amisso exercitu *tribus milibus* perditis victus in urbem refugit. itaque cum senatus de summovendo eo deliveraret, pater eius Fabius Maximus ignominiam filii deprecatus legatum se filio iturum ultro obtulit, si illi depellende ignominiae et gerendi iterum belli facultas daretur. qua impetrata praelioque conserto cum subito pugnantem filium consulem insistentem Pontio Samnitarum duce et infestis hostium telis conclusum videret, in medium se agmen pius senex equo vectus ingessit. quo facto permoti Romani tota ibi incubuere acie, donec ipsum ducem Pontium deleto hostili exercitu victum oppressumque ceperunt. cesa sunt in eo prelio Samnitum biginti milia, capta autem
13 quattuor milia cum rege suo || *plurimaque oppida. deinde Publius*
32 1 *per annos quadraginta novem* || multa Romanorum clade *actum* captique ducis Or. 199. 200
2 destitutione finitum est *neque ullus hostis fuit intra Italiam, qui Romanam virtutem magis fatigaverit.* anno subsequente cum Sabinis Curio consule bellum gestum est, ubi quot milia hominum interfecta quot capta sint ipse consul ostendit; qui cum in senatu magnitudinem adquisiti agri Sabini et multitudinem capti populi referre vellet, numerum explicare non potuit. anno ab urbe condita quadringentesimo sexagesimo tertio Dolabella et Domitio consulibus Lucani Brittii Samnites quoque cum Etruscis et Senonibus Gallis facta societate cum redivivum contra Romanos bellum molirentur. Romani ad exorandos Gallos misere legatos. quos cum Galli interfecissent, Cecilius pretor ob ulciscendam legatorum necem et comprimendum tumultum hostium cum exercitu missus ab Etruscis Gallisque oppressus interiit. septem preterea tribuni militum in ea pugna occisi sunt, multi nobiles trucidati, quattuordecim milia etiam militum Romanorum illo bello prostrata sunt. || anno ab urbe condita quadringentesimo sexagesimo quarto Tarentini, 214. 215
6 *qui in ultima Italia sunt,* Romanam classem forte pretereuntem e spectaculo theatri prospectam hostiliter invaserunt. quinque tantum navibus vix per fugam aelapsis cetera retracta in portum classis et profligata est, prefecti navium trucidati omnes, bello utiles cesi, reliqui pretio venditi sunt. continuo missi Tarentum a Romanis legati, ut de inlatis quererentur iniuriis, pulsati ab hisdem auctas insuper iniurias retulerunt. his causis bellum ingens exortum est. Romanos qui quantique hostes circumstreperent permetientes ultima adegit necessitas proletarios quoque in arma cogere. hoc est

12 dumque m^1 || 16 perditis *L*, occisis *Paul.* || 21 lis *in* telis m^1 *in ras.* || 23 dele*to *cod.* || 29 t *in* quot (*ante* capta) *in ras.* || 33 br*tii m^1 || 41 fore m^1 || pectaculo m^1 || 47 quot *post* qui *add.* m^3 *om. Or.*

32 eos. qui in urbe semper sufficiende prolis causa vacabant. militiae adscribere. quippe cum frustra de prole cura est, nisi rebus presentibus consulatur. itaque irruit in universos Tarentinorum fines cum Emilio consule Romanus exercitus, igne ferroque vastat omnia, plurima expugnat oppida, iniuriam insolenter acceptam crudeliter vindicat. continuo Tarentinos plurimos
7 8 finitimorum presidiis fultos maxime Pyrrus auxit *Epiri regem, qui ex genere Achillis originem trahebat,* qui etiam in se ob magnitudinem virium consiliorumque summam belli nomenque transduxit. nam Tarentum utpote ex Lacedemoniis conditam cognitamque Greciae civitatem vindicaturus totas vires Aepiri Thessaliae et Macedoniae, elephantos etiam usque in id tempus invisos Romanis numero biginti in Italiam primus invexit terra mari viris equis armis beluis ad postremum viribus suis dolisque terribiles, nisi quod Delphici illius spiritus, quem magnum ipsi vatem ferunt, responso circum-
9 ventus ambiguum exitum fecit eius, qui non consuluisset. ‖ *tuncque primum*
11 *ostendi omnem exercitum*] et *ostendi omnem exercitum*
Or. 215. 216 12 *agerent.* ‖ itaque apud Heracliam Lucaniae urbem fluviumque Vrim prima inter Pyrrum regem et Levinium consulem pugna commissa est. consumpta est gravissimo certamine dies utrimque omnibus mori intentis, fugere nesciis. introductos autem inter concurrentia agmina elephantos forma truces odore graves mole terribiles ut videre Romani, novo pugnandi genere circumventi et territi equis maxime pavitantibus diffugerunt. sed postquam Minucius centurio quarte legionis primus hastatus protentam in se beluae uncum, quam manu vocant, gladio desecuit et conturbata dolore vulneris averti bello atque in suos sevire compulit eiusque immoderato discursu perturbari ac permisceri cepere. finis pugnae etiam de beneficio noctis impositus est.
13 *Levinus tamen per noctem fugit.* Romanos victos fuisse turpis fuga prodiit, quorum tunc cecidisse referuntur peditum quattuordecim milia octingenti octoginta. capti octingenti biginti, equites autem cesi ducenti quadraginta sex. capti septingenti duodecim. signa amissa biginti duo. ‖ *Pyrrus Romanos,* quos *cepit, summo honore tractavit, occisos sepelivit, quos cum* averso *vulnere* [*iacere vidisset*]
Or. 216. 217 17 *contigissent.* ‖ nam quantus e diverso numerus sociorum Pyrri fuerit extinctus, memorie traditum non est, maxime quia scriptorum veterum mos est ex ea parte, que vicerit, occisorum non commendare numerum, ne victoriae gloriam maculent damna victoris, nisi forte cum adeo pauci cadunt, ut ammirationem terroremque virtutis augeat paucitas perditorum, sicut in prima Persici belli congressione apud Alexandrum Magnum fuit, cui inter quadrin-
183. 217 genta fere milia hostium interfecta ‖ centum biginti equites ‖ et novem tantum modo in exercitu eius pedites defuisse referuntur. sed Pyrrus atrocitatem cladis, quam hoc bello exceperat, diis suis hominibusque testatus est affigens titulum in templo Tarentini Iovis, in quo haec scripsit: qui antea invicti fuere vires, pater optime Olympi, hos ego in pugnam vici victusque sum ab hisdem. et cum a sociis increparetur, cur se victum diceret qui vicisset, respondisse fertur 'ne ego, si iterum eodem modo vicero, sine ullo milite Epirum revertar'. interea Romanus exercitus postquam victus clam fugit e castris, miserabilem belli cladem grabioribus monstris auctam accu-

---

21—23 *Or. p. 216:* sed postquam minucius quartae legionis primus hastatus protentam in se manum belluae gladio desecuit; *rel. fortasse add. ex Nep.* ‖ 23 quam — dolore *add.* m^2(?) ‖ 28. 29 capti mille trecenti et decem e. a. c. d. q. duo c. octingenti et duo *Or.* ‖ 38 cl. *Or. 183*

32 mulatamque persensit. nam pabulatores forte degressos velut hostilis quedam oborta tempestas cum horribili fragore caeli correptos diris fulminibus exhussit, quippe triginta et quattuor eorum idem turbo prostravit, duo et biginti semineces relicti, iumenta exanimata et capta quam plurima. ut merito contigisset non in signum vastationis future. sed vastatio ipsa referatur. ‖
18 *post id Pyrrus*
19 *Campaniam* depopulatus *est atque Praenestem venit*
21 *missi.* ‖ Pyrrus Liconem et Molossum obviam eis iussit exire. ipse autem cum exornatis equitibus processit ad portam et ita *ab eo honorifice suscepti.* Sep.
34 3 *contemptusque est a Fabricio.* hocque *cum Pyrrus* legatos *Romanorum ingenti ammiratione teneretur, legatum* cum eos *misit*
8 *(captivos iusserunt) infames haberi* eo *quod armati capi potuissent*
12 *putaretur.* ‖ secunda inter Pyrrum et Romanos *Publio Sulpicio et Decio* consules Or. 217. 218
pugna in Apuliae finibus fuit, ubi clades belli ad utrosque, sed maxime ad Pyrrum, victoria ad Romanos concessit. nam cum diu obnixae cunctis in mutuam cedem ruentibus anceps belli penderet eventus, Pyrrus transfixo brachio saucius prior cessit e praelio. sed et Fabricius legatus tunc vulneratus est. elephanti prima pugna vulnerari atque in fugam cogi posse deprehensi, deinde subiectis inter posteriora ac mollia ignibus exagitati, ardentes insuper machinas furore trepido circumferentes exitio suis fuere. cesa sunt in ea pugna quinque milia Romanorum, de exercitu vero Pyrri biginti milia prostrata sunt, regis signa ablata quinquaginta tria, Romanorum un-
15 decim amissa sunt. ‖ *Pyrrus Tarentum fugatus interiecto*que *anno*
36 1 *potest.* ‖ Pyrrus igitur bello fractus Agathoclen mortuo rege Siracusano ad Si- Or. 218. 219
5 ciliam arcessitus imperium Siracusas concessit. *Fabricius victis Lucanis et Samnitibus triumphavit.* sed Romanorum miseria nullis cessat indutiis. consumitur morborum malis intercapedo bellorum et cum foris cessatur a praelio, agitur introrsus ira de celo. nam Fabio Gurgite iterum Gaio Genucio Depsina consulibus pestilentia gravis urbem ac fines eius invasit, que cum omnes, tunc precipue mulieres pecudesque corripiens necatis in utero fetibus futura prole vacuabat et immaturis partubus cum periculo matrum extorti abortus proiciebantur adeo, ut defutura successio et defuturum animantum genus adempto vitalis partus legitimo ordine crederetur. *consules deinde Curius Dentatus et Cornelius Lentulus adversum Pyrrum missi sunt.* interea reversum ex Sicilia Pyrrum Curius Dentatus consul excepit tertiumque bellum contra Epirotas apud Lucaniam in Arusinis campis gestum est. itaque primo cursu cum Pyrri milites Romanorum inpressione trepidarent et circumspectantes fugam bello cedere molirentur, Pyrrus elephantos ex subsidiis iussit induci. Romani assueti iam pugnare cum beluis cum malleolos stuppa involutos ac pice oblitos uncis insuper aculeis tenaces preparavissent eosque flammatos in terga beluarum turresque vibrarent, non difficile furentes ardentesque beluas in eorum excidia, quorum subsidia fuerant, retorserunt. octoginta milia peditum in illo prelio habuisse regem dicunt, equitum vero sex milia. ex his cesa referuntur viginti tria milia, capti
8 9 autem sunt quadringenti. ‖ *ipsae Tarentum fugatus, castra eius capta. Curius in consulatu triumphavit primusque Romam elephantos quattuor duxit. Pyrrus* quinto decimo anno quam venerat, ab Italia victus aufugit. qui post multa

10 legatos *om.* m^1 ‖ 24 igitur *add. L* ‖ 35 reuersus m^1 ‖ dentatus *ex sup. add. L* ‖ 40 stuppa m^1 *in ras.* ‖ 45 quadringenti] ccc *Or.* ‖ 47 decimo] demum *Or.*

36 11 gravissimaque bella, que gessit, in Grecia *apud Argos* Achaiae florentissi-
Nep. 9, 24 mam urbem Spartani regni aviditate seductus saxo ictus occubuit. ‖ cuius ‖
pollex e dextro pede remedio erat, si cuius renes tumentes eo tetigisset.
qui cum ab Antigono victore iussus esset exuri, sic arsit, ut idem pollex
igni inveniretur intactus. qui digitus aureo loculo inclusus est et in anti-
P 1 quissimo templo Dodonei Iovis conditus. ‖ *apud Iudaeos*
Or. 219—221 P 2 *Iusto fuit.* ‖ tunc quoque apud Romanos Sextilia virgo Vestalis convicta dam-
nataque incesti ad portam Collinam viva defossa est. anno ab urbe con-
dita quadringentesimo septuagesimo *Tarentini Pyrri morte comperta iterum
nova adversum Romanos arma sollicitant, Kartaginensium auxilia per legatos
poscunt atque accipiunt.* conserto prelio vicere Romani. ibi iam tunc Kar-
P 5 taginienses *quamvis nondum hostes adiudicati* vinci *tamen a Romanis se posse
senserunt.* sequenti anno magnam viscerum suorum partem severitas Ro-
mana concidit. nam adventante dudum Pyrro octava legio diffidens Ro-
mane spei novum scelus ausa Reginenses omnes, quibus subsidio preerat,
interfecit, predam sibi omnem atque ipsum oppidum vindicavit. hoc faci-
nus inter tam sceleratos defectores puniendum Genucio consuli iussum est.
qui obsessa Rheginorum urbe captisque omnibus ipse quidem in reliquos per-
fugas et latrones exercuit digna supplicia, Romanos vero milites integrae
legionis Romam misit, qui populi iussu medio in phoro virgis cesi sunt
securique percussi. visa sibi est tunc Roma vincere, cum legionem suam
integram occidit, que sine dubio victa fuisset, si eam hostili prelio per-
12 13 didisset. ‖ *Gaio Fabio Licinio Gaio Claudio Cannia consulibus legati Alexandrini*
Or. 221. 222 14 *optinuerunt.* ‖ anno ab urbe condita quadringentesimo septuagesimo primo ob-
scena et dira prodigia vel visa Romae vel nuntiata sunt: edes Salutis ictu
fulminis dissoluta. pars muri sub eodem loco de celo, ut dicunt, tacta est.
lupi tres ante lucem ingressi urbem semesum cadaver intulerunt sparsumque
membratim in foro ipsi strepitu hominum exterriti reliquerunt. apud For-
miam multis ictibus fulminum maenia undique ambusta et dissoluta sunt.
apud agrum Calenum repente flamma scisso hiatu terrae eructata tribus die-
bus tribusque noctibus terribiliter exestuans quinque agri iugera exhausto
penitus suco ubertatis in cinerem extorruit ita, ut non fruges solum sed et
arbores cum himis stirpibusque sumpsisse referatur. sequenti abhinc anno
15 16 *Quinto Gulone* et *Fabio Pictore consulibus Picentes bellum commovere. consules
Publius Simpronius et Appius Claudius* adversum Picentes duxerunt exer-
citum. et cum directe intra iactum teli utraque acies constitissent, repente
ita cum horrendo fragore terra tremuit, ut stupore miraculi utrumque pave-
factum agmen hebesceret. diu attoniti utrique populi hesitavere preiu-
dicata incepti conscientia. tandem percusso concito inire certamen. triste
adeo ita bellum fuit, ut merito dicatur tantum humanum sanguinem suscep-
tura etiam cum gemitu horrisono tunc terra tremuisse. Romani autem pauci
16 ammodum eo praelio, qui evasere, vicerunt ‖ *et de his triumphatum est*
Or. 222 P 7 *invaditur.* ‖ anno ab urbe condita quadringentesimo septuagesimo septimo inter
multa prodigia sanguis e terra lac visum est manare de caelo. nam et
P 8 plurimis scaturriens *e fontibus cruore fluxit et de nuvibus* guttatim *in speciem
pluvie* lactae dimisso diri, ut ipsi visum est, terram imbres irrigaverunt. ‖
18 *Marco Cetilio Regulo*
38 1 3 *triumphatum est.* igitur *cum iam clarum urbis Romae nomen esset*

41 autem *add. L* ‖ 43 septimo *add. L e Paulo p. 38, 3* ‖ 46 dimissio *m*[1]

38 6 *cessassent.* ‖ eo tempore Kartaginienses dato adversum Romanos auxilio Ta- Or. 222—224
rentinis cum per legatos a senatu arguerentur, turpissimam rupti faederis
labem presumpto accumulavere periurio. tunc etiam Vulsinienses Etru-
scorum florentissimi luxuriae pena perierunt. nam cum licentia in consue-
tudinem prorogata servos suos passim liveros facerent, conbiviis allegarent,
coniugiis honestarent, livertini in partem potestatis recepti plenitudinem per
scelus usurpare meditati sunt et liverati servitutis iugo ambitu dominationis
arserunt et quos dominos subditi aequanimiter dilexerunt, eos iam liveri,
quos dominos fuisse meminerant, execrati sunt. itaque conspirantes in fa-
cinus livertini, quorum tanta manus fuit, ut sine controversiae usu potirentur,
correptam urbem suo tantum generi vindicant, patrimonia coniugiaque do-
minorum sibi per scelus usurpant, extorres dominos procul abigunt. qui
miseri exules egentesque Romam deferuntur. ubi ostentata miseria quere-
laque defleta per Romanorum severitatem et vindicati sunt et restituti. anno
ab urbe condita quadringentesimo octogesimo primo pestilentia ingens apud
Romam conflagravit, cuius atrocitatem significare contentus sum quia verbis
implere non possum. si enim spatium temporis quo mansit inquiritur, ultra
biennium vastando porrecta est: si depopulatio quam egerit, census indictus
est, qui non quantum hominum deperisset sed quantum superfuisset inqui-
reret: si violentia qua affecerit, Sibyllini libri testes sunt, qui eam caelesti
ira inpositam responderunt. sed ne quemquam quasi temptatae cavillationis
offendat, quod Sibylla iratos deos dixerit, nos iram celestem dixisse videa-
mur, audiat et intellegat, quia haec etsi plerumque per aereas potestates
fiunt, tamen sine arbitrio omnipotentis dei omnino non fiunt. eodem tem-
pore Caparronia virgo Vestalis incesti rea suspendio periit, corruptor eius
consciique servi supplicio affecti sunt. anno ab urbe condita quadringente- Or. 232
8 simo octogesimo tertio *Appio Claudio Quinto Fulvio consulibus* Mamertinis,
quorum Messana nobilis Siciliae civitas erat, auxilia contra Hieronem Syra-
cusanum regem et Poenorum copias Hieroni iunctas et Appium Claudium
consulem cum exercitu misere Romani ‖ *pugna*que commissa *Appius Claudius
de* Poenis *et rege Siciliae Hierone triumphavit. insequenti anno Valerio Marco*
13 *contra Hieronem regem Siculorum* et Poenos *bellum paratum est* ab Appio Clau- Or. 232—236
dio consule, ‖ qui tam celeriter Siracusanos Poenosque superavit, ut ipse
quoque rex rerum magnitudine perterritus ante se victum quam congressum
fuisse prodiderit. qui exin fractus viribus amissaque fiducia *cum omni no-
bilitate Siracusanorum pacem a Romanis* supplex rogavit iussuque consulum
14 *dedit argenti ducenta talenta.* consules Agrigentum Sicilie civitate ibique
presidia Poenorum operibus valloque cinxerunt. cumque inclusus ea ob-
sidione senior Hannibal dux Poenorum ad summam egestatem redactus es-
set, Hanno dux novus Kartaginiensium cum equitibus mille quingentis
et triginta milibus peditum, triginta etiam elephantis ex improviso inter-
cessit expugnationemque civitatis paulisper distulit, sed continuo civitas
capta est. Poeni maximo bello victi et profligati. undecim elephanti in
15 potestatem redacti. Agrigentini sub corona omnes venditi sunt *et de his se-
cundo Rome triumphatum est.* Hannibal senior facta cum paucis eruptione
diffugit. *quinto anno Punici belli, quod contra Afros gerebatur,* Gneo Cor-
nelio Asina Gaio Duilio consulibus cum Hannibal senior oram Italiae mari-
timam instructa septuaginta navium classe vastaret, Romani et ipsi classem

---

1 dato *ex* data ‖ 4 pene m^1 ‖ 6 liberrtini m^3 ‖ 7 celus m^1 ‖ 20 sybyllini m^1 ‖ 37 ciuitatem m^3 ‖ 39 *et* 40 dux] imperator *Or.*

38 fabricari atque instrui preceperunt. quod Duilius consul celeriter implevit. nam intra sexaginta dies quam arbores cesae erant, centum triginta navium classis deductæ in ancoris stetit. Cornelius Asina consul alter cum sedecim
17 navibus *rostratis, quas liburnas vocant,* Liparam insulam petit. ubi ab Hannibale quasi ad conloquium pacis evocatur. Punica fraude captus atque in vinculis necatus est. quod ubi Duilius alter consul audivit, et ipsae cum
17 triginta navibus *rostratis, quas liburnas vocant,* adversum Hannibalem profectus est: commisso navali proelio Hannibal amissa navi, qua vehebatur, scapha subductus aufugit. triginta et una naves eius captae. tredecim mer-
20 sae, tria milia hominum occisa, septem milia capta referuntur. *neque ulla victoria Romanis gratior fuit, quod invicti terra iam etiam mari plurimum pos-*
40 1 *sent.* postea Kartaginienses *Gaio Aquilio Floro Lucio* Cornelio *Scipione consulibus* Hannonem in locum Hannibalis subrogatum pro Sardis et Cursis defensandis navali proelio praefecerunt. qui a Scipione consule victus amisso exercitu ipsae confertissimis hostibus se immiscuit ibique interfectus est. Scipius *Corsicam et Sardiniam vastavit, multa milia inde captivorum abduxit, triumphum egit.* eodem anno tria milia servorum et tria milia navalium sociorum in urbis Romae excidium coniurarunt et nisi maturata proditio consilium praevenisset. destituta presidio civitas servili manu perisset. anno ab hoc proximo Calatinus consul Camerinam Sicilie urbem petens temere in angustias deduxit exercitum, quas Poenorum copie iam dudum prestruxerant. cui cum omnino nulla vel obsistendi vel evadendi facultas esset. Calpurnii Flamme virtute et opera liberatus est. qui lecta trecentorum virorum manu insessum ab hostibus tumulum occupavit et in se Poenos omnes pugnando convertit. donec Romanus exercitus obsessas angustias hoste non urgente transiret. caesi sunt in eo bello omnes: solus Calpurnius Flamma quamvis multis confossus vulneribus et cadaveribus obtectus evasit. Hannibal senior a Kartaginiensibus iterum classi prepositus infeliciter cum Romanis navali prelio congressus et victus ab exercitu suo seditione horta lapidibus coopertus interiit. *Lucio Mallio Vulsone Marco Atilio Regulo consulibus bellum in Africam translatum est contra Hamilcarem Cartaginiensium ducem.* Atilius consul Liparam Melitamque insulas Siciliae nobiles pervagatur evertit. consules in Africam iussit transferre bellum cum trecentis triginta navibus Siciliam petierunt. quibus Amilchar Poenorum dux et Hanno classi prefectus occurrit. conserto navali proelio Cartaginienses in fugam versi
5 sexaginta et quattuor naves perdiderunt, *Romani biginti duas amiserunt.* victores consules in Africam transvecti sunt primamque omnium Clypeam urbem in deditionem receperunt. inde Kartaginem petentes trecenta aut eo amplius castella depopulati sunt. infesta Kartaginis signa circumtulerunt. Mallius consul Africa cum victrici classe descendens biginti septem milia capti-
8 vorum cum ingentibus spoliis Romam evexit. *Atilius Regulus* consul *in Africa remansit,* bellum Kartaginiensibus *instruxit. contra tres Kartaginiensium du-*
237 *ces dimicans,* id est Hasdrubales duos et accitum ex Sicilia Hamilcharem, atrocissimum bellum cum eis iessit, in quo cesa sunt Kartaginiensium
11 decem et octo milia, capta autem quinque milia. *decem et octo elephantos*
236 *caepit.* octoginta et duas *civitates* in deditionem *accepit.* iterum exercitum faciens haud procul a flumine Bagrada castra constituit. ubi cum plurimos

8 qua m^3 || 13 corsis m^3 || 17 et tria] et quattuor *Or.* || 23 calpurni m^1 || 33 trecenti m^1 || 34 hamilchar m^3 || dux] imperator *Or.* || 40 decedens m^3 || 41 consul *e sup. add. L* || 45 *prius* et *sup. lin.*

40 militum aquandi necessitate ad flumen descendentes serpens mirae magnitudinis devoraret. Regulus ad expugnandam bestiam cum exercitu profectus est. sed nihil in tergo eius proficientibus iaculis atque omni telorum ictu irrito. que per horrendam squamarum cratem quasi per obliquam scutorum testudinem labebantur. mirumque in modum. ne corpus lederent, ipso corpore pellebantur: cum insuper magnam multitudinem morsibus comminui impetu propter inhalitu etiam pestifero exanimari videret, ballistas deferri imperavit. per quas murale saxum comminuitur spinae incessum compagem totius corporis solvit ac mox circumventa telis facile oppressa est. corium autem eius Romam devectum. quod fuisse centum viginti pedum spa-
P 3 tio ferunt. *aliquamdiu cunctis miraculo fuit.* | igitur | Kartaginienses fracti bellis et cladibus exinaniti pacem a Regulo poposcerat. sed cum intolerabiles et duras condiciones pacis audissent. tutius rati sese armatos mori quam miseros vivere pretio non solum Hispaniorum vel Gallorum auxilia. quae iam dudum plurima habebant sed etiam Grecorum comparanda duxerunt. itaque Xanthippum Lacedaemoniorum regem cum auxiliis accitum ducem bello prefecerunt. Xanthippus inspectis Poenorum copiis atque in campum deductis longe in melius mutato apparatu pugnam cum Romanis conseruit. ingens ibi ruina Romanorum virium fuit. nam triginta milia militum Romanorum in illa tunc congressione prostrata sunt. Regulus ille dux no-
16 **bilis cum quingentis viris captus est et** *in catenas coniectus* **decimo demum** anno Punici belli nobilem triumphum Kartaginiensibus praebuit. Xanthippus **tam audacis facti conscius rerum instabilium mutationem timens ilico ex**
P 4 **Africa migravit in Graeciam.** *hac tempestate*
P S 17 *comparaverat.* | **igitur** *Marco Emilio Paulo Servio Fulvio Nobiliore consulibus ambo Romani consules* audita captivitate Reguli et clade exercitus Romani transire in Africa cum classe trecentarum navium iussi Clypeam petunt. eo confestim Kartaginienses cum pari classe venerunt nec differri potuit navale
19 **certamen.** *Emilius consul centum et quattuor naves* **Kartaginiensium** *demersit. triginta cum pugnatoribus caepit.* **preterea triginta et quinque milia**
20 *hostium aut occidit aut caepit. militem suum ingenti preda ditavit.* **Romanorum** autem novem navibus depressis mille centum periere milites. consules apud Clypeam castra proposuerunt. duo Hannones Poenorum duces eo rursus cum magno exercitu convenerant proelioque commisso novem milia militum
21 **perdiderunt** *et subacta Africa tunc fuisset. nisi quod tanta fames erat. ut diutius exercitus expectare non possit. consules cum victricis classes* **ad Italiam**

42 2 predis onusta remearet. infando naufragio circa Siciliam passi sunt. nam
3 *de quadringentis sexaginta navibus octoginta* **vix abiectis oneribus** | *servari potuerunt*
P 1 *[illegible] est.* deinde | Hamilchar dux Poenorum cum exercitu in Numidiam Mauretaniamque missus postquam hostiliter cruenteque in universos egit. quod Regulum libenter suscepisse diceretur. mille argenti talentis et viginti milibus boum reliquos condemnavit. principes autem omnium populorum patibulo suffixit. tertio anno, sicut semper indomitus furor etiam periculorum ob-
6 **liviscitur.** *Servilius Caepio* **et** *Simpronius Blesus consules cum ducenti sexaginta navibus in Africam* transgressi universam oram maritimam, que circa Syrtes iacet. depopulati sunt atque in superiora progressi captis eversisque

6 *prius* e *in* pellebatur *in ras.* ‖ 8 comminuitur *om. Or.* ‖ eius *post* spinae *add.* m[3] ‖ 12 poposcerunt m[3] ‖ 16 xantippum m[1]. *semper sine* h ‖ 33 duces] imperatores *Or.*

42 civitatibus plurimis ingentem praedam ad classem duxerunt. idem cum ad
Italiam redirent, circa Palinuri promuntorium, quod ad Lucanis montibus in
altum excurrit, inlisi scopulis centum quinquaginta naves onerarias nobilem-
8 que predam crudeliter adquisitam infeliciter perdiderunt. ‖ *itaque cum*
Or. 240. 241 10 *salvae essent.* ‖ quod quidem decretum continuo adacti indomita cupiditate ru-
perunt. preterea Cotta consul in Siciliam transgressus plurimis proeliis
adversum Poenos et Siculos terra marique pugnavit et per totam Siciliam
11 partim hostium partim etiam sociorum inhumatas strages reliquit. *Lucio
Caecilio Metello Gaio Furio Placido consulibus* Hasdrubal novus Kartaginien-
sium dux cum elephantis centum triginta et equitum peditumque amplius
triginta milibus Lylybeum venit ex Africa et continuo cum Metello consule
apud Panormum pugnam conseruit. sed Metellus vim magnam beluarum
timens prius eas magno usus consilio vel in fugam vel in morte egit et sic
12 facile quamvis magna vim hostium *superavit.* biginti milia Kartaginiensium
in eo prelio cesa sunt, elephanti quoque sex et biginti interfecti, centum
13 et quattuor *errantes per Numidas, quos in auxilium habebat,* cepit et per Ita-
liam duxit, maximum Italicis gentibus spectaculum praebuerunt. Hasdrubal
cum paucis Lilibaeum profugit atque absens a Poenis capite damnatus est.
post hec fessi tot malis Kartaginienses petendam esse a Romanis pacem
16 *et permutationem captivorum* decreverunt. ad quam rem Atilium Regulum
antea ducem Romanum, quem iam per quinque annos captivum detinebant,
44 1 inter ceteros legatos sub sacramento precipue mittendum putaverunt. ‖ *ille*
Nep.(9,2 ext.1) Or. 241. 242 P 2 *vigilaret* atque, ut staret semper ad radia solis, ‖ inligatum in machina vigi-
lando necaverunt. alter deinde Atilius Regulus et Mallius Vulsco ambo
bis consules cum classe ducentarum navium et quattuor legionibus Lili-
baeum profecti, quod oppidum in promunctorio situm, Romani obsidere co-
nati superveniente Hannibale, qui Hamilcharis filius fuit, victi maiore exer-
citus sui parte perdita ipsi egre evaserunt. post hos Claudius consul cum
classe ducentarum viginti navium ad Drapani portum contra hostem pro-
10 fectus est. ubi mox exceptus classe Poenorum ‖ dum *contra auspicia* dimi-
Or. 242 casset ‖ superatus est. et ipse quidem cum triginta navibus Lilibeum in
12 castra confugit, reliquae omnes hoc est *nonaginta captae cum pugnatoribus
sunt, ceterae demersae,* novem milia militum cesa, biginti milia capta referun-
13 tur. Gaius *quoque* Iunius *consul* collega Claudii Pulcri universam ‖ *classem
naufragio amisit exercitum*
Or. 242. 243 P 6 *avunculus eius.* ‖ interea Lutatius Catulus cum classe trecentarum navium in
Siciliam transvectus dum apud Drepanam civitatem pugnam inseritur, dum
inter primores pugnat, transfixo femore egerrimae, cum iam obrueretur,
erectus est. porro autem Poeni cum quadringentis navibus magnisque co-
piis ad Siciliam duce Hannone concurrunt. nec Lutatius segnior immo con-
silia Poenorum mira celeritate praevenit. postquam proxime sibi utrorum-
19 que classes apud Egades insulas *contra Lilibeum civitatem Siciliae* per to-
tam noctem intertextis propemodum ancoris constiterunt. orta luce prior Lu-
tatius signum bello dedit. crudescente pugna victus Hanno navem avertit
et dux fuge primus fuit. aliquanta cum eo pars exercitus sui Africam pe-
46 1 tiit, alii confugere Lilibeum. septuaginta et tres naves Punice *capte sunt centum*

1 ingente m^1 ‖ 10 dux] imperator *Or.* ‖ 16 capti . . 17 ducti *Or.* ‖ 25 ducentarum] cxx *Or.*, ccxx *Paul.* ‖ 29 ducentarum uiginti nauium m^1 *in ras.* ‖ 32 cum — 33 milia mili m^1 *in ras.* ‖ 33 nouem] octo *Or.* ‖ 34 collega — 35 nam m^1 *in ras.* ‖ 34 pulcri *et* 36 catulus *e sup. add. L* ‖ 37 inseritur — 39 erectus est m^1 *in ras.* ‖ 37. 38 pugnam inter primores ciet transfixo . . 39 ereptus *Or.* ‖ 46 septuaginta] LX *Or. et Paul.*

44 *biginti quinque demerse triginta et duo milia hostium capta cesa* quattuordecim
17 *milia* fuere. *numquam in mari tantis copiis pugnatum est. infinitum auri ar-*
46 2 *genti*que *praedae in potestatem Romanorum redactae. ex classe Romana duodecim*
naves submersae. pugnatum est VI Idus Martias. Lutatius deinde ad Eri-
cinam civitatem, quam Poeni tenebant, venit ibique duo milia Kartaginien-
sium conserta pugna interfecit. tunc Kartaginienses precipiti festinatione ad
4 Lutatium consulem ac deinde Romam mittunt orant pacem ‖ *tributaque est*
P 1 *fecerunt, ut* ‖ Sicilia Sardiniaque decederent ‖ et *per continuos* Or. 213
P 5 *ministerio.* ‖ anno ab urbe condita quingentesimo septimo repentina subversio Or. 214. 215
ipsius Romae prevenit triumphum Romanorum. neque enim temere dixerim,
quando non vel modicam letitiam Romae superveniens repente quam gra-
vissimus luctus oppresserit. siquidem Quinto Lutatio Catulo Aulo Mallio
consulibus diverse ignium aquarumque clades pene assumpsere urbem. nam
Tiberis insolitis auctus imbribus et ultra opinionem vel diuturnitate vel magni-
tudine redundans omnia Romae aedificia in plano posita delevit. diversae
qualitates locorum ad unam convenere perniciem, quoniam et que segnior
redundatio tenuit, madefacta dissolvit et quae cursus torrentis invenit, im-
pulsa deiecit. aquarum gravissimam cladem gravior ignis secuta vastatio
est. qui ignis, incertum unde surrexerit, plurimas civitatis partes perva-
gatus cum hominum domorumque miserabilem stragem fecit, tum etiam tan-
tum opus uno consumpsit incendio, quantum plurimae et peregrine victorie
conferre non possunt. dehinc cum omnia in circuitu foris depopularetur,
edem Veste corripuit. unde etiam Metellus cum arsuros deos eripit, vix
brachio semihustulatus aufugit. Tito Simpronio Graccho Gaio Valerio Fal-
10 cone consulibus ‖ *bellum Faliscis*
13 *sublato.* ‖ eodem anno etiam Galli Cisalpini novi existere hostes, adversus quos Or. 215
varia sorte bellatum est. nam in primo conflictu Valerio consule tria milia
cecidere Romani, secundo quattuordecim milia Gallorum cesa duo milia capta
sunt. sed ob priorem cladem triumphus consuli denegatus est.

LIBER III.

16 *noti Lucio Cornelio Lentulo Fulvio Flacco consulibus legatos*
19 *exibuit.* ‖ Tito Mallio Torquato Gaio Atilio Bubulco consulibus Sardinia insula Or. 215. 216
rebellavit auctoribus Poenis. unde mox Sardi subacti et oppressi sunt, Kar-
taginiensibus autem violatoribus pacis, quam ipsi poposcissent, inferri bel-
lum decretum est. econtra Kartaginienses pacem suppliciter poposcerunt
et cum bis missis legatis nihil profecissent post etiam decem principibus
bis aeque supplicantibus nec impetrarent, novissime Hannonis minimi ho-
minis inter legatos orationem meruerunt. hoc anno porta Iani gemini clausa
est, quia nusquam eodem anno bellum erat; quod sub Numa solum Popilio
rege provenerat. anno ab urbe condita quingentesimo septimo decimo Ha- 218. 219
milchar dux Kartaginiensium ab Hispanis in bello, cum aliud bellum ad-
48 8 versum Romanos clam pararet, occisus est. *Lucius Posthumius Albinus Gneus*
Fulvius Centummallus consules bellum contra Illiricos sequenti anno *gesserunt*

4 pugnatu m^1 ‖ 12 catulo *e sup. add. L* ‖ 14 ultra* *cod.* ‖ 17 impulsa *ex* inpulsa m^1 ‖ 26 etiam *add. L* ‖ 31 lucio — consulibus *e 46, 20 huc transsumpsit L*

48 eo quod legati Romanorum ab Illyriis interfecti sunt. post cum ipsis Illyriis atrocissimum bellum gestum est, in quo multis oppidis populisque deletis
10 reliqui se Fulvio Posthumioque consulibus dediderunt *ac tum primum ex Illiriis triumphatum est.* tertio deinceps anno miseram civitatem sacrilegis sacrificiis male petentes funestavere pontifices. namque decemviri consuetudinem priscae superstitionis egressi Gallum virum et Gallam feminam cum muliere simul Graeca in phoro boario vivos defoderunt. sed obligamentum hoc magicum in contrarium continuo versum est. namque dira illas, quas fecerant, externorum mortes faedissimis suorum cedibus expiaverunt. siquidem Lucio Emilio Catulo Gaio Atilio Regulo consulibus magna formidine consternatus senatus defectione Cisalpine Gallie, cum etiam ex ulteriore Gallia ingens adventare exercitus nuntiaretur, maxime Cesatorum, quod nomen non gentis sed mercennariorum Gallorum est. itaque permoti consules totius Italiae ad presidium imperii contraxere vires. quo facto in utriusque consulis exercitu octoginta milia armatorum fuisse referuntur, sicut Fabius historicus, qui huic bello interfuit, scripsit. ex quibus Romanorum et Campanorum fuerunt peditum trecenti quadraginta octo milia ducenta, equitum vero biginti sex milia sexcenti, cetera multitudo sociorum fuit. commisso praelio apud Arretium Atilius consul occisus est. octoginta milia Romanorum nec saltem tanta, quanta eos terrere debuit, cesa sui parte fugerunt, nam tria milia eorum tunc interfecta historici tradunt. quod ideo ignominiosius turpiusque est tam paucis amissis tanta agmina diffugisse, quia se in aliis victoriis non viribus animorum pravaluisse sed bellorum proventibus prodiderunt. quis enim, rogo, in exercitu Romanorum crederet numerum istum fuisse saltem non dico fugisse? post haec secundum cum Gallis praelium gestum est, in quo plane quadraginta milia Gallorum trucidata
14 cidata ‖ *sunt et triumphus*
Or. 250 P 16 1 *ererit.* ‖ sequenti anno Mallius Torquatus et Fulvius Flaccus consules *contra Ligures* primum trans Padum Romanas duxere legiones. pugnatum est ibi cum Insubribus Gallis, quorum interfecta sunt biginti tria milia, quinque milia capta sunt. eodem inde anno qui huic proximus fuit diram urbem terruere prodigia. namque in Piceno flumine sanguine effluxit et apud Tuscos celum visum est ardere et Arimini noctem multa luce claram obfulsisse ac
Nep. 7. 5. 6 tres lunas distantibus celi regionibus exortas apparuisse ‖ et Romae ‖ Gnei Domiti bos locutus est dicens 'cave tibi Roma'. ‖ carnes etiam celo lapse sunt, quarum pars ab avibus intercepta est, pars incorrupta diu iacuit. ‖
Or. 250. 251 tunc quoque magno terremotu Charia et Rhodus insulae adeo concusse sunt, ut labentibus vulgo tectis ingens quoque ille colossus rueret. eodem anno Flaminius consul contemptis auspiciis, quibus pugnare prohibebatur, adversus Gallos conflixit et vicit; in quo bello nobem milia Gallorum cesa decem et septem milia capta sunt. post hoc ‖ *Marcus Claudius Marcellus Gneus Cor-*
P 17 *nelius Scipio contra Gallos pugnaverunt. Marcellus* consul *deinde cum*
Or. 251 18 *peremit* ‖ et inter multa Insubrium, quos ad deditionem coegerat, oppida *Medio-*
50 1 *lanium* quoque urbem florentissimam *expugnavit* et cepit. ‖ *grandem predam*
Or. 251 P 2 *extitit.* ‖ emergit hic paululum antiquus ille Romanorum improbae laudis etiam de parricidiis appetitus. nam Fabius Censorius Fabium Buteonem filium

---

1 eo quod *add. L* ‖ 18 sex*ti m^1, *5 litterae erasae* ‖ 34. 35 *Nep. 7, 5*: bos locuta romae est. *6*: cn. domitii bos bello punico secundo sonuit: caue tibi roma ‖ 39 contempti m^1 ‖ 41 finitumque bellum marco claudio marcello gnaeo cornelio scipione consulibus *Paul.* ‖ 44 et *add. L*

50 suum furti insimulatum interfecit, dignum scilicet facinus, quod pater vel
parricidio plectendum duceret, quod ne leges quidem nisi multa pecuniae
aut summum exilii circa quemlibet hominum censuerunt. anno ab urbe Or. 252
5 condita quingentesimo tricesimo quarto ‖ *bellum Punicum*
P 4 *pugnaturum,* qui tamen hoc somnium ante previderat ‖ iuvenem humana forma Nep. 8, 6
augustiorem, qui se hortaretur in excidium Italiae auctore Iove secuturum.
deinde post tergum respiciens intueri sibi visus est serpentum vastum cuncta
populantem audire etiam caeli fragorem nec non et nimbos cum maligna
luce visere; interrogat iuvenem preeuntem, quid subsequatur? ille ad haec
'vides' inquit 'vides excidium Italiae: tace et cetera permitte fatis'. ‖ *Han-*
6 *nibal ergo Saguntum* ‖ florentissimam ‖ *Hispaniae civitatem* Or. 252
7 *aetatis. huic Romani*
9 *is legatos* ‖ Romanorum ad se missos iniuriosissime etiam a conspectu suo ab- Or. 252
stinuit. ‖ *Romani etiam*
11 *victi sunt* ‖ et octavo demum mense ‖ *capti ab Hannibale* Or. 252
15 (*relicto*) *Hasdrubale Pyreneos transivit* ‖ montes inter ferocissimas Gallorum Or. 252
gentes. ferro viam aperuit et nono demum die a Pyreneo ad Alpes pervenit.
ubi dum montanos Gallos repellere eum ab ascensu obnitentes bello superat
atque invias rupes igni aceto ferroque rescindit, quadriduum commoratus
16 quinto demum die cum maximo labore ad plana pervenit. *traditur ad Ita-*
liam centum milibus peditum centum et biginti milibus equitum ‖ *septem et*
triginta elephantos
17 *coniunxerunt*] *iunxerunt*

52 P 2 *Scipione* ‖ ammodum pretextato, qui post Africanus cognominatus est, ‖ qui vix Or. 253 et Nep. (5, 4, 2)
egressus pueritia ‖ ab ipsa morte *liveratus*
P 6 *postea quam in Etruriam primo transiret*
P 12 *apud Capenas* ‖ interdum duas lunas ortas. ‖ imbres saxatili Picena regio ber- Or. 254 et Nep. 7, 6
verata. in Gallia eisdem temporibus lupus e vagina gladium sustulit vigili.
tunc ‖ *in Sardinia sanguine duo scuta sudarunt. Faliscis celum scindi* ‖ velut
magno hiatu ‖ *visum est. apud Antium* quoque ‖ messores ‖ metentibus cru-
P 14 entas spicas in corbem decidisse ‖ et plubie ceciderunt cruente. ‖ *igitur Han-* Or. 254. 255
nibal ad Tusciam veniens ‖ sciens Flaminium consulem solum in castris esse,
quo celerius imparatum obrueret, premo vere progressus arripuit propriorem
sed palustrem viam et cum forte Sarnus fluvius late redundans pendulos et
dissolutos campos reliquerat, de quibus dictum est: et que rigat equora
Sarnus. in quos cum exercitu progressus Hannibal nevulis maxime, que
de palude exhalabantur, prospectum auferentibus magnam partem sociorum
iumentorumque perdidit. ipse autem uni elephanto, qui solus superfuerat,
supersidens vix difficultatem itineris evasit. sed oculum, quo iam in Alpes
dudum eger erat, violentia frigoris vigiliarumque ac laboris amisit. ubi
vero proximus castris Flaminii consulis fuit, vastatione circumiacentium lo-
corum Flaminium in bellum excitavit. haec pugna ad Transumenum lacum
facta est, ubi exercitus Romanus infelicissime arte Hannibalis circumventus
funditus trucidatus est, ipsae quoque consul occisus. biginti quinque milia
5 Romanorum in eo praelio cesa, sex milia capta referuntur, *cetera diffugerunt.*
de exercitu Hannibalis duo milia ceciderunt, tanta clade Romana maxime
cum ita intentus pugnandum ardor extiterit, ut gravissimum terremotum,

19 igni aceto] ignia *m*¹ *in ras.*, ceto *m*¹ *i. m.*, aceto *om. Or. L add. ex Nep.* (*3, 7 ext. 6*)? ‖ 21 centum *post* peditum *om. Or.* ‖ 30 *Nep. l. l.:* apud antium quoque messores sanguinulentis spicis impleuere corbes et pluuiae deciderunt cruentae ‖ 39 alpe *m*¹

52 qui tunc forte tam vehemens factus est, ut urbes dirruisset montes transtulisset discedisse rupes et flumina retrorsum coegisse referatur. pugnantes
Nep.(3,2,11) omnino non senserint. || quem quidam milex Romanus ita vulneratus est, ut uti manibus non valeret. cum ei quidam Poenus humida detrahere spolia vellet, cervice hostis invasit ulnis eiusque nares atque aures morsu detrun-
5 cavit. || interea *missus adversum*

Nep.(7,3 ext.8) P 16 *elusit.* cumque in proelium eum evocare Hannibal non posset, vastatis agris Italiae Maximi Cunctatoris ville pepercit, ut vel sic proditionis suspicionem de eo Romanis afferret. sed bene nota Fabii fides: calliditatem Hannibalis irritam dederunt Romani. interea Maximus *inventa occasione* pugnavit et *vicit*

Or. 256 P 19 8 *obrueret?* || anno ab urbe condita quingentesimo quadragesimo *Lucius Emilius Paulus Publius Terentius Varro* consules || *contra*

11 *impatientia*] *impatientia* rerum

53 P 4 **52** 14 *stravit. de exercitu Hannibalis tria milia cesa sunt et magna pars sauciata. Romani tamen nullo Punico bello gravius accepti sunt*

Or. 256 **54** 1 *praetorii* || viri *biginti, senatores capti aut occisi triginta, nobiliores viri trecenti,*
2 pedestrium militum quadraginta milia, || *equitum*

Nep.(9,5 ext.3) P 7 *contendisset.* sed sic successu belli elatus est, ut neminem civium suorum in castra sua ammitteret sed responsa eis per interpretes daret Macharbalem quoque Lacedemonium et ipsum saepe contemneret, qui ei creberrime pollicebatur brevi se in Capitolio cenaturum, si dispositio sua omnimodis audiretur. || interea *Varro*

P 14 6 *opus esse. Hannibal Romanis*

Nep.(9,2 ext.2) 8 *interfecit* idest quosdam ima pedum amputavit alios in castris binos inter se ipsos compulit dimicare maxime fratres aut consanguineos nec prius spectaculum finiebatur, quam unus cedibus superfuisset sed et ipse iugulandus. ||
Or. 256. 257 *et* || pro testimonium victoriae suae *tres modios anulorum aureorum Kartaginem misit, quos ex manibus* interfectorum *equitum Romanorum senatorumque et militum detraxerat.* usque adeo autem ultima desperatio rei publice apud residuos Romanos fuit, ut senatores de relinquenda Italia sedibusque querendis consilium ineundum putarint. quod auctore Caecilio Metello confirmatum fuisset, nisi Cornelius Scipio *tribunus* tunc *militum,* idem qui post
Nep.(5,6,7) Africanus est dictus, *districto gladio* deterruisset. || singulis mortem minitans ||
Or. ac potius pro patriae defensione in sua verba omnes *iurare coegit.* Romani
P 4 *ad spem vitae quasi ab inferis* respirare ausi dictatorem Decium Iunium creant, qui delectu habito ab annis decem et septem immature inordinateque militiae quattuor legiones undecumque contraxit. tunc etiam servos spectati roboris ac voluntatis vel oblatos vel, si ita opus fuit, publico pretio emptos sub titulo livertatis sacramento militiae adegit. arma, que deerant, templis detraxerunt, egenti erario privatae opes refusae sunt. itaque equester ordo ita plebs trepida oblita studiorum in commune consuluit. Iunius quoque dictator antiquum Romanae miserie factum recolens pro supplemento exercitus edicto velut asylo patefacto homines, quicumque sceleribus ac debitis obnoxii essent, inpunitate promissa militiae mancipavit, quorum numerus ad sex milia virorum fuit. Campania vero vel potius omnis Italia ad Hannibalem desperata penitus Romani status reparatione defecit. post

---

7 gris m^1 || 15 III milia afrorum pereunt *Paul.* || 28 pro] in *Or.* || 34 est dictus *add. L* || minutans m^1 || 37 dilectu m^1

54 hoc Lucius Postumius pretor adversum Gallos pugnare missus cum exercitu
P 15 caesus est. || *deinde Sempronio*
11 *a duobus* germanis *Scipionibus*
13 *elephanti.* || Celtiveros milites, quam primam externam manum Romani in ca- Or. 258
stris habere caeperunt, pretio sollicitatos ab hostium societate in sua castra
duxerunt. Sempronius Grachus proconsul ab hospite suo Lucano quodam
55 P 1 in insidias inductus occisus est. || *Centenius*
P 4 56 1 *evasit. Hannibal multas civitates*
2 *Brittios*] Brittiamque
12 *subacta*] *subacta* est
14 *Hannibalis.* || pudet recordationis. quid enim dicam improbitatem magis ac Or. 258. 259
miseriam Romanorum, immo verius vel improbam miseriam vel miseram
improbitatem. quis credat eo tempore, quo erarium populi Romani egenam
stipem privata consolatione poscebat, miles in castris non nisi aut puer aut
servus aut sceleratus aut debitor nec sic quidem numero idoneus erat, se-
natus in curia omnis poene novicius videbatur, postremo cum ita imminutis
fractisque omnibus desperabatur, ut consilium de relinquenda Italia subiretur,
eo tempore cum unum domesticum, ut diximus, bellum ferri nullo modo
posset, tria insuper transmarina bella fuisse suscepta; unum in Macedonia
contra Philippum potentissimum Macedoniae regem, alterum in Hispania con-
tra Hasdrubalem Hannibalis fratrem, tertium in Sardinia contra Sardos et
alterum Hasdrubalem Kartaginiensium ducem, extra hoc quartum Hanni-
balis, quo in Italia premebantur, et tamen fortis in alterutrum desperatio
in meliora profecit. nam in his omnibus desperando pugnarunt, pugnando
vicerunt. ex quo evidenter ostenditur non tempora tunc fuisse tranquilliora
otiis sed homines miseriis fortiores. anno ab urbe condita quingentesimo
quadragesimo tertio Claudius Macellus Siracusam, opulentissimam urbem
Siciliae, secunda obpugnatione vix caepit. quam cum iam pridem obsedisset,
Archimedis Siracusani civis ammirabili ingenio prediti machinis repulsus
15 expugnare non potuit. || *decimo anno postquam Hannibal in Italiam venerat
Gnaeo Fulvio Publio Sulpicio consulibus*
P 2 *via Latina* || profectus ad Anienem fluvium tribus milibus ab urbe consedit Or. 260. 261
incredibili totius civitatis metu, cum senatu populoque diversis curis trepido
matronae amentes pavore per pugnacula currerent et convehere in muros
saxa primeque pro muris pugnare gestirent. ipse autem cum expeditis
16 equitibus usque *ad portam* Collinam infestus accessit deinde omnes copias
in aciem direxit. sed et consules Fulviusque proconsul non detractavere
pugnam. at ubi expositae utrimque acies constiterunt, in conspectu Romae
premium victoris future tantus subito se imber e nubibus grandine mix-
tus effudit, ut turbata agmina vix armis retentis in sua se castra colligerent.
deinde cum serenitate reddita in campum copie atque in aciem redissent,
rursus violentior fusa tempestas maiore metu mortalium audaciam cohercuit
territosque exercitus refugere in tentoria coegit. tunc conversus in regionem
Hannibal dixisse fertur potiunde sibi Romae modo voluntatem non dari,
18 modo potestatem. at vero || *in Hispania a fratre Hasdrubalis ambo Scipiones*
fratres, *qui per multos annos victores fuerant, interficiuntur, exercitus tamen
integer mansit. casu enim magis erant quam virtute decepti.* || in Campania Or. 262
Capua capta est a Quinto Fulvio proconsule. principes Campanorum veneno

23 promebantur m^1 || 25 fuise m^1 || 27 marcellus m^3 || 34 conuehere *ex* conuenere m^1 || 43 religionem *Or.*

56 mortem sibi consciverunt. senatum omnem Capuae etiam prohibente senatu
Nep. (5, 2, 1) Romano Fulvius suppliciis necavit. ‖ duae autem feminae e Campanis partibus id est Vescia Oppia materfamilias et Cluvia Falcula meretrix benigne pro statu fuere Romano. quippe una pro salus populi Romani semper deos precata est, altera militibus Romanis captivis alimenta prebuit. pro quibus meritis et libertatem in excidio Capuae et rem propriam retentarunt et optandi premii privilegia assecutae sunt. ‖ *quo tempore*
21 *quam tenere Afri ceperant et novilissima* ut dixi *urbs Siracusana*
58 3 *eum*] eumque
nobilibus] nobilissimis
5 *Hannibal* itaque *in Italia*
Or. 262 7 *interea* ‖ interfectis in Hispania *duobus* Scipionibus fratribus cum omnibus incusso pavore cunctantibus Scipio se ammodum adolescens ultro optulisset et pudenda penuria esset erarii, Claudio Marcello et Valerio Levino auctoribus. qui tunc consules erant. aurum argentumque signatum ad questores palam omnes senatores in publicum contulerunt ita. ut nihil preter anulos bullasque sibi ac filiis et deinde per filias uxoresque suas singulas tantum auri uncias et argenti non amplius quam singulas libras relinquerent. Sci-
9 pio ‖ *annos natus viginti quattuor vir Romanorum omnium et sua aetate et*
P 1 *posteriore tempore fere primus, iste* est ille qui *dum senatores ob metum Hannibalis* ‖ ut dixi ‖ *Italiam relinquere deliberarent, districto gladio id fieri ve-*
Or. 263 10 *tuit is* ‖ imperium in Hispaniam proconsulare sortitus ultionem precipuae patris et patrui animo intendens Pyrenaeum transgressus primo impetu *Kartaginem* novam *Hispanie cepit,* ubi stipendia maxima presidia valida
11 copiae auri argentique magne Poenorum habebantur et *novilissimos opsides, quos ab Hispanis acceperant.* ibi etiam Magonem fratrem Hannibalis cap-
13 tum cum ceteris Romam misit. ‖ *Rome ingens*
Or. 264 15 *capit.* ‖ preterea octoginta civitates aut deditione aut bello in potestatem rede-
263. 264 git Afris sub corona venditis sine pretio dimisit Hispanos. ‖ Hannibal in Italia Gneum Fulvium proconsulem undecim praeterea tribunos et decem
56 1 et septem milia militum interfecit. Marcellus consul cum Hannibale *apud Nolam* triduum continuum dimicavit. primo die pari pugna discessum est. sequenti victus consul, tertio victor octo milia hostium interfecit, ipsum
58 16 Hannibalem cum reliquis fugere in castra conpulit. *interea consul Publius Fabius Maximus Tarentum,* que a Romanis disciverat, iterum expugnavit et caepit ibique ingentes copias Hannibalis cum ipso duce eius Carthalone de-
17 levit triginta ‖ *quinque milia hominum*
Or. 264 20 *dediderunt.* ‖ Hannibal utrumque consulem Marcellum et Crispinum in insidiis
60 3 circumventos cum exercitu interfecit. ‖ *tertio anno*
Or. 264. 265 7 *Hasdrubalem ad Italiam cum omnibus copiis evocabit* et maxime cum ‖ iussu
8 Hasdrubalis fuisse a Kartaginiensibus. ut fratri cum copiis iungeretur. *Appio* Claudio Nerone et Marco Libio Salinatore consulibus cum ab Hispanis per Gallias ad Italiam veniret. magna secum auxilia Hispanorum Gallorumque deduceret et cum maturato adventu descendisse iam ex Alpibus consulibus-
P 1 que proditus fuisset, ab exercitu Romano ignorante Hannibale *apud Me-*
9 *taurum fluvium in insidias compositas incidit, strenue tamen pugnans occisus*

3 ues*a m^1 ‖ 8 afri — urbs si m^1 *in ras.* ‖ 11 hannibal itaque m^1 *in ras.* ‖ 12 fratribus *e sup. add. L* ‖ 13 adolescens *ex* adulescens m^1 ‖ 23 pyrenaeum *ex* pirenaeum m^1 ‖ 30 et *add. L* ‖ 40 iussus m^1 ‖ iussusque a carthaginiensibus *Or., reliqua add. L* ‖ 44 et *add. L* ‖ consulibus *Or.*

60 *est.* diu quidem incertus belli eventus fuit elephantis maxime Romanam
infestantibus aciem, qui a militibus Romanis, quos a velitando velites vo-
cant, quod genus militiae paullo ante repertum fuerat, ut lecti agilitate iu-
benes cum armis suis post terga equitum sederent et mox cum ad hostem
ventum esset, equis desilirent et continuo pedites ipsi ex alia parte equiti-
bus, per quos advecti fuerant dimicantibus, hostem proturbarent. ab his
ergo velitibus elephanti retro acti cum regi iam a suis non possent, fabrili
scalpro inter aures adacto necabantur. id genus occidende cum opus esset
beluae idem dux Hasdrubal primus invenerat. fuit hoc proelium Poenis Me-
taurum flumen, ubi Hasdrubal victus est, ut Transumenus lacus Romanis et
Cesena Piceni civitas, ut vicus illae Cannensis. nam quinquaginta et nobem
milia de exercitu Hasdrubalis ibi occisa sunt, capta quinque milia quadrin-
P 3 genti, *quattuor milia* autem *civium Romanorum inter eos reperta atque revocata*
sunt, quod victoribus consulibus solacio fuit. nam et de exercitu eorum
10 octo milia ceciderunt. ‖ *magnum*
P 7 *in Brittios.* ‖ post haec anno continuo inter Hannibalem et Romanos quies a Or. 266
tumultu bellorum intercessisse visa est, quia inequitudo morborum in castris
11 erant et gravissima pestilentia utrique exercitus agebatur. ‖ *post haec*
13 *Scipionem,* qui iam ‖ universam Hispaniam a Pyreneo usque Oceanum in pro- Or. 266
14 vinciae formam redegerat. ‖ *Romam*
14 Lucio *om.*
17 *consul* ‖ cum Licinio Crasso creatus ‖ *et in Africam missus. cui viro divinum* Or. 266
quiddam inesse existimabatur adeo, ut putaretur etiam cum numinibus habere
sermonem. et re vera ‖ neque publica neque privata negotia prius umquam Nep. 1, 2, 2
attigit, quam in cella Iovis Capitolini diutissime moraretur, antequam vide-
retur a quoquam. ‖ *is in Africa contra Hannonem* ‖ Hamilcharis filium *du-* Or. 266 267
cem Poenorum *pugnat* eumque *interfecit, exercitum eius* partim cede partim
20 captivitate disperdidit, *castra* eius *capit.* nam in eo praelio *cum quattuor*
milibus quingentis militibus undecim milia Poenorum occidit. Simpronius con-
sul cum Hannibale congressus et victus Romam refugit. Scipio in Africam
aggressus hiberna Poenorum atque alia Numidarum, que utraque haud pro-
cul ab Vtica erant, nocte concubia fecit incendi. Poeni trepidi cum casu
accidisse ignem putarent, inermes ad extinguendum concurrerunt. quare
facile ab armatis oppressi sunt. in utrique castris quadraginta milia homi-
num igni ferroque consumpta sunt, capta quinque milia, duces ipsi misera-
biliter ambusti egre effugerunt. Hasdrubal dux Kartaginem profugus venit.
itaque Syfax et Hasdrubal mox plurimum reparavere exercitum atque iterum
cum Scipione congressi sunt victique fugerunt. Syfacen fugientem Lelius
et Masinissa ceperunt. cetera multitudo Cirtam confugit, quam Masinissam
obpugnatam in deditionem recepit. Syfacen ad Scipionem catenis vinctum
deduxit. quem Scipio cum ingentibus spoliis plurimisque captivis perdu-
cendum Romam Lelio tradidit. ‖ qui cum in custodia Tiburi defecisset, Nep. (5, 1, 2)
62 3 sumptu publico iussit senatus honoratissime sepeliri. ‖ *qua re audita*
P 1 *reliquisse* ‖ omnibus Italici generis militibus, qui sequi nollent, interfectis. ‖ Or. 267
5 *legati*
11 *redderent.* interea Hannibal ‖ ad Africanum litus propinquanti iussit cuidam e Or. 267
nauticis ascendere in arborem navis atque inde speculari, quam regionem
tenerent. sepulchrum dirutum se prospexisse respondit. abhominatus dic-

---

13 autem *add. L* ‖ 27 eumque *et* 28 eius *add. L* ‖ 32 u *in* utica *m*[1] *in ras.* ‖ 36 dux] imperator *Or.*

62 tum Hannibal deflexo cursu ad Leptim oppidum copias exposuit. qui con-
12 tinuo refecta multitudine Kartaginem venit ‖ et *pax turbata est multa*que *hostilia*
Or. 268 15 *pacem* et ‖ conloquium Scipionis. ubi cum se diu attoniti ammiratione mutua
17 duo clarissimi duces suspexissent ‖ et conloquium inter utrosque esset. *Kar-*
15 *taginiensibus condiciones displicuerunt* eo, quod *hisdem condicionibus date sunt, quibus prius, additis quingentis milibus ponderibus argenti centum milia libra-*
19 *rum propter novam perfidiam, iusseruntque Hannibalem pugnare. Hannibal tres exploratores ad Scipionis castra misit, quos captos Scipio circumduci*
Nep. (3, 7, 1) *per castra iussit ostenditque his totum exercitum* nihil de hostibus percon-
20 tatus *mox etiam prandium dari* eisque refectis ac recreatis equis redire
21 permisit, ‖ *ut renuntiarent Hannibali, quae apud Romanos vidissent. interea*
Or. 268 *proelium ab utroque duce* ‖ consertum est, quod diu magnis ducum artibus
22 dispositum magnis copiarum molibus gestum, *quale vix ulla memoria fuit,*
23 *cum peritissimi viri,* ut diximus, *copias suas ad bellum educerent. Scipius victor recedit.* octoginta ibi elephanti vel capti vel occisi sunt. Kartaginiensium militum interfecta sunt biginti milia quingenti. Hannibal omnia et
64 1 ante prelium et in praelio expertus *primum cum multis equitibus deinde cum biginti postremo* vix *cum quattuor* inter tumultum elapsus Adrumentum confugit. postea Kartaginem post sex et triginta annos, quam inde parvus
2 cum patre exierat, venit. ‖ *inventa in castris Hannibalis argenti pondo viginti*
Nep. (9,1 ext.1) *milia auri octingenta, cetera superlectiles copiosa.* iactet se licet Roma victoriis, Hannibalem tamen Campaniae luxuriis immorantem provincia deliciosa superavit. dum aquis innatat dum piscibus atque ostreis pas infercitur dum olet potat indormit, aquarum resolutio mollivit Punicam feritatem et quem alia duraverant, Seplasia oppidum Campaniae ungentis
3 odoratis labefactavit ac solvit. igitur *post id certamen* Kartaginienses ‖
Or. 268 269 nullam esse residuam spem nisi in petenda pace persuasit. Gaio Cornelio Lentulo Prelio Paeto consulibus Kartaginiensibus pax per Scipionem voluntate senatus populique concessa est, naves tamen plus quam quingente in altum producte in conspectu civitatis incense sunt. Scipio iam tunc cogno-
4 mento Africanus cum *ingenti gloria* triumphans urbem ingressus est. quem Terentius, qui postea comicus, ex nobilibus Kartaginiensium captivis pilleatur, quod insigne indulte sibi livertatis fuit, triumphantem post currum secutus est. anno ab urbe condita quingentesimo quadragesimo quinto bellum
5 Punicum secundum finitum est ‖ *post annum nonum decimum quam ceperat.*

LIBER IIII.

8 *Transacto* igitur *Punico*
Or. 269 10 *adversum Philippum* missus est. ‖ qui post multa et gravissima prelia, quibus Macedones vicit, pacem Philippo dedit ‖ *his legibus*
12 *redderet*] daret
Or. 270 13 *obsidem filium suum daret Demetrium.* ‖ deinde cum Lacedemoniis pugnavit
15 victo Navide duce ipsorum ‖ *et quibus voluit*

---

15 ut diximus *add. L* ‖ 17 militum *om. Or.* ‖ 28 gaio] gneo *Or.* ‖ 32 cum *om. Or.* ‖ 33 pilleatus *Or.* ‖ 35 gesimo quinto (sexto *Or.*) — 36 ceperat *add.* m^2

64 16 *Armenem Nabidis.* ‖ filium ‖ *Romani* Or. 270

65 P 8 *deleverunt.* ‖ postea Flamininus proconsul Philippum regem et cum eo Thra- Or. 270 271
cas Macedonas Illyrios multasque preterea gentes, quae in auxilio ei venerant, bello subegit. victi Macedones castra amiserunt. octo milia hostium eo die cesa quinque milia capta Polybius scribit; Valerius dicit quadraginta milia trucidata, Claudius vero triginta duo milia interfecta commemorat. sed haec varietas scriptorum utique fallacia est; fallacie autem causa profecto adulatio est, dum victoris laudes accumulare virtutemque patrie extollere vel presentibus vel posteris student; alioquin si inquisitus non fuisset numerus, nec qualiscumque fuisset expressus. quod si gloriosum est duci et patrie plurimos hostium peremisse, quanto magis letum patriae et ducibus beatum potest videri suorum vel nullos vel paucissimos perdidisse. ita lucidissime patet, quia simili impudentia mentiendi, quam occisorum hostium numero adicitur, sociorum quoque amissorum damna minuuntur vel etiam omnino reticentur. igitur Simpronius Tuditanus in Hispania citeriore bello oppressus cum omni exercitu Romano interfectus est.

64 17 *transacto bello Macedonico secutum est Syriacum.* Lucio Valerio Flacco Marco Porcio Catone consulibus Antiochus rex Syrie bellum contra populum Romanum struens in Europam transiit ex Asia. tunc etiam Hannibal propter exercitandi belli rumores, qui de eo apud Romanos ferebantur, exhiberi Romam a senatu iussus clam ex Africa profectus *metu, ne Romanis traderetur,* ad Antiochum migravit. quem cum apud Ephesum invenisset cunctantem, mox in bellum impulit. tunc etiam lex, que ab Oppio tribuno plebi lata fuerat, ne qua mulier plus quam semunciam auri haberet neve versicoloris
vestimento nec vehiculo per urbem ‖ nec foras ‖ uteretur ‖ plus quam mille Nep. (9, 1, 3) et Or.
passibus, nisi sacrorum causa exegisset, ‖ post biginti annos abrogata est. ‖ sublato hoc edicto in quantam licentiam matronae venerint, quid attinet di-
cere, cum sicut et viri luxurient. ‖ Publio Cornelio Scipione Marco Acilio Or. 272
Glabrione consulibus Antiochus quamvis Thermopylas occupasset, quarum munimine tutior propter dubios belli eventus fieret, tamen commisso bello a

66 2 consule Glabrione *in Achaia* superatus, *castra* eius *nocturna pugna capta* est, *ipse* vix cum paucis fugit e praelio Ephesumque pervenit. his habuisse fertur armatorum sexaginta milia, e quibus quadraginta milia caesa, capta plus quam quinque milia fuisse referuntur. alter consul Scipio cum Boiorum

3 gente conflixit, in quo praelio biginti milia hostium interfecit. ‖ *Philippo*

P 5 *liberatus est.* ‖ post Digitius pretor in Hispania citeriore paene omnem amisit Or. 272
exercitum. Marcus Fulvius pretor Celtiveros cum proximis gentibus vicit regemque eorum caepit. in utraque Hispania per Flaminium Fulviumque pretores bella multorum horrida cruentaque utrisque populis gesta sunt. ‖

5 *Lucio Cornelio*

6 *profectus est* equam ‖ cum Hannibale lacrimabile conloquium familiare habuit. Or. 272
sed infecto pacis negotio ab Antiocho discessit. sequenti anno Scipio Africanus Hannibalem, ‖ *qui cum Antiocho erat, navali prelio vicit. ipse postea Antiochus circa Sipulum Magnesiam Asie civitatem a* Lucio *Cornelio Scipione consule ingenti prelio fusus est*

10 *tria*] *tria* milia

---

2 flamini *m*¹ ‖ 3 uenerat *m*¹ ‖ 6 *prius* milia *om.* *m*¹ ‖ 12 ducibus] duci *Or.* ‖ 25 *Or. l. l.* · uehiculo per urbem uteretur, post uiginti annos abrogata est ‖ 31 eius *et* est *add.* *L* ‖ 33 ae *in* caesa *in ras.* ‖ 41 lacrimabile *om.* *Or.*

66 10 *eo certamine*] in *eo certamine*
Or. 273 11 *petiit* ‖ filiumque Africani, quem utrum explorantem an in praelio cepisset incertum est, ultro remisit. ‖ pacem autem *hisdem condicionibus data est*
Or. 273 18 *appellabatur*. interea ‖ in Hispania ulteriore Lucius Emilius proconsul a Lusi-
P 6 tanis cum omni exercitu cesus interiit. ‖ deinde *Lucius Bebius*
Or. 273 274 P 9 *curaverint*. ‖ Fulvius consul de Greciam in Gallogreciam, que nunc est Galatia, transvectus ad Olympum montem pervenit, ad quem universi Gallogreci cum coniugibus et liberis confugerant, ibique acervissimum bellum gessit. namque de superioribus locis sagittis grandibus saxis ceterisque telis Romani graviter contriti tandem usque ad congressum hostium perruperunt. quadraginta milia Gallogrecorum eo prelio interfecta referuntur. *Marcius consul adversus Ligures profectus superatusque quattuor milia militum amisit* et nisi victus celeriter refugisset in castra, eandem internicionis cladem, quam Bebius dudum hisdem hostibus acceperat, pertulisset. Marco Claudio Marcello Quinto Fabio Labeone consulibus Philippus rex, qui legatos populi Romani interfecerat, propter Demetrii filii sui, quem legatum miserat, verecundissimas preces veniam meruit eundemque continuo velut Romanis amicum suique proditorem fratrem quoque ipsius parricidium patris ministro nihil de utroque miserum mali suspicantem veneno necavit.
19 *Spurio Postumio Alvino Marco* Fulvio *Philippo consulibus Marcus Fulvius de Etolis triumphavit.* hisdem etiam diebus Hannibal victo a Romanis An-
20 tiocho apud Prusyam Bythyniae regem fugiit *ne Romanis traderetur. repe-*
68 1 *titus etiam ab eo est per Titum Quintium Flaminium et cum tradendus Romanis esset, venenum bibit et apud Libyssam in finibus Nicomediensium sepultus est.* Philopoemenes dux Achivorum a Messanis captus occisusque est.
P 1 *eodem anno Scipio Africanus ab ingrata sibi urbe diu exulans apud Amiter-*
Nep. (5, 3, 2) *num* oppidum ‖ *morbo periit* ‖ iussitque sepulchro suo inscribi 'ingrata pa-
Or. 274 P 2 tria ne ossa quidem mea habes'. ‖ in Sicilia *tunc Vulcani insula, que ante non fuerat, repente mari edita* cum miraculo omnium usque ad nunc manet.
P 3 *his quoque diebus actum est, quod de Heliodoro Machabeorum narrat historia.* Quintus Fulvius Flaccus pretor in citeriore Hispania maximo praelio biginti tria milia hominum fudit, quattuor milia cepit. Tiberius Simpronius Gracchus in Hispania ulteriore centum quinque oppida vacuata quassataque bellis ad deditionem coegit. eadem aestate etiam Lucius Posthumius in citeriore Hispania quadraginta milia hostium bello interfecit. Gracchus pretor
4 ibidem iterum ducenta oppida expugnavit et cepit. ‖ igitur *Philippo rege*
5 *auxilium tulerat*] *auxilium* preberat
Or. 275 276 6 *ingentibus copiis* adunatis. id est ‖ gens Basternarum ferocissima Lepido et Mucio consulibus predarum spe sollicitatus et transeundi Histri fluminis facultate sine ulla pugna vel aliquo hoste exercitus eius deletus est. nam tunc forte Danuvius, qui et Hister, crassa glaciae superstratus pedestrem facile transitum patiebatur. itaque cum improvide toto et maximo simul agmine inestimabilis hominum vel equorum multitudo transiret, inormitate ponderis et concussione gradientum concrepans gelu et glacialis crusta dissiluit universumque agmen, quod diu sustinuerat, mediis gurgitibus victa tandem et comminuta destituit atque eadem rursus fragmentis impedientibus

5 cum uniuerso exercitu occisus est *Or.* ‖ 14 hisdem] ab eisdem *Or.* ‖ 20 fuluio *add. e sup. L* ‖ 21. 22 iisdem etiam diebus hannibal apud prusiam bithyniae regem cum a romanis reposceretur ueneno sese necauit *Or.*

68 superducta summersit. pauci ex omni populo per utramque ripam vix concisis visceribus evaserunt. Publio Licinio Crasso Gaio Cassio Longino consulibus Macedonicum bellum gestum est merito inter maxima bella referendum. nam in auxilio Romanorum tota prius Italia deinde Ptolomaeus rex Egypti et Ariarates Cappadociae Eumenes Asiae Masinissa Numidie
9 fuerunt. *Prusias autem Bithinie* regem *quamquam Persei sororem uxorem haberet, utriusque se aequum praebuit.* itaque advenienti Licinio Crasso con-
6 suli Perseus cum *Cotum Thracie regem et regem Hyllirici Gentium nomine,*
7 quos *in axilium* habebat, occurrit commissoque praelio miserabiliter victi fugere Romani. sequenti pugna paene pari clade partis utriusque in hiverna discessum est. deinde Perseus profligato multis praeliis exercitu Romano Hylliricum transgressus Sulcamum oppidum defensum a praesidiis Romanis pugnando caepit. ubi magnam Romanorum presidiorum multitudinem partim occidit partim sub corona vendidit partim secum in Macedo-
13 niam duxit. *mox missus*
70 1 *collocavit.* quem | Publius Vatienus ad urbem Romam noctu vadens vidit duos Nep. 9, 2
iuvenes albis equis sedentes, qui iusserunt, ut die sequenti senatui nuntiaret Perseum regem Macedonum a Paulo esse captum. Vatienus quidem libens laeta executus est sed iussu senatus missus in carcerem est tamquam temerarius incertorum locutor. mox litteris Pauli de die victoriaque certa res patuit. Vatienus solutus custodia agrum dono accepit. et Vatieno idem gemini visi ad lacum Iuturne sudorem suum equorumque abluentes. interea *Macedoniis*
4 *infinitorum*] finitorum
7 *quae rebellabant*] *quae* se *rebellabant*
9 *dicatur habuisse*] *habuisse dicatur*
11 (*Perseus*) *natus* || et post apud Albam in custodiam defecit. | senatus questo- Or. 276 Nep. (5, 1, 1)
rem misit, qui eum inpensa populi Romani regie sepeliret. || filius eius iu- Or.
nior fabricam aerariam ob tolerandam inopiam Romae didicit ibique consumptus est. || *post eum etiam Gaionicius de Hylliriis triumphavit*
13 *spectaculum*] exspectaculum
14 *Prusias Bithiniae* gratulatum venit *magno honore excepti sunt.* Prusie au- Nep. (5, 1, 1)
tem senatus questorem Publium Cornelium Scipionem Capuae iussit occurrere hospitiumque optimum Rome et largissimum prebuit sumptum, ut alii armis subditi alii capti moribus deservirent. igitur *permittente senatu*
15 *dona que* reges *attulerunt, in Capitolio posuerunt. Prusias etiam filium suum Nicomedem senatui commendavit.* || plurima preterea et satis diversis pro- Or. 276
moventibus bella multarum ubique gentium gesta sunt, quae brevitatis causa
P 1 pretermisi. || *anno ab urbe condita*
18 *gessit.* | eodem tempore | Messala censor primus | theatrum lapideum in urbe Or. 277 et Nep. 11, 1
construi censuit. quod ne tunc fieret, Scipio Nasica gravissima oratione obstitit dicens inimicissimum hoc fore bellatori populo ad nutriendam desidiam lasciviamque commentum adeoque movit senatum, ut non solum vendi omnia theatro comparata iusserit sed etiam subsellia ludis poni prohibuerit, ut || neque urbani neque qui a foris mille passibus abessent, sedentes ludos spectarent, ne fortitudo illorum mollescerent. | igitur in Hispania Sergius Or. 278

---

6 regem *add. L* || 7 licinio *add. e sup. lin.* || 9 quos *et* habebat *add. L* || 29 fabricam — romae m^2 *add. in spat. vac.* || 40 *Nep. l. l.:* messala censor primus theatrum romae fecit; senatus decreuit, ne sedentes ludos spectarent siue urbani siue qui a foris mille passibus abessent, ne fortitudo mollesceret

70 Galba pretor Lusitanos citra Tagum flumen habitantes cum voluntarios in deditionem recepisset, per scelus interfecit. simulans enim de commodis eorum se acturum fore a circumpositis militibus cunctos inermes incautosque prostravit. que res postea universe Hispaniae propter Romanorum per-
Nep. (8. 1. 5) fidiam causa maximi tumultus fuit. ‖ eodem tempore Tuccia virgo Vestae arguebatur incesti. at illa purgare se argumentis dedignata mortalibus ad Tiberim detulit cribrum idque summersit prece addita ‘Vesta’ inquit ‘si pia castaque sum, hanc e Tiberi aquam usque ad templum tuum perferam’ et
Or. 279 pertulit. ‖ anno ab urbe condita sexcentesimo secundo Lucio Mallio Censorino et Marco Mallio consulibus tertium Punicum bellum exortum est. igitur cum senatus delendam Kartaginem censuisset, profecti in Africam consules et Scipio tunc tribunus militum prope Vticam maioris Africani castra te-
72 P 1 nuerunt. ibi *Kartaginiensibus evocatis iussisque, ut arma et naves traderent,* nec moratis *tanta vi armorum repente tradita est, ut facile tota ex his Africa*
P 4 *potuisset armari.* sed Kartaginienses ‖ *postquam*
5 *praeerat.* igitur *Scipio*
Nep. (8.13ext.1) 11 *mortuus* ‖ valentissimo corpore semper perseverans. hic est vir, qui numquam in imbri vel maximo caput texit aut frigore tamque diu in uno vestigio stetit, ut prius iuvenes lassitudine cederent quam ille loco, in quo steterat, moveretur. si stetisset, ne membrum quidem toto die movebat. si iter fuerat ingressus eques, non descendebat, pedes, non ascendebat solebatque equitans in exercitu nocti sepissime diem iungere et sui custodiam tutelamque sevissimis canibus committebat. post octogesimum et sextum annum filium genuit, cui nomen Methima fuit. nihil quod iuvenis fecerat,
Or. 280 281 11 evi ultimo pretermisit. ‖ igitur ‖ Masinissa mortuo *quadraginta quattuor filiis relictis Scipionem divisorem inter filios suos esse iussit.* Scipio postquam Masinisse filiis Numidiae regnum divisit, Kartaginem est reversus. Mallius Tezacam urbem expugnavit atque diripuit. duodecim milia ibi Afrorum caesa, sex milia capta sunt. Hasdrubal Poenorum dux Masinissae nepos subselliorum fragmentis in curia a suis propter suspicionem proditionis occisus est. anno ab urbe condita sexcentesimo sexto id est anno quinquagesimo primo post bellum Punicum secundum Gneo Cornelio Lentulo Lucio
13 Memmio consulibus *cum igitur clarum Scipionis nomen esset, iuvenis adhuc consul est factus et* delere Kartaginem suprema sorte molitus Cothonem in-
P 14 greditur: ubi dum sex continuis diebus noctibusque pugnatur. ‖ *ultima Kartaginienses*
Or. 281 73 P 2 *post virorum* ‖ magis deforme *descendit. nam fuisse mulierum viginti quinque milia, virorum triginta milia* memorie *traditum est. rex Hasdrubal se ultro*
Nep.? *dedit* ‖ suam tantum salutem optinuit. *transfugae, qui Escolapii templum occupaverant, voluntario precipitio dati igne consumpti sunt.* quosquos habere
Nep. 16. 7 potuit ‖ transfugas Romanos Scipio crucibus affixit. Latinos securi percussit. ‖
Nep. (3.2ext.8) *uxor Hasdrubalis* ‖ cum ardentem Kartaginem aspexisset, occurrit viro suo una cum duobus liveris eique dixit ‘vive tu, qui superstes esse Kartaginis
Or. 281 potes. nam frustra pro nobis rogasses’. et tum volentibus filiis ‖ virili dolore furore femineo *in medium se iecit incendium* eundem nunc mortis exitum faciens novissima regina Kartaginis, quem quondam prima fecisset.

---

3 a *om. Or.* ‖ 9 mallio *om. Or.* ‖ 19 cederent *ex* cedere* m^1 ‖ 20 inter m^1 ‖ 26 postquam *add. L* 27 est reuersus] quos reuerso *Or.* ‖ 29 dux] imperator *Or.* ‖ 32 primo *om. Or.* ‖ secundum *ex* secundus (*ut videtur*) m^1 ‖ 40 habere] bere m^1, ha m^2 *in spat. vac.*

73 P 7 *ipsa autem civitas decem et septem continuis diebus arsit miserumque specta-*
P 9 *culum* de varietate condicionis humanae || *victoribus suis praebuit. diruta est*
74 1 *deleta est.* || multitudo omnis captivorum exceptis paucis principibus venumdata Or. 282
P 1 est. *ita quarto quam coeptum fuit anno bellum* Punicum || *tertium*
2 *vocaretur.* igitur || Romani Kartagine capta spoliatus Apollo veste aurea: in- Nep. 1, 19
3 vente sunt cum crustis tunice manus eorum, qui abstulerant. || *interim in*
6 *redegit.* || anno ab urbe condita sexcentesimo sexto hoc est eodem anno, quo Or. 289–291
et Kartago deleta est, Gneo Cornelio Lentulo Lucio Mummio consulibus
ruinam Kartaginis eversio Corinthi subsecuta est duarumque potentissimarum
urbium parvo unius temporis interballo per diversas partes mundi miserabile
conluxit incendium. nam cum Metellus pretor Acheos Byotiosque con-
iunctos duobus bellis hoc est primo apud Thermopylas, iterum cum Focis
devicisset, quorum priore bello occisa esse biginti milia, secundo septem
milia cesa Claudius historicus refert, Valerius et Anthias in Achaia pug-
natum et biginti milia Acheorum cum duce suo Diaevo cecidisse confirmat;
Polybius Achivus quamvis in Africa cum Scipione fuerit, tamen quia do-
mesticam cladem ignorare non potuit, semel in Achaia pugnatum Critolao
duce asserit, Diaevum vero adducentem ex Archadia milites ab eodem Me-
tello pretore oppressum cum exercitu docet. sed de varietate discordan-
tium historicorum aliquanta iam diximus, quorum sufficiat detecta hec et
male nota mendaciorum nota, quia parum credendum esse in ceteris evi-
denter ostendunt, quia in his quoque, que ipsi videre diversi sunt. igitur
post extincta totius Achaie presidia destitutarum eversionem urbium Me-
tello pretore meditante consul Mummius repentinus cum paucis venit in
7 castra. qui dimisso statim Metello Corinthum *nobilissimam Grecie civita-*
tem propter iniuriam legatorum Romanorum sine mora expugnavit, tota tunc
orbe longe omnium artificum atque artificiorum et emptorium communem
Asie atque Europe per multa retro secula fuit. permissa crudeliter etiam
captivis predandi licentia, sic omnia cedibus ignibusque completa sunt,
ut de murorum ambitu quasi e camino in unum apicem coartatum exun-
daret incendium. itaque plurima parte populi ferro flammisque consumpta
reliqua sub corona vendita est. urbe incensa muri funditus diruti sunt,
muralis lapis in pulverem redactos, preda ingens erepta est. sane cum
propter multitudinem et varietatem statuarum simulacrorumque in illo ci-
vitatis incendio permixta in unum auri argenti atque eris omniaque simul
metella fluxissent, novum genus metalli factum est. unde usque in hodier-
num diem sive ex ipso sive ex imitatione eius aes Corinthium, sicut me-
8 morie traditum est, et Corinthia vasa dicuntur. || eodem tempore *tres simul*
Rome celeberrimi triumphi
11 *superatus est.* interea || Gneo Cornelio Lentulo Lucio Mummio consulibus Or. 289
Viriatus in Hispania, genere Lusitanus homo pastoralis et latro. primum in- 291–296
festando vias deinde vastando provincias postremo exercitus pretorum et
consulum Romanorum vincendo fugando subigendo maximo terrori Romanis 292
omnibus fuit. siquidem Hiberum et Tagum, maxima et diversissimorum
locorum flumina, late transgredienti et pervaganti Gaius Vecilius pretor
occurrit. qui continuo usque ad internicionem paene omni exercitu suo de-
leto vix ipse pretor cum paucis fuga lapsus evasit. deinde Gaium Plau-
tium pretorem idem Viriatus multis praeliis fractum fugavit. post etiam

8 de**ta m^1 || 12 in focis *Or.* || 15 confirmat *ex* confirmant m^2 || 27 emporium *Or.* || 46 deleto] caeso *Or. ante* usque

74 Claudius Vnimammus cum magno instructu belli contra Viriatum missus quasi pro abolienda superiore macula turpiorem ipse auxit infamiam. nam congressus cum Viriato universas, quas secum deduxerat, copias maximasque vires Romani amisit exercitus. Viriatus trabeas fasces ceteraque insignia Romana in montibus suis tropeum prefixit. eodem tempore trecenti Lusitani cum mille Romanis in quodam saltu contraxere pugnam, in qua septuaginta Lusitanos. Romanos autem trecentos biginti cecidisse Claudius refert. cum victores Lusitani sparsi ac securi abirent, unus ex his longe a ceteris segregatus cum circumfusis equitibus pedes ipse deprehensus unius eorum equo lancea perfosso ipsius equitis ad unum gladii ictum caput desecuisset. ita omnes metu pertulit, ut prospectantibus cunctis ipse con-
293 temptus atque otiosus abscederet. Appio Claudio Quinto Cecilio Metello consulibus Appius Claudius adversus Salassos Gallos congressus et victus quinque milia militum perdidit. separata pugna quinque milia hostium occidit. sed cum iuxta legem, qua constitutum erat, ut quisque quinque milia hostium peremisset, triumphandi haberet potestatem, iste quoque triumphum expetisset propter superiora vero damna non impetravisset, infami impudentia atque ambitione usus privatis sumptibus triumphavit. Lucio Cecilio Metello Quinto Fabio Maximo Serviliano consulibus inter cetera
P 3 prodigia *androginus Romae visus iussu aruspicum in mare mersus est.* sed nihil impie expiationis procuratio profecit. nam tanta subito pestilentia orta est, ut ministri quoque faciendorum funerum primum non sufficerent, deinde non essent. iamque etiam magne domus vacue vivis plene mortuis remanserunt. largissime introrsum hereditates et nulli penitus heredes. denique iam non solum in urbe vivendi sed etiam adpropinquandi ad urbem negabatur facultas; tam sevi per totam urbem tabescentium sub tectis atque in stratis suis cadaverum putores exalabantur. expiatio illa crudelis et viam mortis hominum. mortem hominis instruens tandem Romanis inter
294 miserias suas erubescentibus, quam misera et vana esset, innotuit. ante enim in suffragium preveniende cladis est habita et sic pestilentia consecuta est, que tamen sine ullis sacrificiorum satisfactionibus tantummodo secundum mensuram arcani iudicii expleta correptione sedata est. quam si artifices illi circumventionum haruspices sub ipsa, ut assolet, declinatione morborum forte celebrassent, procul dubio sibi diis et ritibus suis reductae
15 sanitatis gloriam vindicassent. igitur Fabius *Metellus* consul in *Celtiberia* contra Lusitanos et Viriatum dimicans Baccia oppidum, quod Viriatus obsedebat, depulsis hostibus liberavit et in deditionem cum plurimis aliis castellis recepit. fecit facinus etiam ultimis barbaris Scythie non dicam Romane fidei et moderationi execrabile. quingentis enim principibus eo-
295 rum, quos societate invitatos deditionis iure susceperat, manus precidit.
16 *Quintus Pompeius* sequentis anni consul fines Numantinorum ingressus accepta maxima clade discessit non solum exercitu poene omni profligato verum etiam plurimis nobilium, qui ei militiae aderant, interemptis. Viriatus autem cum per quattuordecim annos Romanos duces atque exercitum protrivisset, insidiis suorum interfectus est in hoc solo Romanis circa eum fortiter agentibus. quod percussores eius indignos premio iudicarunt dicentes
76 2 *numquam Romanis placuisse imperatores a suis militibus interfici.* at ego non

11 contemptu m^1 ‖ 13 salasso m^1 ‖ 15 erat *ex* erant m^1 ‖ quisquis *Or.* ‖ 26 tabescentium *ex* tanescentium m^2 ‖ 40 inuitatis m^1 ‖ 42 pene m^1 ‖ 46 dicentes *add. L*

76 modo nunc verum etiam sepe intertexere Orientis illa inextricrabilia bella poteram, que raro umquam nisi sceleribus aut incipiunt aut terminantur. sed Romanorum, cum quibus nobis actio est, tanta sunt, ut iure fastidiantur aliena. Mitridates tunc siquidem rex Parthorum sextus ab Arsace victo Demetrio prefecto Babylonem urbem finesque eius universos victor invasit. omnes preterea gentes, que inter Hydaspen fluvium et Indum iacent, subegit. ad Indiam quoque cruentum extendit imperium. Demetrium ipsum secundo sibi bello occurrentem vicit et cepit. quo capto Diodothus quidam cum Alexandro filio regnum eius et regium nomen usurpavit. qui postea ipsum Alexandrum filium, quem participem periculi in pervadendo regno habuerat, ne in optinendo consortem haberet, occidit. Memilio Lepido Gaio Hostilio Mancino consulibus prodigia apparuere diversa et quantum in ipsis 296
fuit, ex more curata sunt, sed non semper aucupatoribus eventum et structoribus fallaciarum haruspicibus oportuni casus suffragantur. namque Mancinus consul postquam a Popilio apud Numantiam suscepit exercitum, adeo infeliciter prelia cuncta gessit atque in id supprema desperatione perductus est, ut turpissimum fedus cum Numantinis facere cogeretur, quamvis et Pompeius iam aliud eque infame foedus cum hisdem Numantinis paulo ante pepigisset. senatus dissolvi fedus et Mancinum dedi Numantinis praecepit. qui nudato corpore manibusque post tergum revinctis ante portas Numantinorum expositus ibique usque ad noctem manens a suis desertus ab hostibus autem non susceptus lacrimabile utrisque spectaculum praebuit. || is cum || contra Numantinos bellum acturus Laviniique sacrificaturus cum es- Nep. 7, 8
set, emisit cavea pullarius pullos, qui in silvam evolaverunt nec reperti sunt diu multumque quaesiti. navigaturus idem e portu Herculis sine auctore vocis audivit 'Mancine mane' cumque scapham conscendisset, immensum anguem illic exhorruit. tribus prodigiis nuntiata sunt infelicia tria pugna faedus deditio. || interea Brutus in ulteriore Hispania sexaginta milia Or. 298
Gallecorum, qui Lusitanis auxilio venerant, asperrimo bello et difficili quamvis incautos circumvenisset oppressit. quorum in eo prelio quinquaginta milia occisa, sex milia capta referuntur, pauci fuga evaserunt. in citeriore Hispania Lepidus pro consule Vacceos innoxiam gentem et supplicem etiam senatu prohibente pertinaciter expugnare temptavit sed mox accepta clade gravissima improbe pertinacie penas luit. sex milia quippe Romanorum in hoc iniusto bello iustissima cesa sunt, reliqui exustis castris armis etiam perditis evaserunt. nec minus turpis hec sub Metello clades quam sub Mancino fuit. Servio Fulvio Flacco Quinto Calpurnio Pi- [illegible] 301
sone consulibus Rome puer ex ancilla natus quadripes quadrimanus, oculis quattuor, auribus totidem, natura virili duplex. in Sicilia mons Etna vastos ignes eructavit ac fudit, qui torrentum modo per prona precipites proxima queque corripientibus exussere flammis, longinquiora autem favillis calidis cum vapore gravi late volitantibus torruerunt. quod Siciliae semper vernaculum genus monstri non portendere malum assolet sed inferre. in Bononensi agro fruges in arboribus nate sunt. igitur in Sicilia bellum servile ortum est, quod adeo atrox et grave multitudine servorum instructu magnitudine copiarum virium fuit, ut non dicam pretores Romanos, quos penitus profligavit, sed consules quoque terruerit. nam septuaginta milia servorum tunc in arma conspirantium fuisse referuntur excepta urbe

19 senatus m[1] *in ras.* || 37 seruio] sexto *Or.* || 38 quadripes *om. Or.*

76 Messana, que servos liberaliter habitos in pace continuit. ceterum Sicilia
in hoc solo miserior, quia insula et numquam erga pactum suum iuris idone
nunc tyrannis subiecta nunc servis vel illis dominatu improbo exigentibus
servitutem vel istis presumptione perversa commutantibus libertatem ma-
xime, quia clausa undique mari egerere foras non facile potest intestinum
malum. biperinam quippe conceptionem perditionis sue aluit sua libidine
aucteam sua morte victuram. in hoc autem servilis tumultus excitatio quanto
rarior ceteris tanto truculentior est, quia intentione commobetur libera mul-
titudo, ut patriam augeat, servilis, ut perdat. anno ab urbe condita sex-
centesimo vicesimo cum maior paene infamia de faedere apud Numantiam
facto, quam apud Caudinas quondam furculas pudorem Romane frontis
9 oneraret, Scipio Africanus consensu omnium tribunum *secundo* consul crea-
tus atque ad oppugnandam Numantiam cum exercitu missus est. Numantia
autem citerioris Hispaniae haud procul a Bacceis et Cantabris in capite
Gallaecie sita ultima Celtiberorum fuit. hec per annos quattuordecim cum
solis quattuor milibus suorum quadraginta milia Romanorum non solum
8 sustinuit sed etiam vicit pudendisque faederibus affecit. *post tantam igitur
ignominiam, quam a Numantinis bis Romani exercitus fuerant subiugati, Pu-
blius Scipio Africanus* ad expugnandam, ut diximus, Numantiam est missus.
is Hispaniam ingressus non se ilico ingessit hostibus, ut quasi incautos cir-
cumveniret, sciens numquam id genus hominum adeo in otium torpore at-
que animo resolvit, ut non ipsa qualitate habitudinis sue apparatus aliorum
10 precelleret, sed aliquandiu militem suum *vitiosum et ignavum exercendo
magis quam puniendo sine aliqua acervitate* in castris velut in scolis ex-
Nep. 16, 1 ercuit. ‖ deinde ‖ omnia que voluptatis causa haberentur in castris, severo
mox submoveri iussit edicto. denique scortorum duo milia cum lixis e pro-
cinctu loci eius eiecta sunt. tantumque subito sub districto duce profecit
exercitus, ut Numantiam diu perniciosissimam Romanis brevi solo exe-
Or. 301. 302 quaret. ‖ igitur ‖ cum partem aestatis totamque hiemem ne attemptata
quidem pugna transegisset, sic quoque parum propemodum hac profecit in-
P 11 dustria. namque ubi copia pugnandi facta est, *exercitus Romanus oppressus
impetu Numantinorum terga convertit sed increpatione et minis obiectantis se
consulis* manuque retinentis *tandem indignatus in hostem rediit et quem fugie-
bat fugere compulit.* difficilis tunc in relatu fides, Numantinos effugavere
et fugientes videre Romani. *unde quamvis Scipio*, quia preter spem acci-
derat, *letatus* et gloriatus esset, *tamen ultra bellum adversum eos audendum
non esse professus est. itaque urbem obsidione conclusit*, fossa etiam circum-
dedit, cuius latitudo pedibus decem, altitudo biginti fuit. ipsum deinde
vallum sudibus prestructum crebris turribus communivit. Numantia autem
in tumulo sita haud procul a flumine Durio tria milia passuum ambitu muri
amplexabatur, quamvis aliqui asserant eam et parvo situ et sine muro fuisse.
unde credibile est, quia hoc spatii cura alendorum custodiendorumque pe-
corum vel etiam exercendi ruris commodo, cum bello premerentur, incluserint
ipsi arcem parvam natura munitam obtinentes. alioquin tantam paucitatem
hominum tam amplum muri spatium non munire magis quam prodere vide-
batur. igitur conclusi diu Numantini et fame trucidati deditionem sui op-

2 solo] quoque *Or.* ‖ idone* *cod.*, idonei *Or.* ‖ 7 auctam *Or.* ‖ 10 uicesimo *ex* bicesimo m^1 ‖ 13 *prius* n *in* numantia m^2 *in ras.* ‖ 14 haud *ex* haut m^2. ‖ 19 ad expugnandam — 20 is *add. L* ‖ 21 corpore *Or.* ‖ 22 resolui m^1 *et Or.* ‖ 25 ercuit deinde omnia m^2 *in ras.* ‖ 36 audiendum m^1 ‖ 40 haud *ex* haut m^2 ‖ 42 quod *Or.*

76 tulerunt, si tolerabilia iuberentur, sepe enim orantes iuste pugne facultatem, ut tamquam viris mori liceret. ultime omnes duabus subito portis eruperunt larga prius potione usi non vini, cuius ferax is locus non est, sed suco tritici per artem confecto, quem sucum a calefaciendo celiam vocant. suscitatur enim ignea illa vi germinis madefacte frugis ac deinde siccatur et post in farina redacta molli suco ammiscetur, quo fermento sapor austeritatis et calor ebrietatis adicitur. hanc igitur potione post longam
P 19 famem recalescentes bello sese optulerunt. ‖ *atrox diu*
77 P 1 *noluerunt.* ‖ novissima spe desperationis in mortem omnes destinati clausam Or. 303
urbem ipsi introrsum succenderunt cunctique *pariter ferro veneno atque igne consumpti sunt. Romani nihil ex his* penitus habuere victis preter securitatem suam. neque enim eversa Numantia vicisse se magis Numantinos
P 3 quam evasisse *dixerunt. unum Numantinum victoris catena non tenuit,* unde
P 4 triumphum dederit Romam. *quicquid supellectile fuit ignis assumpsit.* igitur 304
ea tempestate, cum hec apud Numantiam gesta sunt, apud Romam Grac-
P 5 chorum seditiones agitabantur. *tunc Scipio Tyresum quendam Celticum principem consuluit, qua de causa Numantia haud prius invicta* durasset et *post eversa fuisset. Tyresus respondit 'concordia victoriam, discordia excidium praebuit',* quod Romani tamquam sibi ac de se dictum exempli loco acceperunt, quippe quibus iam de seditionibus discordantis totius urbis nun-
P 8 tiabatur. ‖ *hac tempestate*
76 12 13 *accepit. Numantiam a solo evertit, reliquam provinciam in fidem accepit*
78 2 *accessit.* igitur ‖ Kartagine Numantiaque deletae oritur apud Romanos utilis Or. 304—306
de provisione conlatio et oritur infamis de ambitione contentio. Gracchus tribunus plevi iratus nobilitati, cur inter auctores Numantini faederis notatus esset, agrum a privati eatenus possessum populo dividi statuit. Octavio tribuno plebis obsistenti ademit imperium et successorem Minucium dedit. his causis senatum ira, populum supervia invasit. Gracchus gratiam populi pretio appetens legem tulit, uti pecunia, que fuisset Attali, populo distribueretur. obsistente Nasica etiam Pompeius spopondit se Gracchum, cum primum magistratu abisset, accusaturum. Gracchus cum niteretur, ut ipse
tribunus plebi subsequente anno permaneret, ‖ pullarium domi consuluit ab Nep. 1. 4, 3
eoque ire in campum prohibitus est. sed cum pertinaciter pergeret, sic illisit mox extra ianuam pedem, ut eius excideretur articulus. deinde tres corvi prodeunti ei cum vocibus adversis involaverunt et compugnantes tegulam ante pedes eius deiecerunt. cumque in Capitolio consuleret, similia auspi-
cia habuit. ‖ et cum commotiorum die seditiones populi accenderet, auctore Or. 306—309
Nasica inflammata nobilitas fragmentis subselliorum plebem fugavit. Gracchus per grados, qui sunt super Calpurnium fornicem, detracto amminiculo fugiens ictus fragmento subsellii corruit rursusque adsurgens alio ictu clave cerebro impacte exanimatus est. ducenti preterea in ea seditione interfecti eorumque corpora in Tiberim proiecta sunt. ipsius quoque Gracchi inhumatum cadaver extabuit. interea orta in Sicilia belli servilis contagio multas late infecit provincias. nam et Minturnis quadringenti quinquaginta servi in cruce acti et Sinuesse ad quattuor milia servorum a Quinto Metello et Gneo Servilio Cepione oppressa sunt. in metallis quoque Atheniensium idem tumultus servilis ab Heraclito pretore discussus

---

5 uis *Or.* ‖ 10 ipsi *om. Or.* ‖ 23 del*t* m[1] ‖ 25 cur] quod *Or.* ‖ 37 comitiorum *Or.* ‖ 43 orta praeterea *Or.* ‖ 44 prouincias *sup. lin.* ‖ 46 gn *in* gneo m[1] *in ras.*

78 est. apud Delon etiam servi novo motu intumescentes oppidanis prevenientibus pressi sunt, absque illo primo Siciliensis mali fomite, a quo iste velut scintillae emicantes diversa haec incendia seminarunt. in Sicilia enim post Fulvium consulem Piso consul Amertium oppidum expugnavit, ibi octo milia fugitivorum interfecit, quos autem capere potuit, patibulo suffixit. cui cum Rutilius consul successisset, idem quoque Tauromenium et Hennam, firmissima fugitivorum refugia, bello recepit. amplius quam biginti milia tunc servorum trucidata referuntur. misera profecto talis belli et inextricabilis causa. pereundum utique dominis erat, nisi insolescentibus servis ferro obviam iretur, sed tamen in ipsis quoque infelicissimis damnis pugne et infelicioribus lucris victorie, quanti periere victi, tantum perdidere vic-
6 tores. anno ab urbe condita sexcentesimo bicesimo secundo *motum interim in Asia bellum* est *ab Aristonico Eumenii filio, qui ex concubina susceptus fuerat.* ipse *Eumenis frater Attali fuerat. missus adversum eum* cum in-
7 structissimo exercitu *Publius Licinius Crassus* consul et pontifex maximus *habens* insuper *infinita regum auxilia. nam et Bithyniae rex Nicomedes Romanos iuvit et Mitridates* Ponti et Armeniae, *cum quo bellum postea gravissimum fuit, et Ariarates Cappadox et Polemenes Paflagon.* eorumque maximis copiis adiutus conserto tamen bello *victus est Crassus et* cum exercitu post
P 6 plurimam cedem in fugam acto ipse *ab hostibus captus est, qui magis mori eligens quam a barbaro abduci virgam, quam equum agebat, in oculum se tenentis iniecit.* barbarus autem cum ira et dolore exarsisset, latus Crassi gladio transberveravit. ita ille excogitato genere mortis effugit et dedecore
11 servitutem. ‖ *caput eius Aristonico oblatum, corpus Smyrne sepultum est.* ‖
Nep. (8, 7, 6) iste tam cito Grece in castrensibus expeditionibus studuit, ut sociis Aristonicis seu Greca omni partis illius lingua sine interpretes responderet. ‖ *postea Perpenna consul Romanus, qui successor Crasso veniebat, audita belli*
Or. 309—311 *fortuna ad Asiam celeravit.* ‖ Aristonicum recenti victoria feriatum inproviso bello adortus nudatumque omnibus copiis in fugam vertit. cumque Stratonicen urbem, ad quam ille confugerat, obsidione cinxisset, trucidatum fame
14 ad deditionem coegit. *Aristonicus iussu senatus Romae in carcere strangulatus est; triumphari enim de eo non poterant, quia Perpenna* consul *apud Pergamum Romam rediens diem obierat.* eodem anno Ptolomei Alexandrinorum regis misera vita miseriorem vitae exitum dedit. is enim sororem suam stupro cognitam ac deinde in matrimonio receptam novissime turpius quam duxit abiecit. privignam vero suam hoc est filiam sororis et coniugis coniugem adscivit, filium suum, quem ex sorore susceperat, nec non et filium fratris occidit. quam ob rem tantis incestis parricidiisque execrabilis ab Alexandrinis regno pulsus est. hisdem temporibus Antiochus non contentis Babylona atque Etbatana totaque Medie imperio adversum Phrahaten Parthorum regem congressus et victus est. qui cum in exercitu suo centum milia armatorum habere videretur, ducenta milia amplius calonum atque lixarum immixtas cohortes et histrionibus trahebat. itaque facile cum universo exercitu suo Parthorum viribus oppressus interiit. Gaio Simpronio Tuditano et Marco Acilio consulibus Publium Scipionem Africanum pridie pro contione de periculo salutis sue contestatum, quod sibi pro patria laboranti ab improbis et ingratis denuntiari cognovisset, alio mane exanimem

---

13 est *add. L* ‖ 16 insuper *add. L* (praeterea *Or.*) ‖ 23 et dedecus et seruitutem *Or.* ‖ 30 confugrat m^1 ‖ 39 hidem m^1 ‖ 40 p*rthorum m^1 ‖ 43 cohortes] scortis *Or.* ‖ 45 man. aquilio *Or.*

78 in cubiculo suo repertum non temere inter maxima Romanorum mala recensuerim, presertim cum tantum in ea urbe Africani vigor et modestia valeret, ut facile vivo eo neque sociale neque civile bellum posse existere crederetur. hunc quidem uxoris suae Simproniae Gracchorum autem sororis dolo necatum ferunt, ne scelerata ut credo familiam ad perniciem patriae suae nata inter impias deditiones virorum non etiam facinoribus mulierum esset immanior. ‖ causa autem interitus eius haec fuit. Gaius Nep. (6,2,3) Carbo tribunus plebi cupiens necem vindicare Gracchanam et excitare sopitam Publium Africanum Scipionem eruta Numantia revertentem in contione interrogavit, quid de Gracchi morte sentiret; cui Africanus, iure cesum videri. ‖ Marco Emilio Lucio Oreste consulibus Etna vasto tremore Or. 311. 312 concussa exundavit igneis globis. rursusque alio die Lipara insula et vicinum circa eam mare in tantum efferbuit, ut adustas quoque rupes dissolverit, tabulata navium liquefactis ceris extorruerit, exanimatos pisces supernatantesque excoxerit, homines quoque nisi qui longius potuere diffugere, reciprocato anhelitu calidi aeris adustis introrsum vitalibus suffocarit. Marcio Plautio Hypseo Marco Fulvio Flacco consulibus vixdum Africam a bellorum excidiis quiescentem horribilis et inusitata perditio consecuta est. namque cum per totam Africam immense locustarum multitudines coaluissent et non modo iam cunctam spem frugum abrasissent herbasque omnes cum parte radicum, folia arborum cum teneritudine ramorum consumpsissent, verum etiam amaras cortices atque arida ligna praeroderent, repentino abrepte vento atque in globos coacte portateque diu per aerem Africano pelago immerse sunt. harum cum immensos acervos longe undis surgentibus fluctus per extenta late litora propulissent, tetrum nimis atque ultra
79 P 4 opinionem pestiferum odorem tabida et *putrefacta congeries exalavit. unde omnium* pariter *animantum* tanta pestilentia consecuta est, ut avium pecodum ac bestiarum corruptione aeris dissolutarum putrefacta passim cadavera vitium corruptionis augerent. at vero quanta fuerit hominum lues, ego ipse dum refero toto corpore perhorresco. siquidem in Numidia, in qua tunc Micipsa rex erat, octingenta milia hominum, circa oram vero maritimam, que maxime Kartaginiensi atque Vticensi litori adiacet, plus quam ducenta milia perisse traditum est. apud ipsam vero Vticam civitatem triginta milia Romanorum militum, que ad presidium totius Africae ordinata fuerant, extincta atque abrasa sunt. que clades tam repentina ac tam violenta institit, ut tunc apud Vticam sub una die per unam portam ex illis iunioribus plus quam mille quingentos mortuos elatos fuisse narretur. anno 315—320
78 16 ab urbe condita sexcentesimo vicesimo septimo *Lucio Cecilio Metello et Tito Quintio Flaminio consulibus Kartago in Africa* restitui iussa bicesimo se-
80 2 cundo demum anno, quam *fuerat eversa,* deductis civium Romanorum familiis, que eam incolerent, restituta et repleta est magno ante prodigio precedente. nam cum mensores ad limitandum Kartaginiensem agrum missi stipites terminorum indices fixos et nocte a lupis revulsos mordicos conrososque repperissent, aliquandiu hesitatum est, utrum Romane paci expediret Kartaginem reformari. eodem anno Gaius Gracchus Gracchi illius, qui iam occisus in seditione fuerat, frater tribunus plebi per tumultum creatur; magna rei publice pernicies fuit. nam cum sepe populum Romanum largitionibus promissisque nimiis in acerbissimas seditiones excitavisset, ma-

25 a*que *m*[1] ‖ 27 auidum *m*[1]

80 xime legis agrarie causa. per quam etiam frater eius Gracchus fuerat oc-
316 cisus. tandem a tribunatu Minucio successore decessit. Minucius tribunus plebi cum maxima ex parte decessoris sui Gracchi statuta convulsisset legesque abrogasset. Gaius Gracchus cum Fulvio Flacco ingenti stipatus agmine Capitolium, ubi contio agitabatur, ascendit. ibi maximo tumultu excitato quidam preco a Gracchanis interfectus velut signum belli fuit. Flaccus duobus filiis armatis cinctus comitante etiam Graccho togato brebemque gladium sub sinistra occultante. quamvis et praeconem frustra peremisset. qui servos ad libertatem vocaret. Ianium tamquam arcem vocavit. contra Decius Brutus vir consularis a clivo publicio cum ingenti certamine inruit. ibi Flaccus diu obstinatissime dimicavit. Gracchus postquam in templum Minerve secesserat, gladio incumbere volens interventu Laetorii retentus
317 est. itaque cum diu anceps bellum agitaretur. tandem sagittarii ab Opimio missi consertam multitudinem disturbaverunt. duo Flacci pater filiusque cum per edem Lunae in privatam domum desiluissent foresque obiecissent, recisso graticio parieti confossi sunt. Gracchus diu pro se amicis pugnantibus ac pereuntibus egre ad pontem subsilicium pervenit ibique, ne vivus caperetur, cervicem servo suo prebuit. caput Gracchi excisum consuli adlatum est. corpus ad Corneliam matrem Misenum oppidum devectum est. haec autem Cornelia, Africani maioris filia, Misenum, ut dixi, prioris filii morte secesserat. bona Gracchi publicata sunt. Flaccus adolescens in robore necatus est. ex factione Gracchi ducenti quinquaginta in Aventino monte cesi fuisse referuntur. Opimius consul sicut in bello fortis fuit, ita
318 in questione crudelis. nam amplius tria milia hominum suppliciis necavit, ex quibus plurimi ne dicta quidem causa innocentes interfecti sunt. hisdem temporibus Metellus Valeares insulas bello pervagatus edomuit et piraticam infestationem, que ab hisdem tunc exoriebantur, plurima incolarum cede compressit. Gneus quoque Domitius proconsul Allobrogas Gallos iuxta oppidum Vindalium gravissimo bello vicit maxime, cum elephantorum nova forma equi hostium hostesque conterritu diffugissent. biginti milia ibi Allobrogum cesa referuntur, tria milia capta sunt. eodem tempore Etna mons ultra solitum exarsit et torrentibus igneis superfusis lateque circumfluentibus Catinam urbem finesque eius oppresit ita, ut tecta edium calidis cineribus preusta et pregravata corruerent, cuius levande cladis causa senatus de-
3 cem annorum vectigalia Catiniensibus remisit. *anno ab urbe condita sexcentesimo bicesimo octavo Gaius Cassius Longinus et Sextus Domitius Calvinus*
319 *consules* Bituito regi Arbennorum Galliae civitatis bellum maximum instructum comparantia adeo cum parvo exercitu Domitius occurrit, ut Bituitus paucitatem Romanorum vix ad escam canibus, quos in agmine habebat, suffi-
320 cere posse iactaret. qui cum sibi ad transferendas copias unum pontem Rhodani fluminis parum esse intellegeret. alium compactis lyntribus catenisque connexum superstratis confixisque tabulis instruxit. conserta pugna et diu graviter agitata victi Galli conversique in fugam. dum quisque sibi timet. coacervatis inconsultae agminibus et prepropero transitu pontis vincla ruperunt ac mox cum ipsis lyntribus mersi sunt. centum octoginta milia ar-

1 qua m^1 ‖ pro qua *Or.* ‖ 6 nis *in* gracchanis m^2(?) *in ras., sex fere litt.* ‖ 8 gladii m^1 ‖ praemisisset *Or.* ‖ 9 uocauit] occupauit *Or.* ‖ 10 insuit m^1 ‖ 14 conserta m^1 ‖ 16 pariet m^1 ‖ 20 prioris] p**ris m^1 ‖ 21 adolescens *ex* adulescens m^1 ‖ 28 proconsule m^1 ‖ 34 coruerent m^1 ‖ 37 aruennorum m^1 ‖ 38 comparanti *Or.* ‖ domitius — pau *add.* m^2, domitius oc *in ras., ut videtur* ‖ bituitus *add. L e sup. lin.* ‖ 42 conexum m^1

80 matorum in exercitu Bituiti fuisse traduntur, ex quibus centum quinquaginta
milia vel cesa vel mersa sunt. ‖ quam ‖ quidam Romanus miles nomine Nep. 21, 3
Sertorius insequendo Gallos iaculum in oculo accepto loricatus astam, quam
in oculo acceperat, fixa Rhodanum transnatavit et ad suos reversus est. ‖
6 *preda ex torquibus Gallorum ingens Romam prelata est. Bituitus* ‖ a Domitio Nep. (9, 6, 3)
7 sub dolo pacis captus ‖ *atque ab eo Romam deductus est magnaque gloria consules ambo triumphaverunt. anno ab urbe condita sexcentesimo tricesimo tertio
Marcio Porcio Catone et Quinto Marca Rege consulibus* ‖ Gallorum gentem sub Or. 320
radice Alpium sitam bello adgressus est. qui cum se Romanis copiis circumseptos viderent belloque impares fore intellegerent, occisis coniugibus ac liveris in flammas sese proiecerunt. qui vero preoccupantibus Romanis peragendam et tunc mortis suae copiam non habuerant captique fuerant, alii ferro alii suspendio alii abnegato cibo sese consumpserunt nullusque omnino vel parvulus superfuit, qui servitutis condicionem vite amore tolerarit. ‖ et
10 11 *Narbone colonia deducta est* ‖ et de his triumphatum est ‖ *annoque post a Licinio Metello et Mucio Sevola consulibus*
16 18 *triumphum egerunt. Publio Scipione Nasica et* ‖ Lucio *Calpurnio Bestia consulibus* Or. 321. 322
Iugurthae Numidarum regi bellum consensu populi Romani senatus indixit. igitur Iugurtham, Hicipse Numidarum regis adoptivus, heres inter naturales eius filios factus primum coheredes suos id est Hiempsalem occidit, Atherbalem bello victum Africa expulit. deinde Calpurnium Bestiam consulem adversum se missum pecunia conrupit atque ad turpissimas condiciones
82 3 pacis addixit, *quae a senatu inprobata est.* preterea cum Romam ipse venisset, omnibus pecunia aut corruptis aut adtempestatis seditiones dissensionesque permiscuit. quam cum egrederetur infami satis notavit elogio
4 dicens ‘o urbem venalem et mature perituram, si emptore invenerit’. *insequenti anno Spurium Postumium Alvinum,* Posthumii consulis fratrem, quem is quadraginta milia armatorum exercitu prefecerat, apud Chalamam urbem thesauris regiis conditis inhiantem bello pressit cuique victo ignominiosissimum faedus exegit, universam paene Africam a Romanis deficientem
6 regno suo iunxit. ‖ *tertio missus*
8 (*Metellus*) *Iugurtham* ‖ duobus ‖ *preliis vicit* Or. 322
9 *et cum iam* ‖ vidit presentes et vastari Numidiam suam et non posse de- Or. 322—324
fendi, a quo ad deditionem coactus trecenti obsides dedit, frumentum atque alios commeatos persolviturum sese respondit, tria milia amplius perfugarum reddit. exim cum incertus in pace improbos non perhiberet excursus, Gaii Marii consulis non minore paene, quam ipse preditus erat, astutia Romanisque viribus fractus est maxime postquam Marius urbem Chapsam ab Hercule Phenicae, ut ferunt, conditam regiis tunc thesauris confertissimam dolo circumvenit et cepit. diffidens deinde propriis rebus et viribus Iugurtha societatem cum Boccho Maurorum rege fecit, cuius equitatum in immensum auctus Marianum exercitum creberrimis incursionibus fatigavit. posttremo apud Cirtam urbem antiquam Masinissae regiam adversum Romanos expugnationem eius parantes sexaginta milia equitum instructus occurrit. numquam ulla Romano militi tumultuosior pugna et terribilior fuit adeo, ut discursu et fremitu circumcursantium et impetentium

---

2—4 *Nep.*: sertorius loricatus hastam rixam oculo gerens Rhodanum transnatauit ‖ 5 bituitus — 6 captus *add. m² in ras.* ‖ 11 peragendae tunc *Or.* ‖ 21 bestiam *add. L* ‖ 24 aut adtemptatis *Or.* ‖ 35 persoluturum *m¹* ‖ 43 postremo *m¹*

82 equitatum suscitatus pulvis celum subtexuerit, diem ademerit nocteque obduxerit, tantus autem telorum nimbus ingruerit, ut nulla pars corporis ab ictu tuta esset, quippe quibus et visus ad prospiciendum impedimento caliginis et expeditio ad cavendum compressione multitudinis deerat. nec laborabat eques Maurus ac Numida, ut bene conlocatum hostem oportuno teli impetu rimaretur sed potius in incertum pila mittebant certi, quod vulnera incerta non essent. ita coacti in unum Romani pedites densabantur. intercapedinem tanti periculi nox interveniens dedit. eadem postera die et belli et periculi facies. erumpere in hostem quamvis stricto miles gladio non valebat, eminus enim iaculis repellebatur, fugere non poterat: undique enim velocior ad persequendum eques incluserat. iam tertia dies et nullum undecumque suffragium, dira undique mortis facies obiciebatur. tandem Marius consul forti desperatione spei viam fecit, universo simul agmine prorupit e vallo campoque sese simul et prelio dedit. et cum iterum circumfusi hostes non solum agminis extrema laniarent verum etiam media excursis procul telis cederent turbatosque Romanos insuper etiam estus solis intolerantia sitis mortis circumstantia usque ad extremum desperationis defatigaret, subito notum illud Romanorum adversus Afros tempestatum imbriumque suffragium celo missum insperate saluti fuit, siquidem repentina pluvia sitientibus Romanis et estuantibus refrigerium potumque prebuit. porro autem Numidis hastilia telorum, que manu intorquere sine ammentis solent, lubrica hac per hoc inutilia reddit: scuta etiam, quae elephanti corio extento atque durato habilia et tuta gestabant, cuius ea natura est, ut acceptum imbrem tamquam spongia ebibat ac per hoc intractabile repentino pondere fiat, quia circumferri non poterant, defendere nequiverunt. ita ex insperato conturbatis destitutisque Mauris ac Numidis Bocchus et Iugurtha fugerunt. post hoc nonaginta milia armatorum novissimo bello ab hisdem regibus obiecta. hec quoque usque ad internicionem Romanis vincentibus cesa referuntur. ex eo Bocchus spem belli abiciens pacem petivit atque
12 in pretium pacis Iugurtham dolo captum catenisque obrutum per *Cornelium*
80 16 *Syllam questorem* legatum Marii misit ad Marium. ‖ interea *nuntiatum Rome*
82 13 *est Cymbros e Gallia in Italiam transire* meditarentur. *a Marco Iunio Silano* consule *collega*
Or. 324 17 (*ante currum*) *Marii* ‖ in triumphum ‖ *Iugurtha* (*ductus est*
Or. 325. 326 P 4 *eodemque tempore* ‖ obscenum prodigium ac triste visum est. Lucius Helvius eques Romanus cum uxore et filia *de Roma in Apuliam* rediens tempestate correptus cum filiam consternatam videret, ut citius propioribus tectis succederet, relictis vehiculis arreptisque equis filiam virginem equo insidentem in medium agmen accepit. puella continuo *ictu fulminis exanimata est sed omnibus sine scissura aliqua vestimentis ademptis ac pectoribus pedumque vinculis dissolutis munilibus etiam anulisque discussis* ipso quoque *corpore inleso* nisi quod obscenum in modum *nuda* et lingua paululum exerta *iacuit. equus quoque* ipse, quo utebatur, straturis *frenis et cingulis* dissolutis passim ac dispersis exanimis procul iacuit. parvo post hoc intercessu temporis Lucius Veturius eques Romanus Emiliam virginem Vestalem furtivo stupro polluit. duas preterea virgines Vestales eadem Emilia ad participationem incesti sollicitatas contubernalibus sui corruptoris exposuit ac tradidit. indicio per servum factum supplicium de omnibus sumptum est. hisdem preterea Iu-

1 equitum *Or.* ‖ 2 nimbus *ex* nimbu* m^1 ‖ 22 quae] q; m^1 ‖ 31 marii *add. L*

82 gurthini belli temporibus Lucius Cassius consul in Gallia Tigurinos usque Oceanum persecutus rursusque ab isdem insidiis circumventus occisus est. Lucius quoque Piso vir consularis legatus Cassi consulis interfectus est. Gaius Publius alter legatus, ne residua exercitus portio, que in castra confugerat, deleretur, obsides et dimidīam partem rerum omnium Tigurinis turpissimo faedere dedit. qui Romam reversus a Celio tribuno plebi die dicta eo quod Tigurinis obsides dederat, in exilium profugit. Cepio pro consule capta urbe Gallorum, cui nomen est Tolossae, centum milia ponderis auri et argenti centum decem milia e templo Apollini sustulit. quod cum ad Massiliam amicam populi Romani urbem cum presidiis misisset, interfectis clam, sicut quidam contestantur, quibus ea custodienda et pervehenda commiserat, cuncta per scelus furatus fuisse narratur, unde etiam magna questio post Romae acta est. ‖

LIBER V.

84 2 *Dum bellum in Numidia contra Iugurtham geritur,* ‖ anno ab urbe condita sex- Or. 327. 328
3 centesimo quadragesimo secundo *Marcus Mallius* consul et *Quintus Cepio* pro consule adversum Cimbros et Teutonas et Tigurinos et Ambronas Gallorum Germanorum gentes, que tunc imperium Romanum extinguere conspiraverant, missi provincias sibi Rhodano flumine medio diviserunt. ubi dum inter se gravissima invidia et contentione discertant, cum magna ignominia et periculo Romani nominis victi sunt. siquidem in ea pugna Marcus Mallius consularis captus atque interfectus est, duo filii consulis cesi, octoginta milia Romanorum sociorumque ea tempestate trucidata, quadraginta milia calonum atque lixarum interfecta Anchia scribit. ita ex omni penitus exercitu decem tantummodo homines, qui miserum nuntium ad augendas miserias reportarent, superfuisse referuntur. hostes binis castris atque ingenti preda potiti nova quadam atque insolita execratione cuncta, quae ceperant, pessumdederunt. vestes scissas proiecta est, aurum argentumque in flumen abiectum, lorice virorum concise, falere equorum disperdite, equi ipsi gurgitibus immersi, homines laqueis collo inditis ex arboribus suspensi sunt ita, ut nihil prede victor, nihil misericordiae victus agnosceret. maximus tunc Romae non solum luctus verum etiam metus
6 *fuit, quantum vix Hannibalis tempore Punicis bellis,* ne confestim Cimbri Alpes transgrederentur Italiamque delerent. hisdem temporibus Quintus Fabius Maximus filium suum adolescentem rure legatum cum duobus servis parricidii ministris interfecit ipsosque continuo servos in pretium sceleris manu
7 misit. die dicta Gneo Pompeio accusante damnatus est. igitur ‖ *Marius post victoriam*
9 *sed in quartum* eius *consulatum collegam habuit Quintum Lutatium Catulum* ‖ et Or. 328. 329
cum iuxta Hisare Rhodanique flumina, ubi in sese confluunt, castra posuisset, Teutones Cimbri et Tigurini et Ambrones postquam continuo triduo circa Romanorum castra pugnarunt, si quo pacto eos excuterent vallo atque

---

9 e *om.* *m*^{1} ‖ 19 d*uiserunt *m*^{1} ‖ 22 mall *in* mallius *m*^{2} *in ras.* ‖ m. aurelius *Or.* ‖ 24 antias *Or.* ‖ 28 ceperant *ex* peperant *m*^{1} ‖ 30 indi*s *m*^{1} ‖ 35 rus relegatum *Or.*

84 in aequor effunderent, tribus agminibus Italiam petere destinarunt. Marius post digressum hostium castra movit et collem occupavit, qui campo et fluvio, ubi hostes sese diffuderant, imminebat. cumque exercitui eius aqua ad potandum deessent querelisque omnium eo argueretur, aquam quidem in conspectu esse respondit sed eam ferro vindicandam. primis itaque calonibus cum clamore in pugnam ruentibus subsecutus exercitus mox iusto certamine compositis ordinibus bellum gestum et vicere Romani. quarto die rursus producte utrimque in campum acies usque ad meridiem paene pari pugnavere discrimine. post ubi incalescente sole fluxa Gallorum corpora in modum nivium tabuerunt, usque in noctem cedes potius quam pugna protracta est. ducenta milia armatorum Gallorum in eo bello interfecta sunt, octoginta milia capta, vix tria milia fugisse referuntur. dux quoque eorum Teutobodus occisus est. mulieres eorum constantiore animo quam si vicissent, consuluere consulem, ut si inviolata castitate virginibus sacris ac diis serviendum essent, vitam sibi reservarent. itaque cum petita non impetravissent, parvulis suis ad saxa conlisis cuncte sese ferro ac suspendio perhemerunt. hec de Tigurinis et Ambronibus gesta sunt. Teutones autem et Cimbri integris copiis Alpium nives emensi Italiae plana Nep. 15,21.22 pervaserant, ‖ quorum adeo feritas erat: ‖ leti perire in bello, in morbo Or. 329. 330 cum lamentis, amisso duce vivere inlicitum eis videbatur. ‖ igitur ‖ cum plana Italie pervasissent et ibi cum rigidum genus diu blandioribus auri poculis civis ac lavacris emolliretur, Marius quinto consul et Catulus Quintus adversum eos missi. die ad pugnam et campo dato Hannibalis secuti ingenium in nebula disposuere pugnam, in sole pugnarunt. prima siquidem perturbatio Gallorum fuit, quod Romanam aciem prius offendere dispositam quam adesse senserunt, cumque ilico vulnerati equites retro in suos cogerentur totamque multitudinem indisposite adhuc adventante conturbarent et sol cum vento ortus ex adverso emicuisset, visus eorum pulvis opplevit et splendor hebitavit. ita factum est, ut tanta ac tam terribilis multitudo minima Romanorum clade, sua autem ultima internicione cederetur. centum quadraginta milia eorum tunc in bello cesa, sexaginta milia capta 16 dicuntur, ‖ *Romani milites*

Or. 330. 331 85 P 3 *alie funibus* ‖ per equorum crura consertis ipsisque continuo equis extimulatis, postquam suas hisdem funibus, quibus equorum crura nexuerant, indidere P 4 cervices *prostracte* atque exanimatae sunt, *aliae laqueo de subrectis plaustro*-P 5 *rum temonibus pependerunt.* inventa est etiam quedam, que *duos filios traiectis per colla eorum laqueis ad suos pedes* vinxerit et cum se ipsa suspendio moritura dimisisset, secum traxerit occidendos. inter haec multa et miserabilia mortis genera reguli quoque duo strictis in se gladiis concurrisse referuntur. Lucius et Boiorix reges in acie ceciderunt. Claodicus et P 6 Cesorix capti sunt. ‖ *ita in his duobus*

Or. 331–335 P 9 *quae se suosque parvulos femineo furore* ‖ vi autem virili *necaverunt. his bellis finis fuit, triumphus utrisque decretus est.* igitur talem Marii triumphum Romanamque victoriam incredibile facinus et numquam antea Romanis cognitum Romae subito perpetratum versa in horrorem ac merorem tota urbe fuscavit. Publicius quidam Malleolus servis annitentibus matrem suam inter-

---

1 equor m^1 ‖ 4 coargueretur *Or.* ‖ 6 iuxto m^1 ‖ 7 certane m^1 ‖ 10 distabuerunt *Or.* ‖ 11 gallorum *om. Or.* ‖ 12 toginta — tria m^1 *in ras.* ‖ 17 peremerunt m^1 ‖ 21 auris m^1 ‖ 22 quintus *om. Or.* ‖ 46 quidam] siquidem *Or.*

85 fecit, damnatus parricidii insutusque in culleum in mare proiectus est. impleveruntque Romani et facinus et paenam, unde et Solon Atheniensis decernere non ausus fuerat, dum fieri posse non credit, et Romani qui se ortos a Romulo scirent, etiam hoc fieri posse intellegentes supplicium singulare sanxerunt. anno ab urbe condita sexcentesimo quadragesimo quinto 332 post Cimbricum et Teutonicum bellum et quintum Marii consulatum, quo status imperii Romani iure conservatus iudicatur, sextus consulatus eiusdem Gaii Marii ita labefactatus est et pene usque ad extremum intestina clade conciderit. evoluere ac percurrere mihi discordiarum ambages et inextricabiles seditionum causas incomodum simul ac longum videtur. sane breviter strinxisse me sufficiat, quia primus Lucius Apuleius Saturninus excitati tumultus auctor extiterit Quinto Metello Numidico viro sane primario acerrimus inimicus, qui eum censorem creatum domo atque in Capitolium confugientem armata multitudine obsedit. unde equitum Romanorum indignatione deiectus est plurima ante Capitolium cede facta. Anunium deinde competitorem suum Saturninus et Glaucia fraude Gai Marii consulis occiderunt. subsequente anno Marius sexto consul et Glaucia pretor et Saturninus tribunus plebis conspiraverunt Metellum Numidicum in exilium quacumque vi agere. die dicta suppositis eiusdem factionis iudicibus per sceli innocens Metellus damnatus in exilium cum totius urbis dolore discessit. 333 idem Saturninus Memmium virum acrem et integrum fieri consulem timens orta subito seditione fugientem per Publium Mettium satellitem informi stipite comminutum interfecit. fremente pro tanti rei publice malis senatu populoque Romano Marius consul accommodato ad tempus ingenio consensui bonorum sese immiscuit commotaque plebem leni oratione sedavit. Saturninus infamibus ausibus contentionem domi sue habuit ibique ab aliis rex, ab aliis imperator est appellatus. Marius manipulatim plebem descripta alterum consulem cum presidiis in colle disposuit, ipse portas communivit. in foro praelium commissum est. Saturninus a Marianis foro pulsus in Capitolium confugit. Marius fistulas, quibus eo aqua deducebatur, incidit. bellum deinde in atrium Capitolii horridum satis actum est. multi circa Sauferium et Saturninum cesi. Saturninus palam clamitans Marium auctorem esse omnium molitionum suarum contestatus est. cum autem ipse Saturninus et Sauferius et Labienus cogente Mario in curiam non fugissent, per equites Romanos effractis foribus occisi sunt. Gaius Glaucia extractus e domo Claudii trucidatus est. Furius tribunus plebi bona omnium publicanda decrevit. Gneus Dolabella Saturnini frater per forum holitorium fugiens cum Lucio Giganio interfectus est. itaque auctoribus tante sedi- 334 tionis occisis quies populo fuit. tunc Cato atque Pompeius rogationem de reditu Metelli Numidici totius urbis gaudio promulgarunt. quae ne perficeretur, Marii consulis et Furii tribuni plebis factionibus intercessum est. Rutilius quoque vir integerrimus adeo fidei atque innocentiae constantia usus est, ut die sibi ab accusatoribus dicta usque ad cognitionem neque capillum barbam dimiserit neque sordida veste humilive habitu suffragatores conciliarit, inimicos permulserit, iudices temperarit, orationem quoque a pretore concessam nihilo summissiore quam animum habuerit; cum evidenti

2 lon *in* solon *add.* m^2 *in ras.* || 6 cum *in* cimbricum *sup. scr.* m^1 || 8 ut *Or.* || 11 me *om. Or.* | quia] quod *Or.* || 26 saturnius m^1 || contionem *Or.* || 31 atrium] aditu *Or.* || 34 non fugissent] confugissent *Or.* || 42 us adeo *add.* m^2 *in ras.* || 44 barbamue m^1

85 . obpugnaretur calumnia et opinione bonorum omnium iure absolvendus puta-
retur, periurio iudicum condemnatus est. qui Zmyrnam commigrans litte-
335 rarum studiis intentus consenuit. anno ab urbe condita sexcentesimo quin-
quagesimo nono Sexto Iulio Caesare et Lucio Marcio Philippo consulibus,
86 2 *cum prope alia omnia bella cessarent,* intestinis causis sociale bellum tota
3 commovit Italia. ‖ *qui cum annis*
Or. 335 6 *alius consul.* interea ‖ Libius Drusus tribunus plebi Latinos omnes spe liber-
tatis inlectos, cum placito explere non posset, in arma excitavit. eo acces-
P 1 sit, ut mestam urbem prodigia dira terrerent. *nam sub ortu solis globus*
igneus a regione septemtrionis cum maximo caeli fragore emicuit. apud Arre-
P 3 *tinos* cum panes per conbivia frangerentur, *cruor e* mediis *panibus quasi e*
vulneribus corporum fluxit. preterea ‖ *per septem*
Or. 335. 336 P 6 *visa est.* ‖ complures preterea in itinere videre Romani globum coloris aurei
celum ad terram devolvi maioremque factum rursus a terra in sublime
orientem solem ferri ac magnitudine sua ipsum solem obtexisse. Drusus
tantis malis anxius domi sue incerto quidem auctore interfectus est. igitur
Picentes Vestini Marsi Peligni Marrucini Samnites Lucani cum adhuc oc-
cultam defectionem meditarentur, Gaium Servium pretorem legatum ad se
missum apud Asculum occiderunt statimque clausa civitate omnes cives Ro-
manos indicta cede iugularunt. continuo atrocissimam perniciem infamis-
P 7 sima processere prodigia. namque *omnium generum animalia, que* manus
hominum blande perpeti atque ‖ *inter homines*
Or. 336. 337 P 12 *sumpsit insigne.* ‖ igitur Gneus Pompeius pretor cum Picentibus iussu sena-
tus bellum gessit et victus est. postquam sibi Samnites Papium Mutilum
ducem prefecerant, Marsi autem Agamemnonem archipiratam preoptave-
rant, Iulius Cesar Samnitum pugna victus ceso fugit exercitu. Rutilius
consul Marium propinquum suum legatum sibi legit, quem assidue sub-
montem moram bello utilem fore et paulisper in castris exerceri militem
oportere tironem dolo id eum agere ratus contempsit seseque in insidias
Marsorum et universum agmen exercitus sui incautus iniecit, ubi et ipse
consul occisus et multi nobiles interfecti et octo milia militum Romanorum
cesa sunt. arma et corpora interfectorum in conspectu Marii legati Tole-
nus fluvius pertulit atque in testimonium cladiis evexit. Marius raptis con-
tinuo copiis victores insperatos oppressit, octo milia et ipse Marsorum inter-
fecit. Cepio autem a Vestinis et Marsis deductus in insidias cum exercitu
trucidatus est. Lucius vero Iulius Caesar postquam apud Eserniam victus
aufugerat, contractis undique copiis adversum Samnitas et Lucanos dimicans
multa hostium milia interfecit. cumque ab exercitu imperator appellatus
esset Romamque nuntios de victoria misisset, senatus saga hoc est vestem
meroris, quam exorto sociali bello sumpserat, hac spe adridente deposuit
atque antiquum toge decorem recuperavit. Marius deinde sex milia Mar-
Nep. 1, 2 4 sorum cecidit, septem milia armis exsuit. ‖ idem ‖ Marius Syram mulierem
in castris habebat sacricolam, ex cuius auctoritate asserebat se omnia ag-
Or. 337 12 13 gredi. ‖ interea *Lucius Cornelius* Sylla *pretor* ‖ cum biginti et quattuor
cohortibus Eserniam missus, ubi artissima obsidione Romani cives milites

9 urbe m^1 ‖ 11 r e mediis pa *add.* m^2 *in ras.* ‖ 15 ad orientem *Or.* ‖ 27 submonentem *Or.* ‖ 29 eum m^2 *in ras.* ‖ r *in* agere *add.* m^2 ‖ 31 militum *om. Or.* ‖ 33 cladiis *ex* gladiis m^2, cladis *Or.* ‖ 35 e *in* cepio *add.* m^2 ‖ 36 postquam apud aeserniam m^2 *in ras.* ‖ 40 *ridente m^1, adridente m^2 *quae et sup. scr.* gaudente ‖ 42 s *in* exsuit *sup. lin.* ‖ 45 cohor m^2 *in ras.*

86 premebantur, maximo bello et plurima cede hostium urbem sociosque servavit. Gneus Pompeius Picentes gravi prelio fudit. qua victoria senatus laticlavia et cetera dignitatis insignia recepit, cum togas tantummodo victoria Cesaris primum respirante sumpsisset. Porcius Cato pretor Etruscos, Plotius legatus Vmbros plurimo sanguine impenso et difficillimo labore vicerunt. ‖ Sylla preliaturus simulacrum Apollinis Delphis ablatum suppliciter orabat in conspectu militum, ut promissa prestaret, et videbatur fretus inhire bellum. ‖ igitur ‖ Gneo Pompeio Lucio Porcio Catone consulibus Pompeius diu obsedit Asculum civitatem nec tamen expugnavisset, nisi populum in campum prorupente gravissima oppressione vicisset. decem et octo milia Marsorum in ea pugna cum Frauco duce suo cesa sunt, capta tria milia. quattuor milia autem Italici viri ex ea cede profugi iugum montis coacto in unum agmine forte conscenderat, ubi oppressi exanimatique nivibus miserabili morte riguerunt. namque ita ut attoniti timore hostium steterant, alii stirpibus vel saxis reclines, alii armis suis innitentes, patentibus cuncti oculis dentibusque nudatis viventium in modum visebantur. nec ullum erat procul intuentibus mortis indicium nisi diuturna immovilitas, quam nullo modo humanae vite vegetatio diu perpeti potest. eadem die Picentes congressi et victi sunt, quorum dux Vidacilius convocatis ducibus suis post magnificas epulas largaque pocula cunctos ad exemplum sui provocans hausto veneno absumptus est cunctis factum eius laudantibus sed nemine subsequente. anno ab urbe condita sexcentesimo sexagesimo primo cum obsidendos Pompeios Romanus isset exercitus et Posthumius Alvinus vir consularis tunc Lucii Syllae consul civilem cruorem non nisi hostili sanguine expiari posse testatus est. cuius rei conscientia motus exercitus ita pugnam adortus est, ut sibi unus quisque pereundum videret, nisi vicisset. decem et octo milia Samnitum illo prelio cesa sunt, Iuventium quoque Italicum ducem et magnum ipsius populum persecutus occidit. Porcius Cato consul Marianas copias habens cum aliquanta strenue gessisset, gloriatus est Gaium Marium non maiora fecisse et ob hoc cum ad lacum Fucinum contra Marsos bellum gereret, a filio Gaii Marii in tumultu belli quasi ab incerto auctore prostratus est. Gaius Gabinius legatus in expugnatione hostilium castrorum interfectus est. Marrucini Vestinique Sulpicio legato Pompei persequente vastati sunt. Pompedius et Obsedius Italici duces ab eodem Sulpicio apud Theano flumen horribili prelio oppressi et occisi sunt. Pompeius Asculum ingressus prefectus centuriones cunctosque principes eorum virgis cedit securique percussit, servos predamque omnem subacta vendidit, reliquos liberos quidem sed nudos et egentes abire precepit et cum de hac prede opitulationem aliquam in usum stipendii publici senatus fore speraret, nihil tamen Pompeius ex ea genti erario contulit. namque eodem tempore cum penitus exaustum esset erarium et ad stipendium frumenti deesset expensa, loca publica, que in circuitu Capitolii pontificibus auguribus decemviris et flaminibus in possessionem tradita erant, cogente inopia vendita sunt et sufficiens pecunie modus, qui ad tempus inopiae subsidio esset, acceptus est. equidem tunc in sinus ipsius civitatis eversarum omnium urbium nudatarumque terrarum abrase undique opes congerebantur, cum ipsa Roma turpi adigente inopia precipuas suas partes auctionabatur.

11 duce] imperatore *Or.* ‖ 24 *post* syllae *XII fere Orosii verba desunt* ‖ 25 permotus *Or.* ‖ 27 illo] eo *Or.* 34 duces] imperatores *Or.* ‖ 37 cecidit m^1 ‖ subacta] sub hasta *Or.* ‖ 39 praeda *Or* ‖ 40 egenti *Or.* ‖ 45 et quidem *Or.*

86 quam ob rem consideret tunc tempora sua, cum quasi inexplevilis venter cuncta consumens et semper esuriens cunctis urbibus, quas miseras faciebat, ipsa miserior nihil relinquens nihil habebat et stimulo domesticae famis ad continuationem bellice inquietudinis trudebatur. hisdem temporibus rex Sotimus cum magnis Thracum auxiliis Greciam ingressus cunctos Macedonie fines depopulatus est tandemque a Gaio Sentio pretore superatus re-
341 dire in regnum coactus est. anno ab urbe condita sexcentesimo sexagesimo secundo nondum finito sociali bello, ‖ qui per quinque annos gestum est
14 *Romae primum*
17 *isque* cum *exercitum*
Or. 341. 342 19 *Marius affectavit* ‖ septimum consulatum et *ut ipse ad bellum Mitridaticum mitteretur.* quo Sylla cognito impatiens re vera iuvenis intemperataque ira percitus cum quattuor legionibus primum ante urbem consedit, ubi Gratidium Marii legatum quasi primam victimam belli civilis occidit. mox urbem cum exercitu inrupit, faces ad inflammandam urbem poposcit, omnibus metu abditis per sacram viam cito agmine in forum venit. Marius cum permovere nobilitatem, inflammare plebem, equestrem denique ordinem perarmare adversum Syllam frustra adtemptasset, postremo servis spe liberatis et prede ad arma sollicitatis nequicquam pugnare ausus tamen in Capitolium concessit. sed cum in eo Syllanae cohortes inruissent, magna suorum cede diffugit. ibi tunc Sulpicius misit collega servo suo prodente prostratus est, servum vero ipsum, quod hostem indicaverat, manu mitti, quod vero dominum prodiderat, saxo Tarpeio deici consules decreverunt. Marius fugiens cum persequentum insania circumseptus esset, in Mynturnensium paludibus sese abdidit, e quibus infeliciter luto oblitus ignominioseque protractus, turpi autem spectaculo Mynturnas deductus contrususque in carcerem percussorem ad se missum solo vultu exterruit. deinde lapsus e vinculis in Africam transfugit sollicitatoque ex Vtica filio, ubi in custodia observabatur, continuo Romam regressus Cornelio Cynne consuli societate
88 1 scelerum coniunctus est. igitur ‖ Marius *ad Asiam profectus. Mitridates qui* pontifex *erat*
12 *et per omnem Asiam litteras misit, ut ubicumque inventi essent cives Romani*
Or. 370 372 et Nep. (9, 2, ext. 3) *uno die occiderentur,* ‖ factumque est. ‖ nam octoginta milia civium Romanorum per omnem regnum suum morantium sub uno die interfecta sunt. ‖
Or. quis meror plurimarum provinciarum, quis gemitus occidendorum pariter atque occidentium fuerit, cum singuli quique aut prodere innocentes hospites
14 et amicos aut ipsi periclitari paena hospitum cogerentur. *interea etiam Mothone civitas Achaiae ab Aristone Atheniensi Mitridati tradita est. miserat enim iam ad Achaiam Mitridates Archelaum ducem suum cum centum et triginta*
16 *milibus equitum ac peditum, per quem etiam* Athenas et *reliqua Graecia occupata est. Sylla,* cui post consulatum Mitridaticum bellum obvenerat, *Archelaum apud Pireum* Atheniensium portum septemplici muro communitum
17 diu *obsedit,* ipsam Atheniensium urbem vi *cepit, postea* iusto prelio cum Archelao conflixit. centum decem milia de exercitu Archelai interfecta, vix
19 decem milia superfuisse referuntur, *ex Sylle exercitu tredecim* milia *tantum*

8 quinto demum anno finem accepit (*bellum sociale*) *Paul.* ‖ anno *m*[1] ‖ 10 cum *add. m*[2] ‖ 17 libertatis *Or.* ‖ 19 repugnare ausus tandem *Or.* ‖ in *om. Or.* ‖ 21 misit] marii *Or.* ‖ 24 insania] instantia *Or.* ‖ 34 interfec* *m*[1] ‖ 39 triginta] uiginti *Paul.* ‖ 42 *alterum* n *in* atheniensium *sup. scr. m*[2] ‖ 45 milia *ante* tantum *add. L*

88 *homines interficerentur.* comperta clade Mitridates lectissima septuaginta
milia militum Archelao in subsidium misit ex Asia. secundo prelio quin-
21 decim milia ex his interfecta sunt ibique *Diogenes Archelai filius* truci-
datus est. tertio bello omnes copie, quas Archelaus habebat, extincte
sunt. nam biginti milia militum eius in paludem pulsam cum Syllae fidem
inplorarent, insatiabili victoris ira interfecti sunt totidemque alia in flumen
coacta ac necata. reliqui miserorum passim trucidati sunt. porro autem
Mitridates in Asia nobilissimarum urbium principes occidere bonaque eorum
publicare animo intenderat. cumque iam mille sexcentos ita interfecisset,
Ephesii exemplum verentes excluso presidio eius porta obiecerunt. simi-
23 liter Smyrnei Sardi Colophoni Tranlianique fecerunt. perturbatus ‖ *Mitri-
dates*
90 1 *rex relictis his, quae occupaverat,* civitatibus *ad regnum suum redisset*
3 *non haberet.* igitur Marius et Cinna, *dum Sylla in Achaia atque Asia Mitridatem
vicit,* ‖ ad profligandam universam rem publicam exercitum sibi in quat- Or. 342. 343
tuor partes diviserunt. tres siquidem legiones Mario date, parti copiarum
Gneus Carbo prepositus est, partem Sertorius accepit, ille scilicet Sertorius
iam hic civilis belli intentor et particeps, qui etiam hoc finito aliud post in
Hispania bellum excitavit, quod per multos annos maximis Romanorum cla-
dibus traxit, cetera vero exercitus portio Cinnam secuta est. porro autem
Gneus Pompeius, qui a senatu cum exercitu accersitus, ut rei publice opi-
tularetur, et diu sese novarum rerum aucupatione suspenderat, contemtus
a Mario vel Cinna ad Gneum Octavium alterum consulem sese contulit et
mox cum Sertorio conflixit. infelicem pugnam interventus noctis diremit.
sexcenteni ex utraque parte milites trucidati sunt. postera die cum per-
mixtim corpora ad sepulturam discernerentur, miles Pompeianus fratris sui,
quem ipse interfecerat, corpus ‖ dum spoliat ‖ agnovit. ‖ dictis in deos con- Nep. (5, 5, 4) et Or.
viciis corpus rapuit et sup Pompeianis castris rogo indidit, ‖ ilico pectus
suum gladio transverberans simulque lacrimans et sanguinem fundens su-
per fraternum sese cadaver ‖ igni ‖ abiecit. igitur Marius coloniam Osten- Or. 343. 344
sem vi ingressus omnia ibi genera lividinis avaritiae et crudelitatis exer-
cuit. Pompeius fulmine afflatus interiit, exercitus vero eius pestilentia
correptus pene totus absumptus est. nam undecim milia virorum de ca-
stris Pompei mortua, sex milia autem de parte Octavii consulis siderata
sunt. Marius Antium et Ariciam civitates hostiliter inrupit, cunctosque in
his preter proditores interfecit, bona suis diripienda permisit. post Cinna
consul cum legionibus et Marius cum fugitivis urbem ingressi nobilissimos
6 quosque e senatu et plurimos *consulares viros interfecerunt, multos pro-
scripserunt: ipsius Syllae domo eversa, filios et uxorem ad fugam compulerunt.*
igitur Marius cum interfectorum civium capita inlatam conbibiis, oblata Ca-
pitoliis, conlata rostris ad spectaculum ornatumque congereret, ‖ maxime Nep. (9, 2, 2)
caput Marci Antonii eximii oratoris abscisum, cum etiam tum sanias ma-
naret, in ipso conbibio manu pertractavit insultans insuper illudensque con-
viciis conplexusque est Publium Annium, qui caput illud cruentus attulerat. ‖
ac septimum consulatum cum Cinna tertium consulem pervasisset, in ex- Or. 345
ordio consularis imperii sera tandem morte preeptus est. ‖ quis non iure Nep. (8, 15, 7)

---

23 gneum *om. Or.* ‖ 27—30 *Or. l. l.:* quem ipse interfecerat corpus agnouit . . . ilico pectus suum gladio transuerberans simulque lacrimas et sanguinem fundens super fraternum sese cadauer abiecit ‖ 34 desiderata *Or.*

90 miretur de septem eius consulatus et duos triumphos, quis non in eum merito
stupeat amplissimum testimonium Scipionis: namque cum Scipio interrogatus
esset in cena, si quid de eo ipso Scipione fataliter actum fuisset, quem magnum
imperatorem res publica esset habitura, cumque circumtulisset oculos 'vel
Or. 345. 346 hunc' inquid, ad Marium enim tota animositate respexerat. ‖ interea ‖ Cinna
bonorum neces malorum cede supplevit. nam cum introducta per Marium
fugitivorum manus insatiabilis predandi esset nullamque partem auctoribus
prede consulibus ministraret, in phorum quasi stipendii causa sollicita
militibus circumdata inermis extincta est. cesa sunt in illa die in phoro
urbis octo milia fugitivorum. idemque Cinna quarto consul ab exercitu suo
interfectus est. igitur residui senatorum, qui potentiam Cinne, Marii cru-
delitate, insaniam Fimbriae, Sertorii audaciam fuga evaserant, transvecti in
Greciam coegere precibus Syllam, ut periclitanti immo iam paene perdite
9 patriae opem ferret. *ille in Italiam traiecit, bellum civile gesturus adversum*
Norbanum et Scipionem consules. mox ut Campanum litus attigit, *primo prelio*
contra Norbanum dimicavit non longe a Capua. tum septem milia Romano-
rum Romani interfecerunt, sex milia eorundem ab isdem capti sunt. cen-
11 tum ‖ *biginti quattuor* suos *ammisit. inde etiam*
Or. 348 14 *accepissent,* ‖ Syllae duces plura praelia adversum Marianas partes infelicis-
sima felicitate gesserunt. nam et Quintus Metellus Carrinatis copias ceci-
dit et castra pervasit et Gneus Pompeius Carbonis equitatum graviter tru-
cidavit. Damasippus pretor incentore Mario consule Quintum Scevolam
Gaium Carbonem Lucium Domitium Publium Antistium in curiam quasi ad
consulandum vocatos crudelissime occidit. corpora interfectorum per carni-
14 fices unco tracta atque in Tiberim missa sunt. ‖ *Sylla* deinde *contra Marium*
Or. 348 *iuniorem dimicavit.* ‖ maximum tunc prelium apud Sacriportum fuit, in quo
de exercitu Marii cesa sunt biginti quinque milia, sicut Claudius scribit, ‖
Or. 348 et ex Syllae parte quadringenti perierunt. ‖ Pompeius Carbone etiam castris
exuit fugientemque insecutus nunc cedendo nunc ad deditionem cogendo
plurima exercitus eius parte privavit. Metellus Norbani agmen oppressit,
ubi novem milia Mariane partis occisa sunt. Lucillus cum a Quintio ob-
sideretur, erupit et repentina pugna obsessorem delevit exercitum. nam
346 plus quam decem milia ibi tunc caesa referuntur. Fabius vero Hadrianus,
cui imperium pro pretore erat, regnum Africae servorum manu affectans a
dominis eorum apud Vticam coniectis sarmentis cum omni familia vivus in-
348—351 P 1 census est. *Sylla deinde cum Campanio Samnitum duce et* Carrinatis *reliquis*
copiis ante ipsam urbem portamque *Collinam* ad horam diei nonam *signa*
contulit gravissimoque prelio tandem vicit. octoginta milia hominum ibi
fusa dicuntur. duodecim milia sese dediderunt. reliquam multitudinem in
fugam versam insatiabilis victorum civium ira consumpsit. Sylla mox ut
91 P 1 urbem victor intravit, *tria milia hominum,* qui se per legatos dederant, con-
tra fas contraque *fidem datam inhermes* securosque interfecit. plurimi tunc
quoque ut non dicam innocentes sed etiam ipsius Syllanae partis occisi
sunt, quos fuisse plus nobem milia ferunt. ita libere per urbem cedes
percussoribus passim vagantibus, ut quemque vel ira vel preda sollicitabat,
agitabantur. igitur cuncti iam, quod singuli timebant, aperte frementibus
P 2 *Quintus Catulus palam Syllae dixit 'cum quibus tandem victuri sumus, si in*

11 igitur] interea *Or.* ‖ 24 consu*andum m¹, *3 litt. eras.* ‖ 28 (*Sulla*) quatuor milia (cccc *Eutr.*) de suis perdidit *Paul.* ‖ 30 eius *add. m²* ‖ 31 lucullus *Or.* ‖ 35 congestis *Or.* ‖ 46 te frem *m¹ in ras.*

91 *bello armatos, in pace inermes occidimus?'* tunc Sylla auctore Lucio Fur-
sidio primipilaris primus infamem illam tabulam proscriptionis induxit. prima
proscriptio octoginta hominum fuit, in quibus quattuor consulares erant Carbo
Marius Norbanus et Scipio et inter eos Sertorius tunc maxime pertimescen-
dus. item alia cum quingentis nominibus proposita est. quam cum Lolius
quippe securus nihilque sibi conscius legeret, ubi suum repente nomen offen-
dit, dum se trepidus adoperto capite phoro subtrahit, interfectus est. sed
ne ipsis quide tabulis fides ac finis malorum videbantur. namque alios, quos
proscripserant, iugulabant, alios autem postquam iugulaverant, proscribebant
nec ipsius morti erant via simplex aut una condicio, ut in nece civium
saltem ius hostium servaretur, qui nihil a victis preter vitam exigunt.
P 4 *Marcum Marium* siquidem *de caprili casa extractum vinciri Sylla iussit*
P 5 *ductumque trans Tyberim* ad Lutatiorum sepulchrum *effossis oculis membris-
que minutatim desectis vel* etiam defractis *trucidari.* post hunc Publius Le-
torius senator et Venulaeius triumvir occisi. Marci Marii caput Prenestem
missum. quo viso Gaius Marius ultima desperatione correptus ubi a Lu-
cretio obsedebatur, ne in manus incideret inimicorum, cum Telesino mutua
morte concurrit. dumque violentius ipse in concurrentem manus adigit, circa
suum vulnus manus percutientis ebetavit. ita eo interfecto ipse leviter vul-
neratus cervice servo suo prebuit. Carrinatem pretorem Sylla iugulavit.
inde Preneste profectus omnes Marianae militie principes hoc est legatos
90 16 questores prefectos et tribunos iussit occidi. ‖ *rursus*
19 *consumpti sunt. Pompeius Gneum Carbonem alterum consulem fugientem ab
Arimino* ‖ ad Cossuram insulam in Egyptum fugere conantem cepit et in Or.
Sicilia retractum compluresque cum eo socios eius occidit. ‖ Sylla cognita
22 Pompei adolescentis industria annos unum et biginti natum *tantis exercitibus*
eum *preferebat, ut secundus a Sylla haberetur. occiso ergo Carbone Siciliam
Pompeius recepit* et ‖ in Africam transgressus eruptione circa Vtica facta Or.
decem et octo milia hominum interfecit. quo bello Domitius dux Marianus
dum inter primores pugnat occisus est. idemque Pompeius Hiertam Numi-
diae regem persecutus fugientemque a Bogude Bocchi Maurorum regis filio
spoliari omnibus copiis fecit, quem continuo Bullam reversum tradito sibi
92 1 oppido interfecit. ‖ *post hec Sylla*
3 *triumphavit.* ‖ Sylla dictator creatus est, et ut dominationis et crudelitatis li- Or.
vido honesti precipuique nominis reverentia et armaretur et velaretur: vi-
sus est tandem privatus creatis itaque Publio Servilio et Appio Claudio
consulibus. hoc fine conclusa sunt *duo bella funestissima* sociale Italicum *et*
4 *civile* Syllanum. hec per annos decem tracta ‖ sunt. *consumpserunt autem
ultra centum quinquaginta milia* Romanorum, *viros consulares* triginta *tres,
pretorios septem, aedilicios sexaginta* milia, *senatores fere ducentos* ‖ absque Or.
innumeris totius Italiae populis, qui passim sine consideratione deleti sunt.
P 1 *post haec tamen Sylla mortuo Lepidus Mariane partis* assertor *adversum
Catulum Syllanum ducem surgens* redivivos bellorum civilium cineres susci-
P 2 tavit. *bis tunc acie certatum est. plurimi Romanorum* iam ipsa paucitate mi-
93 P 1 serorum et adhuc illo furore insanientium cesi sunt. *Albanorum civitas pro*

4 a *in* norbanus *in ras.* ‖ u *in* pertimescendus *in ras.* ‖ 14 fractis *Or.* ‖ ublius letorius senator *m*[1] *in ras.* ‖ 17 incidere *m*[1] ‖ 19 hebetauit *m*[1] ‖ 23 pompeius — 24 arimino *Paulina sunt sed mutata* ‖ 24 a cossura insula *Or.* ‖ cepit et *om. Or.* ‖ 25 sylla — 26 natum *e Paulinis composuit L* ‖ 34 et *ante* ut *om. Or.* ‖ 38 *ante* u *in* syllanum *spat. 2—3 litt.* ‖ 39 uiginti tres *Paul.*

93 *eo quod illic Scipio Lepidi filius confugisset*, obsidione obpugnata est atque
excruciata fame ultima miserabilium reliquarum deditione servata est. ibi
P 2 Scipio Lepidi filius captus atque occisus est. *Brutus in Cisalpinam Galliam*
fugiens persequente Pompeio *apud Regium interfectus est.* ita hoc bellum
civile non magis clementia Catuli quam tedio Syllanae crudelitatis ut ignis
P 3 stipula eadem celeritate, qua exorta sit, evanuit. ‖ *hoc tempore*

LIBER VI.

Or. 355–357 92 8 *Marco Aemilio Lepido Quinto Catulo consulibus* ‖ anno ab urbe condita sexcen-
tesimo septuagesimo tertio sonantibus undique *novis* bellorum fragoribus.
9 quorum *unum in Hispania* erat, *aliud in Pamphylia et Cilicia, tertium in Ma-*
cedonia, quartum in Dalmatia. nam Sertorius vir dolo atque audacia potens
cum *partium Marianarum fuisset, timens fortunam ceterorum, qui interempti*
erant, fugiens ex Africa delapsus in Hispanias bellicosissimas gentes Hispa-
niae in arma excitavit. adversum hunc, ut breviter definiam, duo duces
12 missi, *Quintus Caecilius Metellus, filius eius qui Iugurtham regem vicit, et*
Lucius Domitius pretor. quorum Domitius ab Hirtuleio Sertorii duce cum
exercitu oppressus est, Mallius pro consulae Gallie in Hispania cum tri-
bus legionibus et mille quingentis equitibus transgressus iniquam cum Hir-
tulcio pugnam conseruit. a quo castris copiisque nudatus in oppidum Hi-
14 lerdam paene solus refugit. *postea cum inpar pugne solus Metellus puta-*
retur, Gneus Pompeius ad Hispanias missus est. Metellus multis preliis
fatigatus per devia oberrans hostem mora fatigabat, donec *Gnei* Pompei
15 castris consociaretur. *ita duobus ducibus adversis Sertorius fortuna varia*
sepe pugnavit. Pompeius contracto apud Palantiam exercitu Lauronem ci-
vitatem, quam tunc Sertorius superato fugatoque Pompeio Lauronem captam
cruentissime depopulatus est. reliquum agmen Lauronensium, quod cedi-
bus superfuerat, miserabili in Lusitania captivitate transduxit. Pompeium
autem hoc est illum Romanorum ducem a se victum fuisse gloriatus est,
quem magna praeditum fiducia ad hoc bellum non pro consule sed pro con-
sulibus Roma misisset. fuisset huic Pompeio triginta milia peditum, mille
equites Galba scribit, Sertorium autem sexaginta milia peditum, octo milia
equitum habuisse commemorat. postea vero Histulfius cum Metello con-
gressus apud Italicam Betice urbem biginti milia militum perdidit victus-
que in Lusitaniam cum paucis refugit. Pompeius Belgidam nobilem Celti-
berie urbem cepit. Sertorius deinde cum Pompeio congressus decem milia
militum eius interfecit. ex alio cornu vincente Pompeio tantundem poene
ipse perdidit. multa inter eos preterea praelia gesta sunt. Memmius que-
stor Pompei idemque vir sororis eius occisus est, Hirtulei fratres interfecti.
Perpennam, qui se Sertorio iunxerat, comminutus est. postremo ipse Ser-
16 torius *octabo decimo* demum *anno* belli inchoati hisdem quibus et Viriatus
17 suorum dolis interfectus. *finem* huic *bello datur per Gnaeum Pompeium*

1 est *om. Or.* ‖ 2 reliquiarum *Or.* ‖ ibi] ubi tunc *Or.* ‖ 13 hispaniae *om. Or.* ‖ 16 ir *in* hirtuleio m^1 *in ras.* ‖ 25 *post* sertorius *sex f. verba Orosii desunt* ‖ 36 pene m^1 ‖ 41 huic *add. L* (ei *Paul.*)

92 *adulescentem et Quintum Metellum Pium atque omnes prope Hispaniae civitates
in dicionem populi Romani reductae* Romanisque victoriam sine gloria dedit,
quamvis Perpennam postea pars exercitus eius secuta sit, qui a Pompeio
victus cum universo exercitu suo interfectus est. civitatibus vero cunctis
ultra ac sine mora per ditionem receptis due tantum restiterunt hoc est
Vxama et Calagurris, quarum Vxamam Pompeius evertit, Calagurrim Afra-
nius rigi obsidione confectam atque ad infames escas miseranda inopia co-
actam ‖ id est uxorum cadavera atque liverorum facientes sibi civos ‖ ultima
cede incendioque delevit. percussores Sertorii premium ne petendum qui-
dem a Romanis esse dixerunt, quippe qui meminissent antea Viriati per-
cussoribus denegatum. interea Macedonicum bellum *Appius* Claudius sor-
19 titus *levia prelia habuit contra varias gentes, que Rhodopam provinciam*
98 P 1 *incolebant* et Macedoniam crudelissime depopulabant. nam *inter cetera dicta
audituque horrida, que in captivos agebant, raptis, cum poculo opus esset,
humanorum capitum ossibus cruentis capillatisque adhuc ac per interiores ca-
vernas male effuso cerebro oblitis utebantur.* quarum cruentissimi atque im-
manissimi Scordisci erant. has itaque, ut dixi, Claudius pellere Macedo-
niae finibus bello putavit magnisque se malorum molibus obiecit. unde
cum animo eger et curis circumseptus morbo insuper correptus esset, in-
92 21 teriit. *missus est ei successor Gaius Scribonius Curio post consulatum* ad-
temptarum superiore bello gentium vim declinans in Dardaniam arma con-
vertit eamque superavit ‖ *et usque*
94 2 *is Ciliciam* ‖ et Pamphiliam crudelissime adortus dum subdere studet, paene Or. 358. 359
delevit. Cyliciam et urbes eius obsessas oppressasque cepit. preterea
Olympum montem pervagatus Phaselydem evertit, Coryeum diruit. Tauri
quoque montis latera in Cilicia vergentia prescrutatus Isauros bello fractos
3 in *deditionem redegit atque intra triennium bello finem dedit. primus omnium*
4 *Romanorum* per Taurum duxit exercitum ac limitem itineris *fecit. is re-
vertens triumphum accepit et nomen Isaurici meruit. atque in Illyricum mis-
sus est Gaius Cosconius pro consule. is* protrita subactaque Dalmatia Sa-
7 lonas urbem florentissimam *post biennium* tandem expugnavit et | *cepit et
composito bello Romam rediit.*
14 *heredem fecit.* ‖ interea Fimbria, Marianorum scelerum satelles, homo om-
nium audacissimus, Flaccum consulem, cui legatus erat, apud Nicomediam
occidit ac mox arrepto exercitu ad Mitridatis filium ex Asia Militopolim
venientem fugit stationem Mitridatis invadit ipsumque Pergamo pellit fu-
gientemque insecutus apud Pitanam obsedit. et profecto cepisset, si Lucius
Lucullus civilibus discordiis curam rei publicae pretulisset eumque mari
coartare obiecta classe voluisset. inde Fimbria Iliensibus iratus, a quibus
pro Syllanae partis studio obiectu portarum repulsus videbatur, ipsam urbem
Ilium, antiquam illam Rome parentem, funditus cede incendioque delevit.
sed eam Sylla continuo reformavit. idem Fimbria apud Tyatiram cum ab
exercitu Fimbriae profugi Mitridati sese adiunxerunt. quorum hortatu Mitri-
dates cum Sertorio per legatos in Hispania missos faedus pepigit. Ser-
torius ad eum Marcum Marium firmandi faederis causa misit, quem rex
apud se retentum brevi ducem fecit in locum Archelai, qui se iam ad Syl-

2 d*dit *m*[1] ‖ 7 iugi *Or.* ‖ 13 et] ac *Or.* ‖ 18 putauit] adtemptauit *Or.* ‖ 20 est *add. L* ‖ attemptarum *m*[1], adtemptatarum *Or.* ‖ 23 pene *m*[1] ‖ 24 cyliciam] lyciam *Or.* ‖ 34 *ante* erat *m*[2] *add.* hi(? ‖ 35 ad *om. Or.* ‖ 36 uenientem *om. Or.* ‖ fugat *Or.* ‖ mitridatis] regis *Or.* ‖ 13 *post* exercitu XV *f verba Orosii desunt*

94 14 lam cum uxore liverisque contulerat. interea *Mitridates pace rupta Bythiniam et Asiam rursus voluit invadere*, Marium et Eumachum duces suos
15 *adversum* Lucullum et Cottam consules misit cum magno exercitu. sed *ambo consules adversus* eos *non unam habuere fortunam. Cottam apud Chalcedonem victus ab* eis *acie* plurimis perditis *etiam intra oppidum coactus est et ob-*
17 *sessus*, Mitridates Cizicum obsidentem fossa cinxit, *ut Cizico capto totam Asiam invaderet. Lucullus ei alter consul a tergo obsedit et multis preliis vicit fameque consumpsit* eumque, quod faciebat, pati compulit atque ad ipsos Cizicenos, ut bono animo essent, nuntium misit unum ex militibus nandi peritum, qui duobus utribus suspensus mediam ipsae regulam tenens plantisque subremigans septem milia passuum transmeavit. Mitridates inopia laborans classis partem copiarum structam armis domum abire precepit. quam Lucullus excipiens universam classem disperdidit. nam amplius quindecim milia hominum tunc interfecisse narratur. tunc etiam Fannius, qui se Mitridati iunxerat, et Metraphanes regius pretor a Mamerco
374 victi cum duobus milibus equitum in Moesiam profugerunt atque in Moeniam digressi in colles camposque Inaremos inciderunt. ubi non solum montes usti vel saxa quasi quadam fuligine offuscata cernuntur, verum etiam campi ambusto solo squalidi per quinquaginta milia passuum sine ullo ignis vel fornacis indicio et pendulo in profundum cinere putres iacent, tribus etiam locis torride voragines ostenduntur, quas Graeci phyras vocant; in quibus diu oberrantes inopinatis tandem periculis exempti sunt et clam in regis castra venerunt. Deiotarus rex Gallogreciae prefectos regis bello trucidavit. interea Mitridates apud Cizicum eadem mora, qua obsidebat, obsessus in magnam penuriam pestilentiamque exercitum suum coartavit. nam plus quam trecenti milia hominum fame et morbo in eadem obsidione
375 amisisse fertur. ipse cum paucos arrepta navi clam fugit e castris. Lucullus incruento milite spectator cladis aliene novum genus victoriae adeptus est. mox Marium adortus vicit fugavitque. in quo prelio plus quam undecim milia Marianorum militum interfecta referuntur. Lucullus postea cum eodem Mario navali prelio congressus triginta et duas naves regias et complures onerarias aut demersit aut cepit. multi ibi ex his, quos Sylla proscripserat, interempti sunt. Marius postera die de spelunca, ubi latebat, extractus meritas hostilis animi penas luit. eodem vero Lucullus impetu Apamiam vastavit et sub monte Olympo prius ad munitissimam civitatem capta expugnatamque diripuit. Mitridates adversus Byzantium instructa classe navigans tempestate correptus octoginta rostratas naves perdidit. ipse cum quassa iam navi mergeretur, in moeoparonem Seleuci pirate
376 ipso pirata iubante transsiluit. inde Sinopen ac post Amison cum magna difficultate pervenit. eodem anno apud Romam Catilina incesti accusatus, quod cum Fabia virgine Vestali commisisse arguebatur, Catuli gratia fultus
23 evasit. ‖ *anno* ab urbe condita *sexcentesimo septuagesimo octavo Macedoniam*
Or 359 25 *commotum est.* ‖ gladiatores enim septuaginta et quattuor Capue a ludo Gnei
96 1 Lenteli *effracto Capu* diffugerunt, qui continuo ducibus Crixo et Ynomao
97 P 1 Gallis et Spartaco Thrace ‖ *Besubium montem* occupaverunt.
Or 359 361 P 1 *colligerunt.* ‖ nam Crixo decem milium multitudo. Spartaco autem triplex tunc

1 interea *add. L* ‖ 2 suos *add. L* ‖ 3 et cottam *add. L* ‖ 4 eos *et* 5 eis *L pro* eum *et* eo *Pauli* ‖ 6 mitridatem cyzicenos *Or.* ‖ 12 classis *om. Or.* ‖ truc *in* structam m^2 *in ras. 2 litt.* ‖ 13 classem *om. Or.* ‖ 35 *ante* prius ad *3—4 litt. ras.*; prusam *Or.* ‖ 43 enim *add. L* ‖ 44 effracto capu *add.* m^2 *i. m.*

97 numerus fuisse fertur. Ynomaus enim iam in superiore bello fuerat occisus.
P 5 *itaque cum cedibus incendiis rapinis stuprisque omnia miscere*, in exequiis captivae matronae, que se dolore violati pudoris necaverant, munus gladiatorum ex quadringentis captivis scilicet et quod spectandi fuerant spectaturi utpote lanistae gladiatorum potius quam militum principes edediderunt. deinde consules Gelius et Lentulus adversum eos cum exercitu missi. quorum Gelius Crixum acerrimae pugnantem parelio oppressit. Lentulus a Spartaco superatus aufugit. post etiam conlatis frustra ambo consules copiis accepta gravi clade fugerunt. dehinc Gaium Cassium pro consule idem Spartacus oppressum bello interfecit. itaque exterrita civitate non minore propemodum metu, quam sub Hannibale circa portas fremente trepidaverat, senatus Marcum Licinium Crassum cum legionibus consulum novoque supplemento militum misit. is mox ut fugitivorum pugnam iniit, sex milia eorum interfecit, ac tum vero cepit. inde priusquam ipsum Spartacum ad caput Silaris fluminis castra metantem bello adgrederetur, Gallos auxiliatores eius Germanosque superavit, ac quibus triginta milia hominum cum
96 1 ipsis ducibus occidit. novissime ipsum Spartacum *in Apulia* dispositum acie congressum maximasque cum eo fugitivorum copias perculit. nam sexaginta milia eorum cesa, sex milia capta referuntur. tria milia civium Romanorum recepta sunt. ceteri qui ex hoc bello lapsi oberrabant, per
5 complures duces frequenti indagine adtriti sunt ‖ *et post multas calamitates Italiae tertio anno bello huic finis impositus. anno* ab urbe condita *sexcentesimo octogesimo primo duo tantum*
12 *cepit.* sed Sinopen ‖ Seleucus archipirata et Cleoschares spado, qui presidii Or. 376
causa preerant, expilatam atque incensam reliquerunt. Lucullus miserorum hostium intestina clade permotus celeri occursu inmissum restinxit incendium. ita misera civitas versa vice hostium sociorumque unde defendenda, disperdita et unde disperdenda, servata est. preterea Lucullus transgressus Eufraten et Tigrin *secundo prelio apud Gaveram civitatem* Tigrani, *quo ingentes copias ex omni regno adduxerat Mitridates*, *cum* Tigrano et Mitridate congressus parvissima suorum manum agminum hostium numerum triginta milia in eo bello occidit. Mitridates vix de equitibus comitatus au-
11 fugit *castra eius direpta* diademate et thiaram, ne agnosceretur, abiectis. ‖ *Armenia*
16 *imperabat* et *Persas saepe vicerat*, *Mesopotamiam et Syriam et Phoenicis partem occupaverat. ergo Lucullus repetens hostem fugatum* ‖ inminente hieme ‖ *etiam*
20 *et* septem *milibus sagittariorum et armatorum venientem* cum *decem et octo milibus militum*
98 3 *missus.* ‖ eodem tempore Metellus Siciliae pretor cum fedissima illa Gai Verris pretura Siciliam afflictam invenisset, maxime Pyrganione archipirata nefariis cedibus dilacerantem, qui pulsa classe Romana Siracusanum portum optinuerat, quem mox navali terrestrique prelio comminutum Sicilia
4 compulit. *alter autem Lucullus, qui* Curioni in Macedoniam successerat, ‖ *Bessis*
6 *cepit* et *usque*
P 1 *montibus erant circumfusae*, quas ‖ Claudius iam Macaedoniae finibus pellere
7 bello putavit. ‖ *inde*

---

3 necauerat *m*¹ ‖ 4 et quod] qui *Or.* ‖ 5 ediderunt *Or.* ‖ 8 superat *m*¹ ‖ 12 marcum licinium *e sup. add. L* ‖ 14 ac tum] nongentos *Or.* ‖ 29 tigrani *add. L* ‖ 32 llo *in* bello *m*² *in ras.* ‖ mitridates] tigranes *Or.* ‖ de] centum et quinquaginta *Or.* ‖ 37 septem] centum *Paul.* ‖ 46 putauit] adtemptauit *Or.* (*cf. p.* 275, 18

Or. 378 **98** 13 *intra triennium* totam insulam caepit ‖ legesque Minois Romanis legibus permutavit ‖ *appellatusque est Creticus atque ex insula* Creta *triumphavit*
Or. 377 17 *pyrate* ‖ per omnia sparsi maria et iam non tantum intercipientes navium commeatus sed etiam insulas provinciasque vastantes impunitate sceleris et alliditate prede vulgo sese adsociantibus in immensum agebantur.
378–380 18 *quare id bellum Gneo Pompeio decretum est*, qui post multam vastationem,
19 quam terra marique diu egerant, *intra paucos menses ingenti felicitate et* mira *celeritate confecit.* postea successor Luculli factus in minore Armaenia iuxta montem Dastracum castra Mitridatis obsidione conclusit. rex cum omnibus copiis eruptione per noctem facta insuper etiam persequentem bello repellere statuit. Pompeius fugientes persequi intendit. itaque bellum nocte commissum est. luna tunc orta a tergo Romanis erat, Mitridati longitudine umbrarum proximitate hostium rati cuncta in irritum tela fuderunt. Romani velut inermes postea adgressi sine labore vicerunt
21 *castra*que ceperunt. namque de exercito Mitridati quadraginta milia cesa vel capta sunt, Romani vulnerati mille vix autem quadraginta interfecti
22 *et duos centuriones. Mitridates* inter tumultus belli fuga lapsus adiutus etiam beneficio sublustris noctis evasit. relictusque ab omnibus amicis philosophis scriptoribus rerum vel carminum ac medicis solus per devia equum manu trahens atque ad omnes nocturnos strepitos trepidans in quoddam castellum divertit atque inde in Armaeniam perrexit. Pompeius *Mitridate* insecuturus inter duo flumina, quae ab uno monte diversis specubus exoriuntur, hoc est Eufraten et Araxen, urbem Nicopolim fenicibus lixis et egris volentibus condidit. oram Horodis Albanorum prefectosque eius ter prelio vicit. postea epistulas Horodis et munera cum Albanis
100 12 instauranda libenter accepit, *veniam ei et pacem dedit.* Artacen regem Hi-
13 berie bello fudit totamque Hiberiam in deditionem accepit. ‖ *Armenia*
Or. 380. 381 15 *mox* ‖ de Ponto promobens Parthiam ad Haecbathanam urbem caput Parthici regni quinquagesimo die venit. in Bosphorum Mitridate Cerealia sacra celebrante terre motus adeo gravis repente exortus est, ut magna clades ex eo urbium atque agrorum secuta narretur. eodem tempore Castor Mitridatis prefectus, qui Phanagorio preherat, interfectis amicis regis arcem occupavit et quattuor filios Mitridatis ad presidia Romana transmisit. Mitridates accensus ira in scelera exarsit. nam cum plures tunc amicos suos nec non Exipodran filium suum interfecisset, tum ante iam alio
P 2 Macharem patricidio *trucidasset, Pharnaces alter filius eius exemplo fratrum territus exercitum ad persequendum se missum sibi conciliavit et mox*
Nep. ? *adversum patrem duxit* ‖ iusto iudicio, quia ille adversum patrem suum de
P 4 regni iura certavit. interea *Mitridates diu ex altissimo muro filium frustra*
Or. 381 P 5 *precatus ubi inexorabilem vidit,* ‖ moriturus exclamasse fertur, ‖ *quoniam*
Or. 381. 382 **101** P 1 *propter remedia, quibus* ‖ vitalia sua adversus noxios sucos sepe obstruxerat. *veneno confici posset* frustraque spatiaretur, si quo tandem modo infusa pesti per venas vegetatione corporis acta discurreret, *Gallum quendam militem*
100 2 iam fracto muro discurrentem *invitavit eique iugulum prebuit. hunc* exitum vite Mitridates habuit nobisque sententie sue fortissimum argumen-
Nep. (8. 7, ext. 16) tum reliquid. homo omnium, ut ferunt, superstitiosissimus. ‖ qui duarum et

2 ins*la m^1 ‖ 5 auiditate *Or.* ‖ 6 qui *add. L* ‖ 8 factus *om. Or.* ‖ 9 mitridatis] regis *Or.* ‖ 12 mitridati] regii *Or.* ‖ 15 castraque ceperunt *om. Or.* ‖ mitridati] regio *Or.* ‖ 23 senibus lassis et *Or.* ‖ 24 condidit oram m^2 *in ras.* (condidit oranti *Or.*) ‖ 30 a *in* clades *add.* m^2 ‖ 35 nec non] et *Or.*

100 biginti gentium linguis, quas sub regno habuit, locutus est ita, ut num-
3 quam legationes sub interpretibus audiret. ‖ *periit apud Bosphorum, vir ingentis industriae consiliique, regnavit annis* quadraginta, *vixit septuaginta duobus* ‖ habens secum semper philosophos omniumque artium peritissimos. ‖ *contra Romanos bellum habuit annis quadraginta,* alii dicunt triginta. ‖
anno ab urbe condita sexcentesimo octogesimo nono Marco Tullio Cicerone
102 1 *aratore* et *Gneo* Antonio consulibus Pompeius occisi Mitridatis nuntio ac-
100 5 cepto ‖ Tigrani *bellum intulit*
8 *Syria* ‖ Cylen et ‖ *Fenice* Or. 381
10 15 *commovisset mox Ituraeos et Arabas vicit* ‖ urbemque eorum, quam Petram Or. 381
nominant, caepit ‖ *et cum venisset*
19 *transgressus,* ‖ quibus Aristobolus expulso fratre Yrcano primus ex sacerdote Or. 381
rex preerat, atque ad Hierusolimam urbem eorum Gabinium cum exercitu mittit. ipse continuo subsecutus et a patribus urbe susceptus sed a
101 p 3 plebe muro templi expulsus oppugnationem eius intendit. id ‖ *non solum*
100 19 *caput gentis* ‖ vix *tertio mense* expugnavit: *quattuordecim milibus* ibi *Iudaeorum*
101 p 6 *occisis* cetera multitudo in fidem venit ‖ *muros*
p 10 *Pompeius* ‖ pro contione ‖ *narravit.* interea *Lucius Sergius*
102 1 *viris* ‖ per eosdem dies in urbe habita ac prodita est. in Etruria vero civili bello extincta est. sed ‖ *a Cicerone* Catilena *urbe*
1 *deprehensi*] *deprehensi* et
5 *interfectus* est. ‖ sed hanc historiam agente Cicerone et discribente Falustio satis omnibus notam nunc a nobis breviter fuisse perstrictam sat est. motus etiam in Pelignis ortus a Marcellis patre et filio per Lucium Bettium proditus patefacta Catilene coniuratione quasi succisa radice compressus est: et de utroque per Bibulum in Pelignis, per Ciceronem in Brittiis
6 vindicatum est. ‖ *anno* ab urbe condita *sexcentesimo nonagesimo Decio Iunio*
8 *filii Mitridatis* et *filius Tigranis*
9 *pecunia* et *auri atque argenti infinitum*
11 *anno* ab urbe condita *sexcentesimo nonagesimo tertio Gaius Iulius Caesar, qui postea imperavit, cum Lucio Bibulo consul est factus. decreta est ei*
12 *Gallia* transalpina et cisalpina *et Hyllliricum cum legionibus denis* in quin- 386
quennium date, Galliam comatam postea senatus adiecit. hanc historiam Setonius Tranquillus plenissime explicuit, cuius nos competentes portiunculas decerpsimus. Helbitiorum animos, fortissima Gallorum omnium gentis, ea vel maxima causa, quod perpetuo paene cum Germanis bello altercabantur, a quibus Rheno tantum flumine dirimuntur, Orgetorix quidam princeps gentis spe totas invadendi Gallias in arma accenderat. quo ceteri optimates correpto et ad mortem coacto cohibere tamen semel animatas in predam plebes nequiverunt. qui coniuratione facta ac die dicta exustis vicis et domibus suis, ne quod desiderium expe revertendi foret, profecti sunt. quos cum apud Rhodanum fluvium obvio Cesar habuisset, magno difficilique bello bis vicit victosque ad deditionem coegit. horum 387
fuit, cum primum progressa est, omnis multitudo Helvitiorum Tulingorum Latobogiorum Rauracorum et Boiorum utriusque sexus ad centum quin- 388

3 sexaginta *Paul.* ‖ 14 ipse *bis ut vid.* m^1 ‖ 16 ibi — 17 in fi m^1 *in ras.* ‖ 19 est *om. Or.* ‖ 22 fallustio m^1 ‖ 24 bettium *ex* uettium m^1 ‖ 26 b*ttiis m^1 ‖ 35 fortissimae m^3 ‖ 37 a quibus m^2 *in ras.* ‖ orge *in* orgetorix m^2 *in ras.* ‖ 41 ex spe reuertendi *Or.* ‖ 42 obuios m^3

102 quaginta septem milia in bello ceciderunt, *cetera* in terras proprias re-
389 missa sunt. postea Cesar contra *Ariobistum regem* excitantem invehentemque secum incredibiles Germanorum copias, quibus nuper universos Galliarum populos se subegisse iactabat, apud Sequanos *fugere compulit*, cum diu exercitus Caesaris Germanorum multitudine et virtute perterritus pugnam detractasset. Ariovistus in Germaniam arrepta navicula Rhenum transvectus effugit. uxores eius duae totidemque filiae capte sunt. fuerunt autem in exercitu Ariovisti *Arudes Marcomones Triboci Vangiones Nemetes* Edures *Eudeses et Suevi.* pugna maxime gravis ex falange Germanorum fuit, quam coacto in unum agmine scutisque supra capita contextis ad inrumpendam Romanorum aciem tuti undique prestruxerant. sed postquam aliquis Romanorum militum agilitate audaciaque insignes supra obductam saliere testudinem scutisque singillatim velut squamis revulsis desuper nudos deprehensorum detectorumque humeros perfoderunt, territi hostes novo mortis periculo terribilem dissolvere conpagem. exinde fugam versi *per quinquaginta milia passuum insatiabiliter* cesi sunt neque conici numerus potuit Germanorum, vel quantus pugne affuerit vel quantus fuerit occisorum. *post hec* Belgarum gens, que tertia pars Gal-
390 liarum est, adversum Cesarem exarsit, quorum distributim copia hec fuit. *Bellovagui*, qui ceteris numero et virtute prestare viderentur, habuere lectissima *sexaginta milia armatorum*, *Suessones* ex duodecim oppidis *quinquaginta milia*, *Nervii*, *quorum adeo indomita feritas* predicabatur, *ut numquam mercatores ad se accedere sinerent* vina ceteraque venalia deferret, quibus inducta iocunditas torporem virtutis afferret, habuerunt similiter quinquaginta milia, *Atrebates etiam et Ambiani* decem milia, Morini biginti quinque milia, *Menapi* novem milia, *Caleti* decem milia, *Velocasses* et *Veromandi* decem milia, *Atuatuci* decem et octo mi-
391 lia, *Condures Eburones Cerosi Cemanni*, *qui uno nomine Germani vocantur*, quadraginta milia. ita omnes insimul *fuisse referuntur ducenti septuaginta duo milia* armatorum lectissima. his *cum repente e silvis* erumpentibus exercitus Cesaris perturbatus atque in fugam actus plurimis suorum amissis *tandem hortatu Cesaris restitit* victoresque adgressus *usque ad internicionem paene delevit.* igitur Cesar magnis in Gallia rebus gestis cum in Italiam proficisci decrevisset, Galvam cum legione duodecima ad Veragres Edunosque misit. qui cum hiemandi causa in vico Veragrorum, cui nomen erat Ottodorus, consedisset mediamque oppidi partem, que torrente distinguebatur, accolis concessisset, quadam die eosdem disces-
392 sisse per noctem ac proximo insedisse colli vident. quippe illi paucitatem vix medie legionis despectui habentes ultroneam sibi predam nullo cessuram negotio arbitrabantur finitimosque suos in hanc cedis praedae societatem vocaverant. igitur Galva tam presentibus periculis circumsepto ac trepido atque inter varias consulationes certi consilii incerto repente Galli descensu montis effusi castra inperfecta circumdant raros per vallum propugnatores saxis tellisque onerant. cumque iam castra inrumperentur, Pacubii primipilaris et Boluseni tribuni consilio, cunctis Romani portis eruperunt incautosque subito adgressi hostes primum pertur-

1 *quae per paginas 280 — 282*, 5 (recepit.) *litteris inclinatis expressa sunt, in additamentis Pauli p. 102 et 103 leguntur* || 18 tertio m^1 || 21 letissima m^1 || 26 orini *in* morini m^2 *in ras.* || 29 omnes insimul *om. Or.* || 30 mili m^1 || 36 o*todorus m^1

102 vaberunt, deinde in fugam versos miserabili strage fuderunt. nam amplius triginta milia barbarorum tunc cesa referuntur. igitur Cesar cum iam pacatas universas Galliarum gentes putaret, ad novum et maximum bellum retractus est. namque cum Publius Crassus adolescens cum legione septima Oceano tenus apud Andicavos hiemaret, deditici cetérique confines repente in arma coniurant, legatos Romanorum vinciunt, eosque ita demum se reddituros, si obsides suos recipiant, Romani indicant. socios sibi ad id bellum Osismos Lexovios Namnetes Ambibaritos Morinos Diablintes et Menapos adsciscunt, auxilia quoque a Brittannia arcescunt. 393 Cesar per Crassum de rebellione dediticiarum gentium certior factus quamvis intellegeret, quanta ineundi belli difficultas esset, tamen rem tanti negotii non neglegendam ratus, ne ceteri exemplo eiusmodi audendi licentia laxarentur. itaque terrestri praelio persequi hostes frustra aggressus, quippe cum hostes per interfusa ex Oceano estuari atque inaccessos recessosque tutis terrarum sinibus munirentur, naves longas aedificari in Ligero fluvio iubet. per quem in Oceanum deductae mox ut hostibus vise sunt, continuo ducente biginti naves eorum parate atque omni genere armorum instructissime progresse portu ex adverso extiterunt. Bruto circumspicienti inparem longe navium esse conflictum, quia barbarorum naves solido robore intexte cavernisque prevalidis obdurate saxorum modo adactos rostrarum ictos retundebant, hoc primum auxilio fuit, quod falces acutissimas non pertinaciter contis prefixas funibus autem subnexas paraverant, quibus cum opus esset adprehensores minus rudentes subductis hastilibus per funem falce retrahendo succiderent. his celeriter expeditis disrumpi hostilium antemnarum armata praecipit. ita antemnis ruentibus conplures ilico naves velut captas immobiles reddidit. alii hoc periculo territi suspensis velis, quia ventus intenderet, fugere conati, cessante mox vento destituti ludibrio fuere Romanis. itaque incensis omnibus navibus interfectisque his qui pugnaverant Galli reliqui sese omnes dediderunt. 394 sed Cesar maxime ob iniuriam legatorum et ut genti ad omnia consilia mobili terribilis exempli notam inureret, cunctis principibus tormentis interfectis reliquos sub corona vendidit. his diebus *Titurius Albinus legatus Cesaris Aulercos Eburovices Lixoviosque,* qui primates suos, cur auctores belli resuscitandi esse nollent, interfecerunt, eruptione facta *incredibili cede delevit. Publius* vero *Crassus* cum in Aquitaniam prevenisset, bello exceptus est. namque Sotiates magno equitatu pedestribusque copiis prevalidis Romanos adorti diu graviter turbaverunt. post victi atque in oppidum Sotiatum coacti obsessique cum se expugnari viderent, armis traditis in dedicionem recepti sunt. Aquitani clade permoti undique exercitum contrahunt, de citeriore quoque Hispania auxilia accerscunt. duces bello maxime eos praeficiunt, qui cum Sertorio militaverant. hi omnes dum obsidionem Crasso parant, in castris suis Crasso obruente deleti sunt. nam ex Aquitanis et Cantabris, quorum quinquaginta milia tunc in auxilium venerant, *triginta et octo milia* cesa referuntur. *Cesar Germanos, qui Rhenum* cum immensis copiis *transsierant*, simul *et totas Gallias subicere sibi parabant, bello adortus usque ad internitionem cecidit, quorum*

---

5 deditici] ueneti *Or.* ‖ 9 auxilia *m*[2] *in ras.* ‖ 10 dediticiarum] deditarum *Or.* ‖ 12 audiendi *m*[1] ‖ 13 agressus *m*[1] ‖ 14 aestuaria *Or.* ‖ recessus *Or.* ‖ 18 constiterunt *Or.* ‖ 23 apprehensos eminus *Or.* ‖ 25 armamenta *Or.* ‖ 31 per tormenta *Or.* ‖ 32 ebus *in* diebus *m*[2] *in ras.*

103 fuisse numerum ad *quadringenti quadraginta milia* ferunt. tunc Caesar
in Germaniam *facto ponte Rhenum* transgreditur. Sugrambos et Vtubios
obsidione liberat, *Suevos maximam et ferocissimam gentem, quorum esse centum pagos* epopulos *multi prodidere, totamque Germaniam* adventu suo
102 14 terret. *mox in Galliam* rescisso ponte *se recepit. domuit autem annis nobem faerae omnem Galliam, que inter Alpes flumen Rhodanum Rhenum*que *et Oceanum est et circuitu patet ad bis tricies centena milia passuum.* inde ad
Morinos venit, unde in Brittaniam proximus et brevissimus transitus est.
navibus circiter onerariis atque actuariis octoginta preparatis in Britta-
104 2 niam transvehitur *Brittanis*que *bellum intulit quibus ante cum ne nomen quidem Romanorum cognitum erat.* ibi acerba primum pugna fatigatus
deinde adversa tempestate correptus plurimam classis partem et non parvum numerum militum, equitum vero paene omnem disperdidit. regressus
in Galliam legiones in hiverna dimisit, sexcentas naves utriusque commodi imperavit. quibus iterum in Brittania primo vere transvectus dum
396 ipse in hostem cum exercitu pergit, naves in anchoris stantes tempestate
correptae vel conlisae inter se vel harenis inlise ac dissolute sunt, ex
quibus quadraginta perierunt, cetere cum magna difficultate reparate
Nep. (3, 2, 23) sunt. ‖ interea Scevius miles Cesaris cum quattuor commilitonibus navicula ante transvectus est delatus ad scopulum insule Brittaniae propinquum atque interea recessu est Oceani destitutus. cumplures Brittani
in paucos Romanos impetum faciunt, ceteri tamen, qui perrari comites
ipsius fuerant, navigio redeunt. Scevius imperterritus manet. undique
telis obruitur ac primo pilo restitit, postremo gladio rem gerit solus in
plures. cumque fessus vulneratusque esset et galeam ac scutum ictibus
perdidisset, cum duabus loricis natavit ad Cesaris castra et poposcit ab
imperatore veniam pro temeritate, quem Cesar centurionatus honore sub-
Or. 396 399 vexit. ‖ igitur ‖ Cesaris equitatus primo congressu a Brittanis victus
ibique Labienus tribunus occisus est. secundo praelio cum magno suorum
discrimine victos Brittanos in fugam vertit. inde ad flumen Tamesim
profectus, quem uno tantum loco vadis transmeabilem ferunt. in huius
ulteriore ripa Cassobellauno duce immensa hostium multitudo consederat ripamque fluminis ac paene totum sub aqua vadum acutissimis
sudibus prestruxerat. quod ubi a Romanis deprehensum ac vitatum est,
barbari legionum impetum non ferentes silvis sese abdidere, unde crebris
eruptionibus Romanos graviter ac sepe lacerabant. interea Trinovantum
firmissima civitas cum Androgorio duce datis quadraginta obsidibus Caesari se dedidit. quod exemplum secutae urbes aliae complures in faedus
1 Romanorum venerunt *opsidibus*que *datis stipendiarii facti sunt* hisdemque
demonstrantibus Cesar oppidum Cassobellauni duci inter duas paludes
situm obtentu insuper silvarum munitum omnibusque rebus confertissimum
397 tandem gravi pugna caepit. exin Caesar a Brittanis reversus in Galliam
postquam legiones in iverna misit, repentinis bellorum tumultibus undique
circumventus et conflictatus est. namque Ambiorix cum Eburonatibus et
7 Atuatucis conspirans animatus Treberorum consilio *Titurium* Cottam et Sabinum *Arunculeum* legatos apud Eburonas cum tota funditus legione insidiis circumventos interfecit. Ambiorix hac victoria elatus Atuatucos et
Nervios plurimosque alios raptim in arma contrahit atque ad Ciceronem

4 et populos *Or.* ‖ 6 rhenum *Paul.* ‖ 10 brittanis *Paul.* ‖ 40 duci om. *Or.*

104 legatus, qui similiter tunc legioni in hibernis preerat, contendit. multi-
tudo hostium ex hoc colligi potuit, quia cum obsidione castrorum vallum 398
circumdandum esse a captivis Romanis docerentur et instrumenta ruralia
non haberent, gladiis concidendo terram et sagulis exportando vix tribus
horis vallum pedum decem et fossam pedum quindecim per milia passuum
quindecim in circuitu praefecerunt. preterea centum biginti turres mirae
altitudinis extruxerunt. et cum iam septem dies noctesque succidui
hostium cum pugnarent ac ventus subito plurimus exortus esset, testas
ferventes intorsere fundis flammataque focis tela ac mox concepto igne
rutilantia intro castra iecerunt. quo facto per culmea culmina raptim
ventus insistens sparsum animavit incendium. sed ne sic quidem Romani
cum undique obruerentur, vulneribus laboribus vigiliis ieiuniis incendiisve
cesserunt. tandem Cesari nuntiatum est unam deletam esse legionem,
alteram iam paene confectam. adventante cum duabus legionibus Cesare
deserunt hostes obsidionem atque in eum cunctis aptis copiis ruunt. Ce-
sar parvissimis se castris consulto condidit equitibusque premissis, ut fu-
gam fingerent, imperavit, ut ad transitum vallis, que media erat sibique
periculosa videbantur, hostes contemptu sui invitaret. quibus adventanti-
bus insuper obstrui portas precepit. quo viso Galli quasi iam vicissent
ad obducendum extrinsecus vallum conversi sunt. Cesar totis repente 399
portis paratum effudit exercitum || acriterque cum eos dimicans tandem Nep. (3, 2, 19)
vidit unum ex militibus suis segnius preliantem, scutum eius rapuit et
in adversos ruit. quo facto erubuit exercitus || versosque in fugam Gallos Or. 399–409
vastissima cede confecit. nam sexaginta milia tunc fuisse referuntur, e
quibus pauci per paludes invias evaserunt. Indutiomarus Treverorum
princeps magnas armatorum copias habens postquam de consensu totius
Galliae certior redditus est, Labieni castra legionemque, cuius preerat,
quod facile factum arbitrabantur, delere statuit ac deinde Eburonibus Ner-
viisque coniunctus ad opprimendum Caesarem pergere. Labienus quibus
potest artibus simulat timorem atque ita Indutiomarum neglegentiorem cum
insultantibus copiis pro vallo oberrantem repentina eruptione prostravit.
hac victoria Labieni reliqui Gallorum conatus repressi sunt et Caesar paulo
quietior reliqua parte hiemis fuit. sed intellegens sibi maioram belli
superesse negotia, maxime quia plurima parte exercitus amissa aliisque
graviter sauciis ne ad sustinendum quidem sibi idoneos, non dicam ad
conprimendum Gallorum impetum videretur, ac Gneo Pompeio pro consule
conscribi legiones sibique mitti in auxilium fecit. itaque ante exactam
hiemem tres ad eum legiones in castra venerunt. igitur Caesar prius-
quam in unum hostium copiae cohirent, ineunte verno aggredi trepidos et
opprimere sparsos in suis finibus parat. primum itaque Nerviorum finis
diripit, predam vero, que copiosissima erat, exercitui permittit. deinde
Menapos, qui sibi propter inmensas paludes atque impeditissimas silvas
munitissimi videbantur, tribus agminibus invadit nimioque cede vulgo 400
agitare residuos supplices in deditionem recepit. Labienus sequenti prae-
lio omnes Treverorum copias interfecit arte in bellum provocatas, prius-
quam Germanis adventantibus iungerentur, et continuo ipsam civitatem ca-
pit. Cesar ulcisci mortem Sabini et Cotte legatorum volens Ambiorigem

1 legatu *m*[1] || 5 d*cem *m*[1] || 8 hostium cum] hosti um *m*[1], hostium cunei *Or.* || uentu *m*[1] || 10 culmea *om.* *Or.* || 14 altera *m*[1] || 28 factu *m*[1] || 30 simul* *m*[1] || 37 ibique *m*[1] || fecit] petit *Or.* || 41 agitata *Or*

104 et Eburones delete legionis auctores, postquam in Arduennam silvam re-
fugisse comperit, quae silva totius Gallie maxima est atque a ripis Rheni
finibusque Treverorum ad Nervios usque pertingit et in longitudine plus
quam quinquaginta milibus passuum patet, permetiens rem suis maximi
periculi fore, si per obstructas spatiosasque silvas ignoti dividerentur ho-
stemque locis notissimum quererent, omnem Galliam per nuntios invitat,
ut quisque secundum placitum suum reconditas in Arduenna silva prae-
das querant diripiantque. quo facto Gallis utrimque morientibus maxi-
mas Romanorum iniurias sine cuiusquam Romani discrimine vindicavit.
401 ita hoc tutissimo vincendi genere securus in Italiam rediit. igitur Caesar
in Italiam reverso Gallia rursus in arma coniurat multique simul populi
coheunt. dux his Bercingetorix fuit, cuius consilio statim omnes Galli
civitates suas ultro incenderunt, prima a suis incensa Bitorigo. inde ad
Cesarem, qui magnis itineribus per Narbonensem provinciam clam ad
exercitum recurrerat, impetum faciunt. Cesar tunc oppidum nomine Ce-
napum obsidione concluserat, quod diu oppugnatum tandem post multas
Romanorum clades pluvia die magna, cum hostilium machinarum ammenta
nervique elanguerant, applicitis turribus captum atque deletum est. qua-
draginta milia ibi hominum fuisse referuntur, e quibus octoginta per fu-
gam lapsi vix ad proxima Gallorum castra venerunt. preterea Arbenni
ceterique confines sollicitatis etiam ad se Aeduis multis adversum Cesa-
rem praeliis bellaverunt. qui cum se pugnando fatigati in quoddam ca-
stellum recepissent, milites prede inhiantes ad expugnationem oppidi
402 animum intendunt frustra Cesare de loci iniquitate causante. itaque ibi
Caesar erumpentibus desuper hostibus pressus multa exercitus sui parte
perdita victus aufugit. dum haec ad Halestam geruntur, Vergingetorix,
quem omnes consensu pari regem preoptaverant, suadet, uti ex tota Gal-
403 lia omnes, qui arma ferre possint, huic bello presto sint, hoc enim esse
404 unum bellum, quo aut perpetua libertas aut eterna servitus aut mors
omnium consequatur. itaque absque eo numero, quem infinitum ante con-
traxerat, equitum circiter octo milia, peditum ducenti quinquaginta milia
contracta sunt. dehinc duo colles sibi invicem obversos Romani Galli-
que ceperunt. unde multis sepe eruptionibus et variis proventibus pre-
liantes tandem Romani precipua Germanorum equitum, quos sibi iam
dudum amicos nunc in auxilio adciverant, virtute vicerunt. Vergingetorix
alia die congregatis omnibus, qui fuga evaserant, dixit se auctorem bona
fide defendende libertatis atque inrumpendi faederis fuisse et nunc sive
Romanis sese ad mortem omnes offerant sive se solum pro omnibus dan-
dum, paratum animo fore. itaque Galli voluntate, quam pudore aliquan-
diu texerant, quasi ex consilio regis adsumerent, ilico sibi veniam precantes
eum solum velut auctorem magni sceleris dediderunt. Bellovagui omnibus
Gallorum gentibus ipsorum opinionem fortiores habebantur. hi horrendo
405 duce bellum instaurant sibique in hanc suscepti belli societatem Ambianos
Aulercos Saletos Veliocasses Atrevatasque coniungunt et locum quendam
cinctum atque impetum undique paludibus capiunt commissoque praelio
magnam Remorum manum, que auxilio Romanis erant, trucidant. deinde

12 coeunt m^1 || ber *in* bercingetorix m^2 || 17 magna *om. Or.* || 18 del*tum m^1 || 20 aruenni m^1 || 25 caesar erumpentibus *ex* caesare rump. m^2 || 35 acciuerant m^1 || 38 dandum] dedant *Or.* || 42 horrendo] chorreo *Or.* || 45 impeditum *Or.*

104 cum oportunum ipsi locum insidiis provisum occupavissent atque hoc com-
perto Romani ad insidiarum locum instructi ordinatique venissent, com-
misso praelio Romani Gallos fugientes hisdem locorum munitionibus, qui-
bus clausi fuerant, incluserunt cunctosque ad internicionem ceciderunt. ibi
Chorreus vel fugam vel deditionem detractans Romanos, ut vivus caperetur,
instantes occidendo, ut occideretur, coegit. igitur cum pacatam esse uni-
versam Galliam Cesar neque ausuram fore ad aliquos aspirare motus 106
arbitraretur, legiones in hiverna dimisit. ipse tamen Abiorigis fines, qui
tot bella excitaverant, horrenda hominum strage vastavit. at vero Gaius
Caninius legatus bellum apud Pictonas invenit, ubi magna hostium mul-
titudo impeditam itinere legionem circumdedit atque ad extremum discrimen
adduxit. porro autem Fabius legatus acceptis Caninii litteris in Pectonas
proficiscitur ibique a captivis de oportunitate locorum certior factus in-
opinantes hostes opprimit magnisque stragibus factis plurimas predas
agit. deinde cum Caninio signum adventus sui dedisset, Caninius totis
castris subito insiluit seseque iniecit hosti. ita Fabio ex alia parte et
Caninio ex altera insistente maximo et diuturno bello innumerae Gallo-
rum copie trucidate sunt. inde Fabius in Carnuntes profectus est.
sciebat enim Domnacum ducem antiquissimum rebellionis totius incentorem
ab hoc bello elapsum, si Aremoricis gentibus adiunctus esset, maximos
iterum in Gallia tumultos esse moturum. sed eos adhuc ipsa novitate
trepidantes mira virtute et celeritate perdomuit. interea Draptes unaque 107
Lecterius cum adesse Caninium et legiones in finibus suis viderent, undi-
que collectis copiis oppidum Veludunum occupant. hoc oppidum in edi-
tissima montis arce pendebat, duabus partibus per abrupta latera non
parvo flumine unguebatur, medio deinde discessu largissimo fonte securum
plurimaque introrsum copia frumenti tutum irritus procul discursus hostium
despiciebat. Caninius quod solum Romana provisione potuit, ambos duces
cum parte copiarum plurima in campum evocatos maximo praelio supe-
ravit. nam uno e ducibus interfecto alter cum paucissimis fugit, nullus
in oppidum redit. sed ad id oppugnandum Cesare opus fuit. itaque
certior per nuntios factus Cesar occurrit circumspectisque omnibus videt,
si expugnare vi moliatur, ludo et spectaculo hostium delendum esse exer-
citum suum, unum solum esse presidii, si quoquo modo hostes aqua ar- 108
ceantur. sed et hoc quoque nisi Cesar non potuisset; siquidem fons,
quo ad potum utebantur, medio divexi montis latere fundebatur. Cesar
ad proximum fontis admoveri vineas turrimque extrui iubet. fit magnus
ilico concursus ex oppido. quibus sine periculo praeliantibus Romani
quamvis pertinaciter obsisterent crebriusque succederent, complures truci-
dantur., igitur extruitur agger et turris pedum sexaginta, cuius vertex et
equare ad fontis locum possit, ut vel ex equo tela conici queant vel
precipitata desuper saxorum volumina non timeri. oppidani autem ubi ex-
animari siti non solum pecora sua verum etiam infirmiores hominum etates
vident, cupas pice sevo et scindulis repletas ac deinde immisso igne in
prona precipitant easque ipsi toto oppido effusi subsequuntur. ardentibus
machinis cum grave prelium suis Cesar ac periculosum videret, cohortes
in circuitu oppidi ire velociter per occultum imperat atque undique subito

1 *ocum *m*[1] ‖ 9 excitauerat *m*[1] ‖ 24 d *in* ueludunum *m*[2] *in ras. unius litt.* ‖ 26 unguebatur] cinge-
batur *Or.* ‖ descensu *Or.* ‖ 40 et *post* uertex *om. Or.*

104 vastum clamorem attollere. quo facto consternati oppidani dum recurrere
ad muniendum oppidum volunt, ab oppugnatione turris vel demolitione
409 aggeris recesserunt. illi tamen qui ad incidendas fontis venas sub optentu
aggeris tuti cuniculos perfodiebant, repertos in abstruso aquarum meatus
per multa dividendo tenuari in semet ipsis consumique fecerunt. oppidani
fonte siccato ultima desperatione correpti deditionem sui faciunt. Caesar
autem omnibus, qui arma tulerant, manus sustulit et vitam reliquid, quo
testatior esset etiam posteris paena improborum. multum enim ad coercendam
audaciam valet propositum punitionis exemplum, cum ipsa miseri
presens forma viventis et ad recordationem ammonet conscios et ad
sciscitationem cogit ignaros. exhaustis atque edomitis Gallis securus Cesar
cum legionibus in Italiam rediit nullos post se Gallorum motus pertimescens,
certo se sciens minime aliquos, qui vel moveri audeant vel si
Or. 412. 413 9 moveantur timendi sint reliquisse, constituit. || *anno* ab urbe condita *sexcentesimo
nonagesimo septimo Marcus Licinius Crassus collega Gnei Pompei
Magni in consulatu secundo* || provinciam sortitus in Parthos, homo inexplebilis
cupiditatis aviditate, audita in Hierusolimis templi opulentia, quam
Pompeius intactam reliquerat, in Phalestinam divertit, Hierusolimam adit,
templum pervadit, opes diripit. inde per Mesopotamiam tendens in Parthiam,
quacumque iter habuit, sociis civitatibus auxilia indixit, pretia exegit.
moxque ut Eufraten transiit, ilico Bagesen legatum ab Horode rege Parthorum
ad se missum obvium habuit, a quo vehementer increpitus est, cur
contra faedus Luculli et Pompei avaritia inductus Eufraten transierit;
quam ob rem sine mora futurum, ut pro auro Parthico Serico ferro onera-
11 retur. itaque cum prope Charras *contra omen et auspicia* ventum esset,
Parthi subito ingruentes cum Surena et Silacen prefectis sagittis oppressere
Romanos. cecidere ibi plurimi senatores, aliquot etiam consulares et
pretorii viri. Crassus quoque filius Crassi, lectissimus iuvenis, in acie
occisus est. preterea quattuor cohortes cum Bargunteio legato mediis
deprehense campis et interfecte sunt. Surenas rapto equitatu Crassum
persequi intendit eumque circumventum ac frustra conloquium eius pe-
Nep. (1, 6, 11) tentem || cepit et in castra perduxit at postremum auro infuso in os ||
Or. 413—415 interfecit. pauci noctis beneficio liverati Charras confugerunt. cognita
clade Romanorum multe Orientis provincie a societate vel fide populi Ro-
13 mani defecissent, ni Cassius *questor* collectis ex fuga militibus paucis intumescentem
Syriam egregia animi virtute ac moderatione pressisset; qui
et Antiochum copiasque eius ingentes prelio vicit et interfecit; Parthos
quoque ab Horode in Syriam missos iamque ingressos Antiochiam bello
expulit ducemque eorum Hosagen interfecit. igitur Romani status agitur
semper alterna mutatio et velut forma Oceani maris, que omni die dispar
nunc succiduis per septem dies attollitur incrementis, nunc insequentibus
totidem diebus naturali damno et defectu interiore subducitur. interea
anno ab urbe condita septingentesimo incertum unde concretus plurimam
urbis partem ignis invasit. neque umquam antea tanto incendio correptam
ac vastatam civitatem ferunt. nam quattuordecim vicos cum vico iugario
16 consumptos fuisse memoriae proditum est. *hinc iam bellum civile* committitur,
quod magnis iam dudum dissensionibus ac molitionibus parabatur.

1 oppidiani m[1], oppidani *Or.* || 4 reppertos m[1] || 14 constitui *Or., qui distinguit ante* constitui || 24 honeraretur m[1] || 42 interea — 43 condita m[1] *in ras.; fuerat:* anno ab urbe condita; interea *om. Or.*

104 nam rediens Caesar victor ex Gallia decerni sibi absenti iterum consula-
19 tum poposcit. *contradictum est a Marcello consule a Vivulo a Catone* annitente Pompeio. deinde decretum est a senatu, ut in urbem Cesar non
P 1 nisi dimisso exercitu veniret, *et ex Marcelli consulis auctoritate ad legiones, que apud Luceriam erant,* Gneus *Pompeius cum imperio missus est.* Cesar Ravennam sese contulit. Marcus Antonius et Publius Cassius tribuni plebis pro Caesare interdicentes intercedente Lentulo consule curia foroque prohibiti ad Cesarem profecti sunt Curione simul Caelioque comitantibus. Caesar Rubicone flumine transmeato mox ut Ariminum venit, quinque cohortes, quas tunc solas habebat, cum quibus, ut ait Libius, orbem terrarum adortus est, quid facto opus esset, edocuit, deplorans iniurias suas causam belli civilis pro restituendis in patriam tribunis esse testatus est. inde per Antonium septem cohortes, que apud Sulmonem morabantur, a Lucretio recepit. tres legiones, quae cum Domitio apud Cornificium mora-
22 bantur, ad suas partes transduxit. || *consules cum* Gneo *Pompeio*
23 *apud* || Dyrrachium *Epirum*que *Macedoniam* et *Achaiam* Gneo *Pompeio duce* Or. 115. 116
senatus contra Caesarem bellum paravit. Caesar vacuam urbem ingressus dictatorem se fecit negatamque sibi ex erario pecuniam fractis foribus invasit protulitque ex eo auri pondo quattuor milia centum triginta et quinque argenti pondo prope nungenta milia. inde digressus Ariminum ad legiones mox Alpes transvectus Massiliam venit, ad quam obpugnandam cur receptus non esset, Trebonium cum tribus legionibus relinquens. ||
quem miles decimae legionis adversus eos navale certamine pro Cesare Nep. (3, 2, 22)
dimicans hostilem navem dextra apprehendit. qua amputata levam in-
106 1 iecit neque ante dimisit navem quam mergeretur. || *Caesar* de*inde* ||
ad Hispanias contendit, quas Lucius Afranius et Marcus Petreius et Marcus Or. 116. 117
Varro Pompeiani duces cum legionibus obtinebant. ibi multis praeliis Petreium Afraniumque superatos composita pactione dimisit. in ulteriore vero Hispania duas legiones a Marco Varrone suscepit. similiter et duces eius hoc est Curio Catone Sicilia expulit, Valerius Cottam Sardinia, Tuberonem Africa Varus aeiecit. Caesar Massiliam rediens obsidione domitam vita tantum et livertate concessa ceteris rebus abrasis. at vero Dolabella partium Caesaris in Illyrico per Octavium et Libonem victus copiisque exutus ad Antonium fugit. Basillus et Salustius singulas legiones, quibus preerant, similiter et Antonius Hortensius quoque ab infimo mari cum classe concurrens omnes pariter adversus Octavium et Bibulonem profecti et victi sunt. Antonius cum se Octavio cum quindecim cohortibus dedisset, omnes ad Pompeium a Libone deducti sunt. Curio ex Sicilia in Africam cum exercitu transgressus, quem Iuba rex continuo exceptum cum omnibus copiis trucidavit. Octavius Salonas oppugnare conatus omnes copias, quas duxit, amisit. Celius descivit a Cesare ac se Miloni exuli iunxit cumque ambo servorum manu Capua oppugnare molirentur, occisi sunt. Bibulus apud Corcyram pudore victus, quod custodiae eius, quam pelago et oppido pretendebat, hostis inluserat, inedia sese vigiliisque confecit. Appius Claudius Censorinus, qui iussu Pompei Graeciam tuebatur, iam abolita Petici oraculi fidem voluit experiri. quippe ab eo

1 nam rediens — 3 pompeio *add.* m^2 *in ras.*, nam rediens *scripserat iam* m^1 || 5 gneus *add.* *L* || 16 epirum *Paul.* || et *et* gneo *add.* *L* || 27 optinebant m^1 || 31 africam m^1 || 32 abrasit m^1 *et Or.* || 36 libonem *Or.* || 46 pythici *Or.*

106 adacta vates descendere in specum respondisse fertur de bello consulens 'nihil ad te hoc, Romane, bellum pertinet: Euboeae Coela optinebis'. Coela autem vocant Euboicum sinum. ita Appius perplexa incertus sorte
419 discessit. interea apud Dyrrachium multi Orientis reges ad Gneum Pompeium cum auxiliis convenerunt. quo cum Cesar venisset, Gneum Pompeium obsidione frustra cinxit, ipse terram quindecim milibus passuum fossa praestruens cum illi maria paterent. Pompeius castellum quoddam propinquum mari, quod Marcellinus tuebatur, evertit presidiaque Cesaris, que ibidem morabantur, occidit. Cesar Torquatum legionemque unam, ut expugnaret, adgressus est. hoc periculo sociorum Gneus Pompeius
Nep. 7, 13 cognito omnes eo copias traxit ‖ et ‖ signa movente fulmina adversa occurrerunt. apes quoque obsidere vexilla. quo viso subitus meror confudit exercitum. fugerunt hostiae, in templis simulacra conversa sunt, alia fleverunt, alia sudarunt. tantus vero in aere armorum strepitus fuit, ut Antiochiae quasi ad adventum hostium in muros concurreretur. ‖ interea ‖
Or. 419 Cesar omissa obsidione ad Pompeium convertit. Torquatus autem e vestigio prorumpens aversum insecutus est. ita Caesaris multis ancipiti pe-
4 riculo territi ipso Cesare frustra obsistente fugerunt. ‖ *evasit tamen* Cesar *quia*
Or. 419 6 *superari* ‖ cesa sunt in eo prelio quattuor milia militum Cesaris, centu-
Nep. (3, 2, 23) riones biginti et duos, equites Romani complures. ‖ cesus est et in eo prelio Sceva Cesari miles fortissimus. quem cum milites Pompei, ut se traderet, hortarentur, respondisse fertur esse se fessum. accucurrit unus velut suscepturus arma, percutitur; plures similiter sternuntur. ipse autem vulnera accepit capite humero femore oculumque ammisit. scutum eius
Or. 420 satis constitit centum biginti ictibus petitum fuisse. ‖ deinde ‖ Cesar citato agmine per Epirum in Thessaliam perrexit. Pompeius cum maximis copiis secutus bellumque commissum est. itaque instruitur utrimque acies. Pompeius octoginta et octo cohortes triplici ordine locavit; fuerunt autem peditum plus quadraginta milia, equites in sinistro cornu sexcenti, in dextro quingenti, preterea reges multi, senatores equitesque Romani plurimi absque levium armaturarum magna copia. Cesar similiter octoginta cohortes triplici ordine disposuit, cui fuerunt minus quam quadraginta milia peditum, equites mille. videre ibi et gemere erat contractas Romanorum vires in campis Pharsalicis ad occisionem mutuo constitisse, quas si concordia rexisset, nulli populi nulli reges finire potuissent. prima congressione equitatus Pompei pulsus sinistra cooperuit, altera nudavit. deinde
P 1 cum ‖ *die utrimque*
Or. 420 15 *castraque direpta sunt.* ‖ cesa sunt in eo praelio Pompeianorum quindecim milia, centuriones triginta tres. hic exitus pugnae ad Paleopharsalum fuit. Pompeius fugiens in ostia Penei amnis onerariam navem nanctus in
15 Asiam transiit. inde per Cyprum ‖ fugatus *Alexandriam*
Nep. (5, 1, 10) Or. 420—422 108 4 (*caput Pompei generi*) *sui* ‖ et inundatum odoribus cremari imperavit. ‖ Pompei uxor filiique fugerunt. cetera Pompeiana classis direpta est omnibus, qui in ea erant, crudelissime trucidatis ibique et Pompeius Bithinicus occisus est. Lentulus vero vir consularis apud Pelusium interfectus est. Caesar compo-
5 sitis apud Thessaliam rebus *Alexandriam venit* cumque se in regiam recepisset, eludebatur a tutoribus, quo minus pecuniam acciperet, templa sua

1 spec* *m*¹ ‖ 4 ad gneum *m*² *in ras.*, gneum *om. Or.* ‖ 5 gneum *add. L* ‖ 10 gneus *add. L* ‖ 17 multis] milites *Or.* ‖ 32 triginta *Or.* ‖ 35 finire] ferre *Or.* ‖ 36 sinistra latera nudauit *Or.* ‖ 42 inundatu*doribus *m*¹

108 astutum spoliantibus, ut et regios thesauros vacuos esse ostenderent et in invidiam Cesaris populum concitarent. preterea Achillas dux regius inbutus semel Pompei sanguine Cesaris quoque necem meditabatur. nam iussus exercitum dimittere, cui preerat, biginti milia armatorum non modo sprevit imperium verum etiam aciem direxit. in ipso prelio regia classis ad terram subducta iubetur incendi. ea flamma cum parte quoque urbis invasisset, quadringenti milia librorum proximis forte edibus condita exussit; singulare profecto monumentum studii cureque maiorum, qui tot tantaque inlustrium ingeniorum opera congesserant. unde quamlibet hodieque in templis extent, que et nos vidimus, armaria librorum, quibus direptis exinanita ea a nostris hominibus, nostris temporibus memorent. quod quidem verum est, tamen honestius creditur alios libros fuisse quesitos, qui pristinas studiorum curas emularentur quam aliam nullam tunc fuisse bibliothecam, que extra quadringenti milia librorum fuisse ac per hoc evasisse credatur. Caesar postea insulam, ubi Pharus est, cepit. eo Achillas cum Gabinianis militibus venit. ingens pugna comissa est. magna ibi Cesarianorum militum multitudo cecidit. omnes etiam interfectores Pom-
P 1 pei interfecti sunt. Caesar || quoque *vi insistentium*
P 12 7 *fuit.* || qua *Cesar Alexandriam potitus* || Alexandrinos omnes ad deditionem Or. 123
desperatione compulit regnumque Egypti || *Cleopatre dedit*
8 *ingressa est.* || inde per Syriam pervagatus || *Pharnacem (vicit)* Or. 123
11 *coegit. inde Romam regressus tertio se* || dictator et || *consul fecit cum Marco* Or. 123
Aemilio Lepido, qui ei magister equitum dictatori causa *ante annum fuerat. deinde in Africam profectus est, ubi infinita nobilitas* Romanorum *cum Iuba Mauritaniae regem* || apud Thapsum || *bellum reparaverant* Or. 123
110 7 *dimicationes* || et maxima hominum multitudo cesa: *victor fuit Caesar,* castra Or. 123, 124
utrorumque direpta sunt, sexaginta elephanti capti. Cato sese apud Vticam occidit, Iuba percussori iugulum pretio dato praebuit, Petreius eodem se gladio perfodit, Scipio in navi, qua ad Hispanias fugere contendens vento coactus in Africam redierat, semet ipse iugulavit, in eadem navi etiam
8 Titus Torquatus occisus est. *Faustus Sylle quondam dictatoris filius Pompei gener,* seu nepotes filiamque Pompeiam et Africanium et Petreium filium
9 Cesar iussit occidi. *post annum Caesar Romam cum quarto triumpho ingressus quarto* dictator et consul creatus dispositoque recuperato rei publice statu continuo in Hispaniam contra Pompeios Pompei filios profectus septimo decimo, quam egressus ab urbe fuerat, die Saguntum pervenit statimque adversus Pompeios duos et Labienum atque Attium Varum multa bella et varia sorte gessit. ultimum bellum apud Mundam flumen gestum est, ubi tantis viribus dimicatum tantaque cedes acta, ut Cesar quoque veteranis etiam suis cedere non erubescentibus, cum cedi cogique
12 aciem suam cerneret, || *se voluerit occidere*
14 *denique reparatis suis* || tum subito versus in fugam Pompeiorum exercitus. Or. 124, 125
et quidem eo die hoc bellum actum est, quo Pompeius pater ab urbe bellum gesturus aufugerat, quattuorque annis hoc bellum civile indesinenter toto orbe tonuit. Titus Labienus et Attius Varus in acie cesi sunt.

1 astutum *sup. scr.* m² || 5 ad terram *om. Or.* || 7 quadringen* m¹ || 13 ullam *Or.* || 21 per *om. Or.* || 22 inde romam — 24 deinde *add.* m² *in ras.* || 32 seu *add. L* || 34 quarto dictator et consul creatus] quarto se consulem fecit *Paul.*, dictator *add. L* || 37 aduersum m¹ || atti m¹

110 Gneus Pompeius cum centum equitibus aufugit, Sextus Pompeius frater eius contracta celeriter non parva Lusitanorum manu cum Cesonio congressus et victus fugiensque interfectus est. Munda civitas cum inmensa
112 1 hominum cede Cesare oppugnante vix capta est. ‖ *inde Caesar*
2 *coepit contra consuetudinem Romanae libertatis. cum ergo honores*
4 *eum a*] *eum*
6 *Gneus*] et *Gneus*
Nep. (4, 5, 6) 8 *biginti et tribus* cultris senatoriis confectus *vulneribus*que *confossus* interiit.
Or. 426 quo facto senatores ‖ strictis pugionibus in Capitolium secesserunt. diu deliberatum est, utrum Capitolium cum auctoribus cedis oporteret incendi. corpus eius raptum populus dolore simulatus in phoro fragmentis tribunalium ac subselliorum cremavit. ‖ eadem igitur nocte ‖ Calpurnia uxor eius
Nep. 8, 2 vidit in somnis eum confossum vulneribus in sinu suo iacere, oravit Caesarem, ne eo mane abiret in senatum. sed ille auspiciorum sepe neglegens contempsit somnium sed exitu probavit. ‖ igitur ‖ ante paucos dies
Nep. 7, 11 quam Cesar occideretur in curia, bove ex more mactata cor in extis non est repertum. quod cum Spurinna aruspex pronuntiasset ad vite periculum pertinere, ait Caesar constantie memor ‘miraris, si bos cor non habet?’ sed mox ei vite finis fuit. ‖ idem Spurinna ante paucos fere annos
Nep. (8, 11, 2) eidem Caesari dixerat cavenda ei esse idus Martias. quo die viso Spurinne ait Cesar ‘idus Martias venerunt’. ille respondit ‘sed nondum
P 1 transierunt’. eodem die Cesar *confossus est, vir*

LIBER VII.

Or. 428 10 *anno* ‖ ab urbe condita *septingentesimo fere ac nono, interfecto* Iulio ‖ *Caesare*
Or. 430 12 *re publica* inter *multa scelera* qua *Antonius committens* ‖ Decium Brutum apud
13 Mutinam obsidione concluserat, pro qua re *a senatu hostis iudicatus. missi*
114 1 *ad eum* expugnandum liverandumque Brutum *duo consules Pansa et Hir-*
P 1 *tius et* cum his *Octavianus adolescens annos decem et septem natus patre Octavio senatore genitus, maternum genus ab Aenea per Iuliam familiam sor-*
Anast. p. 21 1 *titus, Cesaris nepos* ‖ Attiae sororis eius filius,] *quem ille testamento heredem reliquerat et nomen suum ferre iusserat. hic est qui postea Augustus*
Or. 429 *est dictus et rerum potitus.* ‖ nam ut breviter coacervatione malorum explicem, bella civilia quinque gessit Mutinensem Philippensem Perusinum Siculum Actiacum. e quibus duo hoc est primum ac novissimum adversus Marcum Antonium, secundum adversus Brutum et Cassium, tertium adversus Lucium Antonium, quartum adversus Sextum Pompeium Gnei Pom-
130 pei filium confecit. igitur Pansa primo veniens exceptus insidiis inter suorum clades ab ipso quoque pilo graviter vulneratur, ab eodem vulnere interpositis diebus est mortuus. Hirtius auxilium college ferens magnas Antonii copias vasta strage delevit. Caesar eatenus castra custodiit. secunda adversus Antonium pugna magne utriumque strages acte sunt.

8 cultris — uulneribusque m^1 *in ras.*, *fuerat:* confectus uulneribus cultris senatoriis (uulneribus confossus *Or.*) ‖ 11 stimulatus *Or.* ‖ 20 cauendas m^1 ‖ 25 committe* m^1 ‖ 26 pro qua re — 32 et rerum m^1 *in ras.* ‖ pro qua re *add. L* ‖ 28 cum his *add. L* ‖ 34 e quibus] **bus m^1 ‖ 37 igitur *add. L* ‖ 38 ab ipso] ipse *Or.* ‖ pilo *add.* m^2 *in ras.* ‖ 39 irtius m^1

114 namque tunc ibi Hirtius consul occisus est, Caesar victoria potitus est. cui
Decius Brutus de coniuratione occisi Iulii Cesaris confessus preces peni-
6 tentie fudit. ‖ *fugatus*
7 *susceptus est.* ‖ Dolabella Trebonium unum ex interfectoribus Cesaris Smyr- Or. 131
ne interfecit. consulum occisorum uter exercitus Cesari paruit. postea
Decius Brutus in Gallia a Sequanis captus et occisus est. Basillus autem
aeque unus de percussoribus Cesaris manu servorum suorum necatus est.
8 interea *Lepido* satis *operam dante Caesar* Antonium recepit in gratiam
atque ob fidem reconciliata est gratia Dinae filiae eius quam matrimonio
sortitus est et ut *vindicaturus patris sui mortem, a quo per testa-*
mentum fuerat adoptatus, Romam cum exercitus profectus est. ‖ inde cum Or. 131 132
in urbe rumor de futura proscriptione ortus esset, Gaius Thoranius vir
pretorius nihil tale metuens incursu militum domi sue interfectus est
11 aliique complures trucidati sunt. *per hos etiam Cicero orator occisus est*
10 *multique alii nobiles* et *cum Antonio ac Lepido rem publicam armis tenere*
caepit. itaque ne latius atque effrenatius incircumscripta cedis ageretur,
centum triginta et duo senatorum nomina in tabula proposita sunt primum
Lepidi precepto et nomine, deinde Antonii, tertio Cesaris. ibi Antonius
Tullium Ciceronem inimicum suum proscripserat. ibi Lepidus Lucium Pau-
lum fratrem suum in eundem proscriptorum gregem coniecerat. adiecti
sunt postea ad numerum proscriptorum triginta equites Romani, multe
diu et variae caedes acte, domos proscriptorum direptis omnibus dirutae
sunt. at Dolabella in Syria multa cum Lucio Cassio ‖ interfectore Iulii Nep. 7
13 Cesaris ‖ bella gessit, a quo victus sese interfecit. *interea Brutus et Cas-* Or. 132
11 *sius interfectores Cesaris* magnis exercitibus comparatis *per Macedoniam*
et Orientem apud Athenas convenerunt totamque Greciam depopulati sunt.
Rhodius Cassius terra marique oppugnatos ad deditionem coegit, quibus
14 preter vitam nihil reliquid. ‖ *igitur profecti* sunt *contra eos*
16 *contra eos* ‖ magnis bellorum apparatibus *pugnaverunt* eosque persecutos ad Or. 132
mortem compulerunt quamvis manifestissime illa tunc pugna non virtute
partis Antonii sed Cesaris felicitate confecta sit. Caesar enim tunc eger
cum se in castris ‖ Pharsalicis ‖ capiende quietis causa tenere statuisset Or. et Nep. 8, 1
et ‖ apud Philippos luce ventura certature civile inter bellum Romanae
manus essent, ‖ hortatu et precibus medici sui ‖ Artorii, ‖ qui per somnium ‖
a Minerva ‖ ammonitum sese fatebatur, ut ea die castris Cesaris salutis
ipsius cause duceret in campum, ‖ cum lectica ‖ egre inter copias egressus
est. ‖ sed intento eo in eventum victoriae Brutus unus ex interfectoribus
Cesaris castra eius caepit. ‖ sed rursus Cesariani milites Bruti et Cassii Or.
castra ceperunt. qua re ad desperationem adacti Brutus et Lucius Cas-
sius immaturam sibi mortem ante belli terminum coegerunt. nam in-
vitatis percussoribus Cassius caput, Brutus latus prebuit. ‖ igitur in eo
bello que ‖ apud Philippos gestum, visum est Lucio Cassio, quod purpu- Nep. 9, 9
ratum Iulium Caesarem avunculum suum equo incitato in se irruentem

1 irtius] *tius *m*[1] ‖ 5 uterque *Or.* ‖ 8 interea *add. L* ‖ 9 ta est — 10 sortitus est *m*[1] *in ras.* ‖ 9 fidem reconciliatae gratiae filiam eius matrimonio *Or.*; dinae *nomen unde habeat L non liquet. agitur de Clodia Antoni privigna* ‖ 15 et *add. L* ‖ 32 *Nep. l. l.:* octauianus augustus aeger in castris farsalicis erat cumque apud philippos luce uentura certaturae ciuile inter bellum romanae manus essent, minerua in somnis uisa medico eius artorio iussit in eo bello augusto opus esse; ad quod proelium cum lectica latus est sed intento eo in aduentum uictoriae brutus castra eius cepit. ‖ 33 et *add. L* ‖ 37 unus — 38 cesaris *add. L* ‖ 38 bruti et *om. Or.* ‖ 39 lucius *add. L* ‖ 40 consciuerunt *Or.*

114 videret et gemens exclamavit ‘cedamus, quando nec occidisse prodest. ‖
19 interea *inter* Augustum et Antonium *sic est res publica divisa, ut Augustus*
Or. 432. 433 22 *occisus.* ‖ at Rome Fulvia uxor Antonii socrus Caesaris dominatum ut mu-
lier agitabat, incertum in hac mutatione consularis regique fastigii, utrum
deficientis potentiae ultima an incipientis prima nominanda, certe etiam in
eos insolens, per quos, ut insolesceret, agebatur. nam et Caesarem rever-
sum apud Brundisium contumeliis et factionibus insidiisque petiit. a quo
116 1 propulsata ad Antonium concessit in Greciam. Sextus Pompeius *Gnei*
Pompei filius postquam se in proscriptorum numerum relatum comperit,
conversus in latrocinia omnem oram maritimam Italie cedibus rapinisque
2 vastavit. in Sicilia ‖ preterea *ingens bellum* commovit cum *his, qui super-*
fuerant ex partibus Bruti Cassiique, qui *ad eum confluxerant,* navibusque ‖
Or. 433 3 inpeditis Romam fame affecit. ‖ tunc *per Cesarem Octavianum et Marcum*
Or. 433 *Antonium* superatus Sextus Pompeius bello est. ‖ mox cum eo pacem trium-
viri ut non dicam tyranni id est Lepidus Cesar Antoniusque fecerunt.
sed continuo cum contra pactum Pompeius fugitivos allegeret, ut hostis
habitus est. Mena libertus Pompei cum sexaginta navium classe ad Ce-
sarem defecit eidemque classi ipse iussu Cesaris prefuit. idemque con-
tinuo cum Statilio Tauro adversum Menecratum Pompeianum ducem na-
vale bellum gessit. deinde ipse Cesar adversus eosdem Pompeianos cruen-
tissimum bellum navale confecit. sed continuo victricem classem paene
5 universam apud Scyllaceum naufragio amisit. *et Lucius Ventidius Bassus*
Persas et Parthos in Syriam inrumpentes *tribus* bellis maximis fudit regem-
6 que eorum Pacorum *Horodis regis filium* in acie interfecit ea scilicet die,
7 qua *olim Horodis Persarum rex per duces Surenam* ‖ et Silaceam *Crassum*
5 *occiderat. hic primus de Parthis iustissimum triumphum Romae egit. eodem*
Or. 433—437 *tempore Marcus Agrippa in Aquitania rem prospere iessit.* interea ‖ Anto-
nius vix uno castello expugnato pacem cum Antiocho fecit, ut ipse tantam
rem consumasse videretur. Ventidium Syrie prefecit iussitque, ut Anti-
gono bellum inferret, qui Iudeos tum forte debellaverat, captaque Hieru-
solyma templum spoliaverat templumque Herodi dederat, quem continuo
victus in deditionem recepit. Mena libertus cum sexaginta navibus ad
Pompeium rediit, a quo clementer receptus Cesaris classem incendit,
quamvis nuper Cesar alteram secundo naufragio perdidisset. idemque
Mena postea ab Agrippa navali prelio circumventus cum sex triremibus
ad Cesarem transiit. sed hunc Cesar tertio transfugam indulta tantum
434 vita segnem reliquit. deinde Agrippa inter Mylas et Lyparas insulas ad-
versus Domocham et Pompeium navale praelium gessit ac vicit ibique tunc
naves triginta aut demersit aut cepit reliquis laceratis; Pompeius Messa-
nam confugit. Caesar interea Tauromeniam traiecerat, quem repentino
impetu Pompeius afflixit. unde multis demersis navibus suis ac magna
multitudine suorum militum perdita in Italia Cesar aufugit nec inter-
veniente mora in Sicilia rediit ibique Lepidum ex Africa adventantem ob-
vium habuit summas sibi partes terrore minis ac supervia vindicantem.
post dies paucos Agrippa iussu Cesaris a litore cum acie instructa pro-
spectantis atrocissimo navali praelio adversus Pompeium conflixit et vicit.
nam centum sexaginta et tres naves aut demersit aut cepit. Pompeius

5 numeranda *Or.* ‖ 10 maritimam *add. L* ‖ 30 debellaberat *m*¹ ‖ capt* hierusolym* *m*¹ ‖ 32 sex *Or.* ‖ 37 reliqui* *m*¹ ‖ insulas *om. Or.* ‖ 46 pompeium *ex* pompeius *m*¹

116 cum decem et septem navibus vix lapsus evasit. Lepidus magna viginti legionum insolentia tumens cum Messanam militibus permissam diripuisset, ipsum Cesarem ad se venientem semel atque iterum sprevit ac potius telis appeti iussit. que illae collecta in levum brachium lacerna sepeliendo vitavit. mox inmisso equo ad suos reversus instructoque exercitu adversum Lepidum veniens plurimas legiones Lepidi paucis interfectis transire in suam partem compulit. Lepidus tandem intellegens, quo vanitas sua tenderet, deposito paludamento adsumptaque veste pulla supplex Cesari factus vitam et bona impetravit perpetuo quidem emendatus exilio. 435
Taurus Cesaris prefectus totam pene Siciliam ferro pertemptatam conterritamque in fidem recepit. quadraginta et quattuor legiones sub unius tunc imperio Cesaris erant. milites multitudine ferociores quosdam pro accipiendis agris tumultus excitaverunt. sed Caesar animo ingens biginti milia militum exauctoravit, triginta milia servorum dominis restituit, sex milia, quorum domini non extabant, in crucem egit. ovans urbem ingressus, ut in perpetuum tribuniciae potestatis esset, a senatu decretum est. his diebus trans Tiberim e taberna meritoria fons olei terra exundavit ac per totum diem largissimo rivo fluxit. Antonius vero postquam Araxim trans- 436
misit, omnibus undique malis circumventus vix tandem Antiochiam cum paucis rediit. nam cum multitudinem equitum et sagittarum ab omnibus praeliis, quae plura temptavit, victus semper effugerit, tum praeterea incertis et ignotis religionis locis impeditus gravissima fame ad nefandos cibos coactus est. plurimi militum sese hostibus dediderunt. inde in Graeciam transiit iussitque Pompeium, qui victus a Caesare exercitum bellumque reparabat, cum paucis ad se venire. Pompeius fugiens a Tito et Furnio Antonianis ducibus semper terrestri navalique bello victus et captus ac post paululum interfectus est. Caesar Illyricum Pannoniam partemque Italiae bellis subegit et domuit. Antonius Artabanen Armeniae rege im proditione et dolo cepit, quem argentea catena vinctum ad confessionem thesaurorum regiorum coegit, expugnatoque oppido, in quo conditos esse prodiderat, magnam vim auri argentique abstulit. qui elatus pecunia denuntiari bellum Cesari atque Octaviae sorori Caesaris uxori sue repudium indici iussit et Cleopatram sibi ex Alexandria occurrere imperavit. 437
ipse Actium, ubi classem constituerat, profectus cum prope tertiam partem remigum fame absumtam offendisset, nihil motus 'remi' inquit 'modo salvi sint, nam remiges non deerunt, quoadusque Greciam homines habuerit'.
11 ‖ *contra Persas* et Parthos *etiam ipse pugnavit*
15 *regnare.* ‖ Caesar igitur ducentis triginta rostratis navibus a Brundisio in Or. 437 439
Epirum profectus est. Agrippa vero premissus a Cesare multas onerarias naves frumento atque armis graves ab Egypto Syria Asiaque ad subsidium Antonio venientes cepit peragratoque Peloponensium sinu Mothonam urbem validissimo Antoniano presidio munitam expugnavit. inde Corcyram cepit. fugientes navali praelio persecutus profligavit multisque rebus cruentissime gestis ad Cesarem venit. Antonius defectu et fame militum suorum permotus bellum maturare instituit ac repente instructis copiis ad Cesaris castra processit et victus est. tertio post pugnam die Antonius castra ad Actium transtulit navali praelio decernere paratus. ducente triginta rostrate fuere Cesaris naves et triginta sine rostris tri-

4 repellendo *Or.* ‖ 22 regionis *Or.* ‖ 26 saepe *Or.* ‖ 28 rege im] regem *Or.* ‖ 34 actium] ac* *m*[1] ‖ 38 igitur *add. L*

116 remes, velocitate liburnicis pares, et octo legiones classi superposite abs-
que cohortibus quinque pretoriis. classis Antonii centum septuaginta na-
vium fuit quantum numerum cedens tantum magnitudine precellens. nam
decem pedum altitudine a mari aberant. famosum et magnum hoc bel-
16 lum apud Actium fuit, *qui locus in Epiro est.* ab hora quinta usque in ho-
ram septimam incerta vincendi spe gravissime utrimque cedes acte;
reliquum diei cum subsequente nocte in victoriam Cesaris declinavit.
prior regina Cleopatra cum sexaginta velocissimis navibus fugit. Antonius
quoque detracto insigni pretoriae navis fugientem secutus uxorem est.
inlucescente iam die victoriam Caesar consumavit. ex victis duodecim
milia cecidisse referuntur, sex milia vulnerata sunt, e quibus mille inter
curandum defecerunt. Antonius et Cleopatra communes liveros cum parte
regiae gaze ad rubrum mare premittendos censuerunt, ipsi presidiis
circa duo Egypti cornua Pelusium Parethoniumque dispositis classem et
copias instaurando bello paraverunt. Caesar sexto imperator est appellatus
et quartum ipse cum Marco Licinio Crasso consulatum Brundisium venit.
ibi orbis terrarum presidia divisis legionibus composuit. inde in Syriam
profectus mox Pelusium adiit, ubi ab Antonianis presidiis ultro susceptus
est. interea Cornelius Gallus premissus a Cesare quattuor legiones, quas
Antonius apud Cyreneas presidii loco constituerat, suscepit in fidem atque
inde Parethonium primam Egypti ac Lybiae partem civitatem victa cepit
ipsumque Antonium continuo apud Pharum vicit. Antonius equestre ad-
versum Cesarem bellum iniit, in eo quoque miserabiliter victus aufugit.
kalendis Sextilibus prima luce Antonius cum ad instruendam classem in
portum descenderet, subito universae naves ad Cesarem transierunt cum-
que unico presidio spoliatus esset, trepidus se cum paucis recepit in re-
giam. deinde imminente Cesare turbataque civitate idem Antonius sese
ferro transverberavit ac semianimis ad Cleopatram in monumentum, in quod
117 P 1 se illa mori certa condi debuerat, prelatus est. ‖ *Cleopatra exornata*
Or. 440 P 3 *mandavit.* at illa ‖ postquam se ad triumphum servari intellexit, ae *custo-
dia elapsa in pretioso* suo *sepulchro iuxta Antonium suum se collocans sibi*
116 18 *aspidem* in sinistro brachio *ammisit et veneno eius* exanimata est, fru-
stra Cesare etiam psyllos ammovente, qui venena serpentum e vulneribus
hominum haustum revocare atque exsugere solent. Cesar Alexandria, urbe
epit. 1, 4 omnium longe opulentissima et maxima victor potitus est ‖ cum tota ‖ Egypti
19 regionem ‖ *praepositusque ei* ab Augusto *Gneus Cornelius Gallus* datus est:
Or. 439 *hunc primum Egyptus Romanum iudicem habuit.* ‖ nam et Roma in tantum
opibus eius aucta est, ut propter habundantiam pecuniarum duplicia quam
usque ad id fuerant possessionum aliarumque rerum venalium praetia sta-
epit. 1, 5. 6 tuerentur. ‖ et ‖ ut annone urbis copiosam efficeret, fossas incuria vetusta-
tis limo clausas labore militum patefecit et urbi annua ex Egypto du-
Or. 439. 440 centies centena milia frumenti inferebantur. ‖ interea ‖ occisi sunt iussu
Caesaris maior Antonii filius et Publius Canidius infestissimus quidem sem-
per Cesari sed et Antonius infidus et Cassius Palmentis, ultima violati
patris Cesaris victima et Quintus Obinnius ob eam maxima notam, quam
obscenissimae lanificio textrinoque regi senator populi Romani preesse non
erubuerat. dehinc Caesar pedestribus copiis in Assyriam venit, deinde in

15 est *om. Or.* ‖ 16 consul *Or.* ‖ 21 a libyae parte *Or.* ‖ 22 antonium *om. Or.* ‖ 31 suo *add. L* ‖ 32 exanimata] exanimis íuuenta *Or.* ‖ 37 roma *ex* romam m^2 ‖ 41 urbi* m^1 ‖ 44 antoni* m^1, antonio *Or.* ‖ quod *Or.* ‖ 46 regine m^1 *et Or.* ‖ 47 syriam *Or.*

116 Asiam ad hiberna concessit ac post per Greciam Brundisium pervectus
est. anno ab urbe condita septingentesimo bicesimo quinto ipso impera-
tore Cesare Augusto quinquies et Lucio Apuleio consulibus Cesar victor
ab Oriente rediens octavum idus Ianuarias urbem triplici triumpho in-
gressus est. ‖ ducti ante eius curru Sol et Luna Cleopatrae liveri ‖ ac Hier. 1988
tum primum ipse Iani portas sopitis finitisque omnibus bellis civilibus clausit. Or. 110–112
119 P 2 hoc die *primum Augustus eo, quod rem publicam auxerit, consalutatus est*, quod
nomen cunctis antea inviolatum et usque ad nunc ceteris inaustum dominis
tantum orbis licite usurpatum apicem declarat imperii *atque* ex eadem die
summa rerum ac potestatum penes unum esse cepit et mansit, quod *Graeci*
118 12 *monarchiam vocant. non ullo tempore ante Cesarem Augustum magis Romana*
res floruit. nam cum primo Gaio Cesare avunculo suo interfecto ex Apollonia
rediens urbem ingrederetur, hora circiter tertia repente liquido ac puro se-
119 P 6 reno *circulus ad speciem celestis arcus* orbem solis ambiit, quasi eum unum ac
potissimum in hoc mundo solumque clarissimum in orbem monstraret, cuius
tempore venturus esset, qui ipsum solem solus mundumque totum et fe-
cisset et regeret. deinde cum secundo in Sicilia receptis a Pompeio et
Lepido legionibus, triginta milia servorum dominis restituisset et quadra-
ginta et quattuor legiones solus imperio suo ad tutamen orbis terrarum dis-
tribuisset ovansque urbem ingressus omnia superiora populi Romani de-
bita donando litterarum etiam monumentis abolitis censuisset. anno ab 111–117
urbe condita septingentesimo bicesimo sexto imperatore Augusto Cesare
sexies et bis Marco Agrippa consulibus Cesar parum in Hispania per du-
centos annos actu tum intellegens, si Cantabros atque Astures duas for-
tissimas Hispanie gentes suis uti legibus sineret, aperuit Iani portas at-
que in Hispanias ipse cum exercitu profectus est. Cantabri et Astures
Gallecie provincie portio sunt, quam extentum Pyrenei iugum haud pro-
cul secundo Oceano septemtrione deducitur. hi non solum propriam liber-
tatem tueri parati verum etiam finitimorum preripere ausi Vacceos et
Turmogos et Aurigonas assiduis eruptionibus depopulabantur. igitur Ce-
sar apud Segisamam castra posuit tribus agminibus totam pene amplexus
Cantabriam. diu fatigato frustra atque in periculum sepe deducto exer-
citu tandem ab Aquitanico sinu per Oceanum incautis hostibus ammoveri
classem atque exponi copias iubet. tunc demum Cantabri sub maenibus
Atticae maximo congressi bello et victi in Vinnium montem natura tutissi- 115
mum confugerunt, ubi obsidionis famae ad extremum pene consumpti sunt.
Tracilium deinde oppidum magna vi ac diu repugnans postremo captum
ac dirutum est. preterea ulteriores Gallaeciae partes, que montibus sil-
visque consitae Oceano terminantur, Antistius et Firmus legati magnis
gravibusque bellis perdomuerunt. nam et Medullium montem Ninio flu-
mini imminentem, in quo se magna multitudo hominum tuebatur, per quin-
decim milia passuum fossa circumseptum obsidione cinxerunt. itaque ubi
segnes hominum trux natura et ferox neque tolerande obsidione suffi-
cientem neque suspiciendo bello parem intellegit, ad voluntariam mortem
servitutis timore concurrit. nam se pene omnes certe igne ferro ac ve-
neno necaverunt. Astures vero positis castris apud Asturam flumen Ro-
manos, nisi proditi preventique essent, magnis consiliis viribusque oppres-
sissent. tres legatos cum legionibus suis in atria castra divisos tribus eque

5 ducti — liueri *add.* m^2 *in marg.* ‖ 8 inaustum] inau m^1, inausum *Or.* ‖ 24 actu tum m^2, actum m^1 *et Or.* ‖ 43 segnes] se gens *Or.* ‖ 45 certatim *Or.* ‖ 48 tria *Or.*

119 agminibus obruere repente moliti suorum proditione detecti sunt. hos postea Carisius bello exceptos non parva etiam Romanorum clade superavit, pars eorum praelio elapsa Lancham confugit. cumque milites circumdatam urbem incendio adoriri pararent, dux Carisius et a suis cessationem imperavit incendii et barbaris voluntatem deditionis exegit. studiose enim nitebatur integram atque incolumem civitatem victoriae suae testem relinquere. Cantabriae victorie hunc honorem Caesar detulit, ut tunc quoque belli portas claustro cohiberi iuberet. ita tunc secundo per Cesarem, quarto post urbem conditam clausus est Ianus. post hoc Claudius Drusus, privignus Cesaris, Galliam Rhetiamque sortitus maximas fortissimasque

416 gentes Germaniae armis subegit. nam tunc veluti ad constitutum pacis diem festinarent, ita omnes ad experientiam belli decisionemve faederis undatim gentes commovebantur aut suscepture condiciones pacis, si vincerentur, aut usure quieta libertate, si vincerent. id est Norici Hyllirii Pannonii Dalmate Moesii Thraces et Dacii Sarmatae plurimique et maxime Germaniae populi per diversos duces vel superati vel repressi vel etiam obiectum maximorum fluminum Rhodani Danuviique seclusi sunt. Drusus in Germania primo Susipeces, deinde Thencteros et Chattos perdomuit,

118 16 *ipsos quoque trans Alvem fluvium submovit, qui in barbarico longe ultra Rhenum est.* Marcomannos penae ad internicionem cecidit. postea fortissimas nationes et quibus natura vires, consuetudo experientiam virium dabat id est Cheruscos Suevos et Sygambros pariter uno bello sed etiam suis aspero superavit. quorum ex eo considerari virtus ac feritas potest, quod mulieres quoque eorum, si quando preventu Romanorum inter plaustra sua concludebantur, deficientibus telis vel qualibet re, qua velut telo uti furor possit, parvos filios conlisos humi in hostium ora iaciebant in singulis filiorum necibus bis parricida. et tunc etiam in Africam Musolanos et Getulos latius vagantes Cossus dux Caesaris artatis finibus cohercuit atque a Romanis militibus sustinere metu compulit. interea Cesarem apud Terraconem citerioris Hispanie urbem legati Indorum et Scytharum toto orbe transmisso tandem ibi invenerunt, ultra quod iam querere non possent, refuderuntque in Cesarem Alexandri Magni gloriam, quem sicut Hispanorum Gallorumque legatio in medio Oriente apud Babylonas contemplatione pacis adiit, ita hunc apud Hispaniam in occidentis ultimo suplex cum gentilicio munere eum Indus et Scytha Boreus oravit. Cantabrico bello per quinque annos acto totaque Hispania in eternam pacem cum quadam respiratione

417 lassitudinis reclinata ac reposita Cesar Romam rediit. quibus etiam diebus multa per se multaque per duces et legatos bella gessit. nam inter ceteros et Piso adversum Vendilicos missus est. quibus subactis victor ad Cesarem Lugdunum venit. Pannonios novo motu intumescentes Tiberius privignus Cesaris cruentissima cede delevit. idemque continuo Germanos bello arripuit, e quibus quadraginta milia captivorum victor abduxit. quod re vera bellum maximum et formidolosissimum quindecim legionibus per triennium gestum est nec fere ullum maius bellum, sicut Suetonius attestatur, post Punicum fuit. sub eodem vero tempore Quintilius Varus ‖

epit. 1, 13 et Or. propraetor ‖ cum tribus legionibus ‖ trans Rhenum fluvium ‖ a Germanis

4 ad*riri m^1 ‖ 14 idest *add. L* ‖ 15 et *ante* dacii *om. Or.* ‖ 17 rhodani] rheni *Or.* ‖ 21 id est *add. L* ‖ 27 et *ante* tunc *add. L* ‖ gentulos m^1 ‖ 28 atque romanis limitibus abstinere *Or.* ‖ 45 lius uarus propraetor *in ras.* ‖ 46 *epit. l. l.:* huius tempore trans rhenum uastatus est romanus exercitus atque tribuni et propraetor; quod in tantum perdoluit . . . ueste capilloque ac reliquis lugentium indiciis deformis ‖ fluuium *om. ep.*

118 rebellantibus mira superbia atque avaritia in subiectos agens funditus de-
letum est ‖ cum ‖ tribuni et propretor. ‖ quam rei publice cladem Cesar
Augustus adeo graviter tulit, ut ‖ veste capilloque ac reliquis lugentium
indiciis deformis ‖ et ‖ sepe per vim doloris caput parieti conlidens cla- Or.
maret 'Quintili Vare redde legiones'. Bosphoranos vero Agrippa superavit
et signis Romanis, quae illi quondam sub Mitridaten sustulerant, bello re-
19 cuperatis victos ad deditionem coegit. *Armeniam a Parthis recepit;* Parthi
quasi toto terrarum orbe vel domito vel pacato omnium oculis signarentur
atque in se solos omnis vigor Romani imperii vertendus esset, quippe quos
pristina ulciscende Crassiane cedis conscientia mordebat, ultro signa,
que Crasso interfecto abstulerant, ad Cesarem remiserunt regiisque obsi-
120 4 dibus traditis firmum faedus fideli supplicatione meruerunt. ‖ *Galatia quoque*
P 13 *emolliverat.* ‖ iste in imperio positus tribuniciam potestatem per se exercuit. ‖ epit. 1, 3
denique erga
P 20 *declamaret.* ‖ leges alias novas, alias correctas protulit suo nomine. ‖ *auxit* epit. 1, 18
121 P 10 *acres sunt.* ‖ nam poetam Ovidium, qui et Naso, pro eo quod tres libellos epit. 1, 24 25. 29. 30
artis amatorie scripserat, inrevocabili damnavit exilio. quodque est leti
animi vel amaeni, oblectabatur omni genere spectaculorum praecipue fe-
rarum incognita specie et infinito numero. iam et in adipiscendo princi-
patu oppressor livertatis est habitus et in gerendo cives sic amavit, ut tridui
frumento in horreis quondam viso statuisset veneno emori, si e provinciis
classes interea non venirent, quibus advectis felicitati eius salus patriae
est attributa. ‖ itaque anno ab urbe condita septingentesimo quinquagesimo Or. 448
secundo Cesar Augustus ab oriente in occidente, a septemtrione in meri-
diem ac per totum Oceani circulum cunctis gentibus una pace compositis
Iani portas tertio ipse tunc clausit, quas ex eo per duodecim fere annos
quietissimo semper obseratas otio ipsa etiam robigo signavit. nec prius
umquam nisi sub extrema senectute Augusti pulsatae Atheniensium sedi-
tione et Dacorum commotione patuerunt. clausis igitur Iani portis rem
publicam, quam bello quesierat, pace nutrire atque amplificare studens
leges plurimas statuit, per quas humanum genus libera reverentia disci-
pline morem gereret. domini appellationem ut homo declinavit. nam
cum eodem spectante ludos pronuntiatum esset in mimo 'o dominum aequum
et bonum' universique, quasi de ipso dictum esset, exsultanter approba-
vissent, et statim quidem manu vultuque indecoras adulationes repressit
et insequenti die gravissimo corripuit edicto, dominumque se posthac ap-
pellari ne a liveris quidem aut nepotibus suis vel serio vel loco passus
est. ‖ huius temporibus Rome ‖ sapientes insignes erant Virgilius Flaccus Anast. 26
Salustius Libius Ortensius Terentius Oratius Athenodorus Tarseus et Sitio
Alexandrinus. idem vero Augustus habitatoribus Romanae urbis per facies
dinumeratis invenit virorum habitantium in ea centum triginta et unum
milia triginta septem. ‖ igitur eo tempore id est quadragesimo secundo im- Or. 448. 456
perii sui anno, quo firmissimam verissimamque pacem ordinatione dei Cae-
sar composuit, natus est Christus, cuius adventui pax ista famulata est.
in cuius ortu audientibus hominibus exultantes angeli cecinerunt 'gloria in
excelsis deo et in terra pax hominibus bonae voluntatis'. anno ab urbe 455

2 cum *add. L* ‖ 17 inreuocabili *om. ep.* ‖ 31 leges] *ges *m*[1] ‖ 34 ex*ultanter *m*[1] ‖ 38 flaccus *om. An.* ‖ 42 id est *add. L* ‖ quadragesimo — sui *ex Or. 456* ‖ 46 uoluntatis *ex* boluntatis *m*[1] ‖ ab urbe condita] conditionis suae *Or.*

121 condita septingentesimo sexagesimo quattuordecim vicus eius incertum unde
consurgens flamma consumpsit. nec umquam, ut ait Libius, maiore incendio vastata est adeo, ut post aliquot annos Caesar Augustus ad reparationem eorum, que tunc exusta erant, magnam vim pecunie ex erario
157. 158 publico largitus sit. postquam redemptor mundi dominus Iesus Christus venit in terras et Caesaris census civis Romanus adscriptus est, dum per duodecim, ut dixi, annos clause belli porte beatissima pacis tranquillitate cohiberentur, Gaium nepotem suum Caesar Augustus ad ordinandas Egypti Syrieque provincias misit. qui preteriens ab Egypto fines Phalestine apud Hierusolimam in templo dei tunc sancto et celebri adorare contempsit, sicut Suetonius Tranquillus refert. quod Augustus ubi per eum comperit, pravo usus iudicio prudenter fecisse laudavit. itaque anno imperii Caesaris quadragesimo octavo adeo dira Romanos fames consecuta est, ut Cesar lanistarum familias omnesque peregrinos, servorum quoque maximas copias exceptis medicis et preceptoribus trudi urbe preceperit. ita peccantem principem in sanctum dei et correpto per famem populo quantitatem offensionis qualitas ultionis ostendit. deinde ut verbis Cornelii Taciti loquar, sine Augusto Ianus patefactus, dum apud extremos terrarum terminos nove gentes sepe ex usu et aliquando cum damno queruntur, usque ad
P 10 Vespasiani duravit imperium. ‖ interea Cesar Augustus *annos* natus *septem*
P 15 *paenas daret. sepultus Romae in campo Martio. igitur mortuum*
Or. 459 et 120 11 *reliquit.* ‖ anno ab urbe condita septingentesimo sexagesimo septimo Tiberius
epit. 2, 1 Cesar ‖ Libie filius, ‖ secundus ‖ imperium adeptus est ‖ qui *privignus* Cesaris, *mox gener*
epit. 2. 6. 7 121 P 30 *meditatis.* ‖ denique delatum a patribus principatum. quem quidem astum perceperat, finxit se abnuere, quod singuli dicerent vel sentirent, atrociter explorans. que res bonos quosque pessumdedit. estimantes enim ex animo eum longa oratione imperialis molestie magnitudinem declinare, cum
122 2 sententias ad eius voluntatem promunt, incidere exitia postrema. ‖ *nusquam*
Or. 459 *ipse pugnavit* ‖ sed ne per legatos quidem aliqua gravia bella iessit, nisi quod tantum aliquantis in locis precogniti cito gentium tumores comprimebantur. sane quarto imperii eius anno Germanicus Drusi filius, Caligule pater, de Germanis, ad quos ab Augusto sene missus fuerat, triumphavit. ‖ *quosdam reges*
epit. 2, 8 5 *antea diceretur.* ‖ Getulorum latrocinia repressit, Marobodum Suevorum re-
Or. 459. 460 gem callide circumvenit. ‖ plurima imperii sui parte cum magna et gravi modestia rei publice praefuit adeo, ut quibusdam presidibus augenda provinciis tributa suadentibus scripserit boni pastoris esse tondere pecus, non deglubere. at postquam passus est dominus Christus atque a mortuis resurrexit et discipulos suos ad praedicandum dimisit, Pilatus preses Phalestine provinciae ad Tiberium imperatorem atque ad senatum rettulit de passione et resurrectione Christi consequentibusque virtutibus, que vel per ipsum palam facte fuerant vel per discipulos ipsius in nomine eius fiebant et de eo, quod certatim crescente plurimorum fide deus crederetur. Tiberius cum suffragio magni favoris rettulit ad senatum, ut Christus deus haberetur. senatus indignatione motus, cur non sibi prius secundum morem delatum esset, ut de suscipiendo cultu prius ipse decerneret, consecrationem Christi recusavit edictoque constituit exterminandos esse urbe

1 sexagesimo *om. Or.* ‖ 18 sene *Or.* ‖ 21 sepultus — martio *desumpta ex 118, 5* ‖ 23 secundus *add. L* ‖ 25 astu m^1 ‖ 30 bella iessit *add. L*

122 Christianos, precipue cum et Seianus prefectus Tiberii suscipiende reli-
gioni obstinatissime contradiceret. Tiberius tamen edicto accusatoribus
Christianorum mortem comminatus est. nam et plurimos senatorum pro- 161
scripsit et mortem coegit. biginti sibi patricios viros consilii causa le-
gerat: horum vix duos incolumes reliquit, ceteros diversis causis necavit.
Seianum praefectum suum res novas molientem interfecit. filios suos Dru-
sum et Germanicum, qui adoptivi erant, manifestis veneni signis perdidit.
5 filios Germanici filii sui interfecit. ‖ *hic tertio et bicesimo imperii anno, ae-*
P 1 *tatis septuagesimo octavo* et ‖ mense quarto ‖ *cum inmani furore insontes,* epit. 2, 10
noxios, suos pariter ut diximus *externosque*
7 *in Campania* ‖ Kaligule insidiis. ‖ extinctus est *huius* ‖ tamen *imperii anno* epit. 2, 10 Or. 161. 162
duodecimo nova et incredibilis clades apud Fidenatium urbe accidit. nam
ampitheatri cavea populo gladiatorum munus spectante conlapsa est et plus
quam biginti milia hominum occidit. deinde anno eiusdem septimo de-
cimo cum dominus Iesus Christus voluntarie quidem se tradidit passioni
sed impie a Iudaeis apprehensus et patibulo suffixus est, maximo terrae
motu per orbem facto saxa in montibus scissa maximarumque urbium plu-
rime partes plus solita concussione ceciderunt. eadem quoque die a sexta
hora diei usque in horam nonam sol in totum obscuratus tetraque nox
subito obducta terris est et sicut dictum est: impii atque aeterna timuerunt
secula nocte. usque adeo autem neque lunam lumini solis neque nubes
obstitisse manifestum est, ut quartam decimam ea die lunam tota celi re-
gione interiecta longissime a conspectu solis affuisse et stellas tunc diurnis
horis vel potius in illa horrenda nocte toto celo fulsisse referatur. quod
non solum sanctorum evangeliorum fides sed etiam aliquanti Grecorum
libri adtestantur, ‖ quamquam ‖ nono decimo anno imperii Tiberii haec Anast. 26
facta referantur. scribens autem inter ceteros et Phlego, qui olympiadas
super ipsis enumerat, in tertio decimo sermone eisdem verbis asserit haec
'porro quarto anno ducentesimae secundae olympiadis facta est defectio
solis maxima et nox hora sexta diei facta est ita, ut etiam stelle in celo
parerent. terre motus etiam magnus in Bithinia factus plurimam Ni-
cenae urbis subvertit'. ‖ anno ab urbe condita septingentesimo nonagesimo Or. 463 et
tertius ab Augusto Gaius ‖ cognomento ‖ Caligula regnare caepit, ‖ Ger- epit. 3, 2
8 manici filius *Drusi privigni Augusti et ipsius Tiberii nepos* et quia natus
in exercitu fuerat, cognomento calciamenti militaris id est Caligula sor-
9 titus est, ‖ homo omnium ante se *sceleratissimus et qui etiam Tiberii dede-*
cora purgaverit. ‖ ante principatum omnibus carus acceptusque fuit, in epit. 3, 3
principatu vero talis, ut non immerito vulgaretur atrociorem illo dominum
non fuisse. ‖ nam ‖ ut breviter magnitudinem crudelitatis eius expromam, Or. 463. 464
exclamasse fertur 'utinam populus Romanus unam cervicem haberet'!
sepe etiam de condicione temporum suorum conquestus est, quod nullis
10 calamitatibus publicis insignirentur. ‖ *bellum* ipse *contra Germanos suscepit*
et ingressus Suaviam nihil strenuo fecit. stupra ‖ tres *sororibus* suis *in-* epit. 3, 4–10
tulit, ex una etiam natam filiam cognovit. incedebat habitu deorum suorum.
Iobem ob incestum, e choro autem Bachanali Liberum se asserebat. de
quo nescio an decuerit memoriae prodi, nisi forte quia iubat de principibus
nosse omnia, ut improbi saltem famae metu talia declinent. in palatio ma-

4 et ad *Or.* ‖ 5 reliqui* m^1 ‖ 7 adobti* m^1 ‖ erat m^1 ‖ 13 amp**theatrum m^1, *2 litt. eras* ‖ 18 a sexta — 19 nonam *add. L ex evangg.* ‖ 20 impiaque aet. *Or.* ‖ 26 adtestantur *ex* attestantur m^2 ‖ 27 inter ceteros *om. An*

122 tronas nobiles puplicae libidini subiecit. primus diademate imposito dominum se iussit appellari. in spatio trium milium, quod in sinu Puteolano intra molem iacet, duplici ordine naves contexens arenae aggestu ad terrae speciem viam solidatam falerato equo, insignis querquea corona, quasi
Or. 464 triumphans indutus aureo paludamento curru biiugi decucurrit. ‖ hisdem autem diebus Iudei, qui iam tunc ob passionem Christi meritis ubique cladibus exagitabantur, apud Alexandriam seditione excitata profligati caede atque urbe propulsi expromendarum querelarum causa Philonem quendam virum sane in primis eruditum secunda vice legatum ad Cesa-
Ignot. rem miserant, ‖ is Romam veniens locutus est cum apostolo Petro eiusque
Or. 464. 465 habuisse amicitias. ‖ sed Caligula cum omnibus hominibus tum praecipue Iudaeis infestissimus esset, spreta legatione Philonis omnes Iudeorum sacras sedes atque in primis antiquum illud Hierusolimis sacrarium profanari sacrificiis gentilium ac repleri statuis simulacrisque imperavit seque ibi ut deum coli precepit. Pilatus autem preses, qui sententiam damnationis in Christum dixerat, postquam plurimas seditiones in Hierusolymis excepit ac fecit, tantis inrogante Gaio angoribus coartatus est, ut sua se transverberans
11 manu malorum compendium mortis celeritate quesierit. ‖ igitur Gaius *cum adversus cunctos ingenti avaritia lividine crudelitate saeviret, interfectus* ‖
epit. 3, 10 a militibus ‖ *in palatio est anno etatis* suae tricesimo octavo, *imperii tertio*
Or. 465. 466 *mense decimo dieque octavo.* qui postquam ‖ occisus est, duo libelli in secretis eius reperti sunt, quorum alteri pugio, alteri gladius pro signo nominis adscriptum erat, ambo lectissimorum virorum utriusque ordinis, senatorii videlicet et equestris, nomina et notas continebant morti destinatorum. inventa est et arca ingens variorum venenorum, quibus mox Claudio Cesare iubente dimersis infecta maria traduntur non sine magno piscium exitio, quos enecatos per proxima litora passim estus eiecit. anno ab urbe condita septingentesimo nonagesimo quinto Claudius Titus ab
14 Augusto quartus regnum adeptus est ‖ *patruus Caligule, Drusi* privigni Augusti, *qui apud Moguntiacum monumentum habet filius, cuius Caligula ne-*
epit. 4, 2—6 *pos erat.* ‖ iste, cum senatus censuisset gentem Caesarum exterminari, deformis latebra latere repertus a militibus, quia vaecors erat, mitissimus videbatur imprudentibus, imperator effectus est. hic ventri vino lividini fede obaediens vecors et prope hebes ignavus ac pavidus libertorum et coniugis imperiis subiectus fuit. huius tempore Scribonianus Camillus intra Dalmatias imperator creatus continuo occiditur. Mauri provinciis accessere, cesam Musulaniorum manus. aqua Claudia Romae est introducta. ‖
Or. 466. 467 igitur in ‖ exordio regni eius Petrus apostolus domini Iesu Christi Romam venit et salutarem cunctis credentibus fidem fideli verbo docuit potentissimisque virtutibus approbavit atque exim Christiani Romae esse ceperunt. sensit hoc conlatum fidei sue Roma beneficium. accidit etiam eodem tempore presentis gratiae dei grande miraculum. siquidem Furius Camillus Scribonianus Dalmatie legatus bellum civile molitus legiones multas fortissimasque ad sacramenti mutationem pellexerat. itaque die dato, ut in unum undique ad novum imperatorem conveniretur, neque aquile ornari neque convelli quoquo modo signa moverive potuerunt. exercitus tanta et tam inusitata miraculi fide motus et conversus in penitentiam Scribonianum

1 nobiles *ex* nouiles *m*[1] ‖ libidini *ex* liuidini *m*[1] ‖ 3 moles *m*[1] ‖ 9 secunda uice *add. L* ‖ 28 titus *add. L* ‖ 31 deformi *m*[1] *et epit.* ‖ 37 est *om. ep.* ‖ 39 *otentissimisque *m*[1]

122 quinta statim die destitutum interfecit seseque sacramento prioris militie
15 continuit. ‖ igitur Claudius *medie imperavit multa gerens tranquille atque*
moderatae, quedam crudeliter et insulsae. idest ‖ triginta quinque senatores Or. 470
16 et trecentos simul equites Romanos minimis causis interfecit. ‖ *Brittanis*
intulit bellum
124 6 *incederet.* ‖ huius uxor Messalina primo passim quasi iure adulteris utebatur. epit. 4, 7–9
ex quo facto plures metu abstinentes extincti sunt. dehinc atrocius accensa nobiliores quasque nuptas et virgines scortorum modo secum proposuerat coactique mares, ut adessent. quod si quis talia horruerat, affleto crimine in ipsum omnemque familiam saeviebatur, ut magis videretur sub imperatore viro quam imperatori nupta esse. ita liberti eius potestatem summam adepti stupris exilio caede proscriptionibus omnia fedabant. ex quibus Felicem legionibus Iudeae prefecit, Posidonio eunucho post triumphum Brittanicum inter militarium fortissimos arma insignia tamquam participi victoriae dono dedit, Polibium inter consules medium incedere fecit; hos omnes anteibat Narcissus ab epistolis dominum se gerens ipsius domini palamque pretoriis ornamentis sublimatus: adeo divites, ut causante eo inopiam fisci lepidissimae famoso elogio vulgatum sit abunde ei pecuniam fore, si a duobus libertis in societatem reciperetur. ‖ hic ‖ cives Ro- Anast. 29
mane urbis describens invenit sexies decies centena milia nungenti et
quadraginta uno milia. ‖ huius imperii anno quinto inter Theram et The- Or. 469 et
rasiam ‖ in mari Egeo ‖ insula de profundo emicuit triginta stadiorum epit. 4, 10
spatio extenta. anno eius septimo sub procuratore Iudeae Cumano in Hierusolymis tanta seditio in diebus azimorum exorta est, ut in portarum exitu populo coartato triginta milia Iudeorum cede prostrata et compres-
sione suffocata referantur. ‖ tunc et apud Athenienses suprascripta est ara Anast. 29
ignoto deo. ‖ verumtamen anno eius octavo tanta fames Romae fuit, ut Or. 469
medio foro imperator correptus a populo conviciis et fragminibus panis turpissime infestatus egre per speudothyrum in palatium refugiens furo-
rem excitate plebis evaserit. ‖ huius temporibus visus est apud Egyptum epit. 4, 10 et
Phenix, quam volucrem ferunt ‖ anno sexcentesimo quinquagesimo quarto ‖ Anast. 29
ex Arabis memorato loco advolare. ‖ et ‖ Apollonius ex Tianensibus Italie ortus, Pithagoricus philosophus, Rome pollebat ita, ut hunc ipso quo-
que Pythagora Philostratus et alii acrioris ingenii fuisse describant. ‖ hic epit. 4, 11
Agrippinam Germanici fratris sui filiam uxorem duxit, que filio imperium
procurans primo privignum ‖ Brittanicum in palatio ‖ insidiis multiformi- Ignot. epit.
6 bus dehinc ipsum coniugem veneno interemit. ‖ *vixit annos sexaginta quattuor, imperavit* annis *quattuordecim. post mortem consecratus est divusque*
appellatus. ‖ cuius funus ut quondam in Tarquinio Prisco diu occultatum epit. 4, 12. 13
est; dum arte muliebri corrupti custodes egrum simulant, Nero privignus
eius imperii iura suscaepit. ‖ anno ab urbe condita octingentesimo octavo ‖ Or. 470 et
Domitius Nero patre Domitio Enobarbo genitus, ‖ ab Augusto quintus prin- epit. 5, 1
cipatum adeptus est. ‖ iste quinquennio tolerabilis visus, unde quidam pro- epit. 5, 2. 3
didere Traianum solitum dicere procul distare cunctos principes Neronis
8 quinquennio: ‖ postea in omnibus *Caligulae*
10 *in calidis et frigidis*] *in frigidis et calidis*
11 *extrahebat.* ‖ plurimos senatorum nulla extante causa bonis privavit. neca- Or. 472

2 igitur — imperauit m^2 *in ras.* ‖ 9 a*flcto m^1 ‖ 17 palamque] pallasque *ep.* ‖ 27 octauo] sequenti (= decimo) *Or.* ‖ 32 et *add. L* ‖ 33 ortus *et* romae *add. L* ‖ 47 necatorum] negotiatorum *Or.*

124 torum omnium sub una die tormentis quoque adhibitis omnem penitus cen-
sum abstersit. crudelitatis autem rabie ita effrenatus est, ut plurimam *se-
natus partem interfecerit* equestrem ordinem paene destituerit. *bonis omni-*
471 *bus hostis fuit.* lividinibus porro tantis exagitatus est, ut ne a matre quidem
vel sorore ullave consanguinitatis reverentia abstinuisse referatur, virum
epit. 5, 5 in uxorem duxerit. ipse a viro ‖ amictus nuventium virginum specie pa-
Or. lam convocato senatu dote dicta cunctis festa more frequentantibus ‖ ut
12 uxor acceptus est. *ad postremum* tanto se dedecore *prostituit, ut* omnia
paenae Italiae ac Grecie theatra perlustrans assumptos etiam varii vestitus
dedecore ‖ *saltaret*
Or. 471. 472 14 *urbem Romam* ‖ per sex dies septemque noctes *incendit, ut spectaculi eius
imaginem cerneret, quale olim Troia capta arserat.* et ipse ex altissima
illa Mecenatiana turre prospectans letusque flamme pulchritudine tra-
gico habitu Iliadam decantabat. horrea quadro structa lapide magneque
ille veterum insule, quas discurrens adire flamma non poterat, magnis
machinis quondam ad externa bella preparatis labefacte atque inflam-
mate sunt. avaritiae autem tam prerupte extitit, ut post hoc incendium,
quam se Augustus ex latericiato marmoream reddidisse iactaverat, nemi-
nem ad reliquias rerum suarum adire permiserit. cuncta, que flamme
quoquo modo superfuerant, ipse abstulit. centies centena milia sexcentium
epit. 5, 5 annua ad expensa senatum conferri sibi imperavit. ‖ Octaviam et Savinam
15 cognomento Popeam in matrimonium duxit viris earum trucidatis. ‖ *in
re militari nihil omnino* auxit. *Brittaniam*
epit. 5, 6. 7 18 *defuncto.* ‖ tunc Galba Hispaniae pretor et Gaius Iulius imperium corripuere.
at ubi adventare Nero Galbam didicit senatusque sententia constitutum, ‖
20 *ut nudus*
Ignot. **126** 1 *praecipitaretur saxo.* ‖ cuius hoc ante portenderat signum: fulmen ante eius
epit. 5, 7 mensam cecidit. igitur ‖ desertus undique *e palatio fugit* noctis medio urbe
egressus sequentibus eum Phaone Epaphrodito Neophitoque et spadone
Sporo, quem quondam exectum formare in mulierem temptaverat, *et in sub-
urbano se liberti sui, quod est inter Salariam et Nomentanam viam, ad quar-
tum urbis miliarium* ictu gladii transegit adiuvante trepidantem manum im-
puro, de quo doximus, eunucho, cum sane prius nullo reperto, a quo fe-
riretur, exclamaret 'itane nec amicum habeo nec inimicum? dedecorose
2 vixi, turpius pereAm'. ‖ *edificavit*
3 *obiit tricesimo* primo *aetatis anno*
Anast. 30 5 *consumpta est.* ‖ huius temporibus ‖ pollebant Romae poete Lucanus Ovidius,
satirici Iuvenalis et Persius Senecasque tragicus Musonius atque Plutarchus
epit. 5, 9. 10 philosophi. ‖ hunc Perse in tantum dilexerant, ut legatos mitterent orantes
copiam construendi monumenti. ceterum adeo cunctae provinciae omnis-
que Roma interitu eius exultavit, ut plebs induta palliis manumissionum
P 1 tamquam sevo exemta domino triumpharet. ‖ *denique omnibus flagitiis suis*
Or. 472. 473 *etiam hoc addidit,* ut ‖ primus Romae Christianos suppliciis et mortibus af-
fecit ac per omnes provincias pari persecutione excruciari imperavit. ipsum-
que nomen extirpare conatus beatissimos Christi apostolos Petrum cruce,
Paullum gladio caput secuit. mox autem acervatim miseram civitatem
obortae undique oppressere clades. nam subsequente autumno tanta urbi

12 et *add. L* ‖ 17 urbis *post* incendium *add. Or.* ‖ 20 sestertium *Or.* ‖ 25 at *om. ep.* ‖ 27 cuius — 28 undique *add. m*[2], hoc *sup. lin.* ‖ 29 eum *om. ep.* ‖ altero *Paul.* ‖ 41 pileis *ep.* ‖ 46 gladio occidit *Or.* ‖ autem *add. L*

126 pestilentia incubuit, ut triginta milia funerum in rationem Libitinae veni-
rent. anno ab urbe condita octingentesimo bicesimo secundo de Hispania 474
siquidem ilico *Servius Galba* surrexit ‖ et ab Augusto sextus principatum
6 adeptus est, *antiquissime novilitatis senator* ‖ Sulpiciorum gente progenitus, ‖ epit. 6, 1
cum septuagesimum
8 *acceptus.* ‖ qui mox ut Neronis comperit mortem, Romam venit et Pisonem Or. 474
novilem industriumque adolescentem sibi in filium atque in regnum opta-
vit. ‖ iste in adolescentia infamis, ad vescendum intemperans fuit. trium epit. 6, 2
amicorum consilio id est Vinii Cornelii Icelii cuncta disponens adeo, ut
intra Palatinas aedes pariter habitarent et vulgo pedagogi dicerentur. ‖
nam privata
10 *gravissimis bellis* ‖ militem suum ita severissime tractans, ut ingresso eo ca- epit. 6, 3
stra vulgaretur statim 'disce militare miles: Galba est, non Getulicus'. ‖
huius breve
13 *Roma. Lucius* ‖ Salvius ‖ *Otho occisis Galba* ‖ et Pisone ‖ ab Augusto septimus epit. 7, 1 et Or. 475
14 *invasit imperium* ‖ splendidis ortus maioribus ex oppido Ferentano. ‖ at-
tamen *materno*
15 *mollis* ‖ maxime in adolescentia omni turpis ‖ *et Neronis* epit. 7, 1
17 (*cum*) *Vitellius* ‖ in Gallia *factus esset a Germanicianis exercitibus imperator,* Or. 475
bellum civile *contra eum suscepto* tribus primum levibus proeliis hoc est
uno apud Alpes, alio circa Placentiam, tertio circa locum, quem Castores
18 vocant, contra Vitellianos duces congressus victor extitisset, quarto ‖ *cum*
128 1 *die.* ‖ adeo amabilis militibus propriis fuit, ut plerique corpore eius viso suis epit. 7, 2
5 manibus interierint. ‖ *dein Vitellius* octavus ab Augusto *imperio potitus est*
5 *pater eius* ‖ Lucius Vitellius *non ammodum clare natus tres tamen ordinarios* epit. 8, 1. 2
gesserat consulatus. iste tumens crudelis avarusque cum profusione fuit ‖
6 et *cum multo dedecore imperavit gravique saevitia*
9 *quam ei*] *quam*
12 *honoraret* ab omnibus exosus est. nam ‖ postquam de Vespasiano comperit, Or. 476
primum deponere molitus imperium deinde postquam a quibusdam anima-
tur, Sabinum Vespasiani fratrem nil tum mali suspicantem cum ceteris
Flavianis in Capitolium compulit succensoque templo et mixta simul flamma
ruinaque omnes in unum pariter interitum ac tumulum dedit. ‖ at ‖ Vespa- Anast. 30
130 1 sianus postquam *apud Phalestinam imperator creatus* in Greciam venit
gaudens, ut Greci fatentur, in his, quae audiebat a Tianensi Apollonio de
tempore imperii sui ac ceteris bonis fortioris, loquens cum eo apud Egyp-
tum ab Indis et Bragmanis et Gymnosophistis illic degentibus redeunte. ‖
igitur Vitellius ‖ a Vespasiani militibus sub muris urbis certamine habito epit. 8, 3. 4 et
superatus ‖ ab ‖ exercitu suo destitutus est appropinquantibusque iam ho- Or. 476. 477
stibus trepidus cum se in quandam proximam palatio cellulam contrusisset,
turpissime inde protractus ‖ vinctus a tergo manibus circumducitur ad spec-
128 14 taculum vulgi. ‖ cumque per viam sacram ‖ *publice nudus* ‖ duceretur, ac
ne homo impudens in extremis saltem malorum, que gesserat, rubore fa-
ciem demitteret, *erecta coma et capite subiecto* in *mentum gladio* semi-
nudus multis ceno fimoque et ceteris turpioribus dictu purgamentis ‖ os
et pectore involutus in phorum deductus ‖ est atque ‖ per scalas Gemonias

3 et *add.* m^2 ‖ principatus m^1 ‖ 8 adolescen* m^1 ‖ 12 grauissimis bellis mi m^2 *in ras.* ‖ suum *add. L* ‖ 20 hoc est m^1 *in ras.* ‖ 23 fuit *add. L* ‖ 30 deinde postquam] postea *Or.* ‖ 34 postquam *add. L* ‖ creatus] factus *Paul. ante* apud ‖ 38 b *in* sub m^1 *sup. lin.* ‖ 39 ab *add. L* ‖ appropinquantibus *Or.* ‖ 42 cum *Or.* ‖ 44 in] ad *Paul.* ‖ 46 est atque *add. L*

128 traitur, ubi Sabinum Vespasiani fratrem necari permiserat. ‖ minutissimorum ictuum crebris compunctionibus excarnificatus atque inde unco tractus
16 in Tiberim mersus ‖ est, *etiam*
Or. 478 17 *die uno.* ‖ multis autem et nefariis modis per complures dies a Vespasianis militibus adversum senatum populumque Romanum indiscreta caede saevitum est. ‖

LIBER VIII (PAVLI VII).

Or. 478 **130** 1 *Vespasianus huic successit* nonus ab Augusto. ‖ anno ab urbe condita octingentesimo bicesimo quinto brevi illa quidem sed turvida tyrannorum tempestate discussa tranquilla sub Vespasiano serenitas rediit. ‖ is *obscure quidem*
3 *et deinde*] *deinde*
Or. 478 5 *adiecerit.* ‖ namque ut paullo altius repetam, Iudaei post passionem Christi destituti in totum gratia dei cum omnibus undique malis circumvenirentur, quibusdam in Carmelo monte seducti sortibus, que portenderent exortos a Iudea duces rerum potituros fore, predictumque ad se trahentes in rebellione exarserunt. extinctisque Romanis presidiis legatum quoque Syriae, ‖ cui Phalestina nomen est, ‖ suppetias ferentem rapta aquila et cesis copiis fugaverunt. ad hos Vespasianus a Nerone missus Titum filium suum maiorem inter legatos habuit. nam multas et validas legiones secum in Syriam traiecit. itaque cum Iudeos multis eorum oppidis captis in urbem Hierusolymorum precipuae ob diem festum congregatos obsidione clausisset, cognita Neronis morte hortatu plurimorum regum et ducum maxime Iosephi Iudeorum ducis sententia, qui captus cum in vincla coniceretur, constantissime dixerat, sicut Suetonius refert, continuo se ab eodem sed imperatore solvendum, imperium adeptus est. relictoque in castris ad procurationem obsidionis Hierusolymorum filio Tito per Alexandriam profectus est Romam. sed cognita interfectione Vitellii paulisper Alexandriae substitit. Titus vero magna ac diuturna obsidione Iudeos premens machinis cunctisque bellicis mobilibus non sine multo suorum sanguine tandem muros civitatis inrupit. sed ad expugnandam interiorem templi munitionem, quam reclusam multitudo sacerdotum ac principum tuebatur, maiore vi et mora opus fuit. ‖ nam infra biginti diebus capta est. ‖ quod tamen postquam in potestate redactum opere atque antiquitate suspexit, diu deliveravit, utrum tamquam incitamentum hostium incenderet an in testimonium victoriae reservaret. ‖ itaque cum nuntiatum ei a Roma fuisset, quod pater eius imperium potiretur, ex hilaritate nimia crura eius dextra crementum carnis accepit ita, ut calciamentum non reciperet. quem Iosephi duci Iudaeorum consilio ut alia restituta est, qui iusserat ante eum hominem transire, in quem plurimum odio habebat. ‖ igitur Titus imperator ab exercitu pronuntiatur templum Hierusolymis incendit ac diruit, quod a die conditionis primae usque ad diem eversionis ultime manserat annis mille centum et duobus. muros urbis universos solo adequavit. sexcenta

(Margin: epit. 9, 13 Or. 478. 479 — at "riae, ‖ cui Phalestina"; Ignot. — at "batur, maiore vi"; Or. 479 — at "quod tamen postquam"; Ignot. — at "an in testimonium"; ? — at "fuisset, quod pater"; Or. 480 — at "hominem transire")

18 cui *sup. lin.* ‖ est *add. m²* *i. m.* ‖ 33 pus fuit — 35 incenderet *m²* *in ras.*

130 milia Iudeorum eo bello interfecta Cornelius et Suetonius referunt; Iosephus vero Iudeorum, qui ei tunc bello prefuit et apud Vespasianum propter predictum imperium veniam gratiamque meruerat, scribit undecies centena milia gladio et fame perisse, reliquias vero Iudeorum diversis auctas condicionibus toto orbe dispersas, quarum numerus ad nonaginta milia hominum fuisse narrantur. ‖ quibus ante obscena et dira prodigia vel visa vel nuntiata sunt. ‖ etenim stella prefulgens gladio per Rufin. 3, 8 omnia similis imminere desuper civitati et cometes preterea exitialibus flammis ardere per totum visa est annum. sed et ante excidii tempus ac belli cum populi ad diem festum azimorum convenirent, octaba die mensis Aprilis noctis tempore hora nona tantus luminis fulgor aram templumque circumdedit, ut putarent omnes diem clarissimum factum et permansit spatio hore dimidiae. quod inperitis quidem et ignaris prosperum videbatur sed legis peritos et probos quosque doctores non latuit exitiale portentum. in eadem quoque festivitatae vitula sacrificiis ammota et aris assistens inter ipsas ministrorum manus enixa est agnum. sed et ianua interioris aedis, que respiciebat orientem, cum aesset aere solido induta ac perinde inmensi ponderis, que bix viginti viris summo conatu impellentibus clauderetur, ferreis quoque bectibus et seris munita ac pessulis in altum dimissis teneretur obstricta, hora noctis sexta apparuit repente patefacta. sed et transacto die festo post aliquot dies prima et biccesima diae mensis Maii prodigiosus apparuit visus et fidem paene excedens. quod vere falsum putaretur, nisi oculorum fide confirmasset malorum consecuta pernicies. etenim prope solis occasum visi sunt currus et quadrige in omni regione per aerem ferri et armatorum cohortes misceri nubibus et urbes circumdare agminibus improvisis. in alio itidem die festo, qui Pentecosten appellatur, nocte sacerdotes ingressi templum ad ministeria ex more complenda primo quidem motus quosdam strepitusque senserunt. tum deinde voces subitas audiunt dicentes 'migremus hinc'. additur his aetiam aliud terribilius. etenim quidam Ananiae filius, Hiesus nomine, vir plebeius et rusticus, ante quartum belli anum cum civitas in pace et habundantia duraret, in die festo tabernaculorum repente clamare cepit 'vox ab oriente, vox ab occidente, vox a quattuor ventis, vox super Hierusolymam et templum, vox super sponsos et sponsas, vox super populum' et indesinenter die noctuque per omnes plateas circumhiens haec clamabat usque quo quidam priores ex populo viri velut infausti presagii indignatione commoti correptum hominem multis berveribus afficiunt. at ille nequaquam pro se aliquid loquens sed neque eos quidem, qui se circumsteterant, deprecans easdem voces pari obstinatione et clamore repetebat. tunc principes intellegentes, ut res erat, numinis esse motus in viro, perducunt eum ad iudicem Romanum. apud quem flagris ad ossa usque laniatur neque preces neque lacrimas fudit sed eandem vocem miserabiliter et cum quodam ululatu emittens per singula paene bervera proferebat addens etiam hoc 've vae Hierusolymis'. ‖ igitur ‖ Vespasianus et Titus imperatores magnificum Or. 180. 181 agentes de Iudeis triumphum urbem ingressi sunt. pulchrum et ignotum antea cunctis mortalibus inter trecentos biginti triumphos, qui in id tempus acti erant, hoc spectaculum fuit patrem et filium uno triumphali curru vectos gloriosissimam ab his, qui patrem et filium offenderant, victoriam

2 iudaeus *Or.* ‖ 5 actas *Or.* ‖ 18 s *in* ponderis *sup. scr.* m¹ ‖ 21 aliquo m¹ ‖ 35 circumiens m¹ ‖ 38 se *om. Ruf.* ‖ 42 uoce m¹

130 5 reportassent. ‖ igitur Vespasianus *Romae se in imperio moderatissime gessit,*
pecuniae tantum avidior fuit
epit. 9, 2—12 9 *contra se* atrociores et *reos non facile punierit ultra exilii penam.* ‖ huius inter
cetera bona illud singulare fuit inimicitias oblivisci adeo, ut Vitellii hostis
filiam locupletissime dotatam splendidissimo coniungeret viro. ferebat pa-
tienter amicorum motus contumeliis eorum, ut erat facetissimus, iocularibus
respondens. namque Licinium Mucianum, quo adiutore ad imperium perve-
nerat, fiducia meritorum insolentem lepide flectebat adhibito aliquo utrique
familiari id unum dicens ‘nosti me virum esse’. sed quid mirum in ami-
14 cis, cum etiam *offensarum et inimicitiarum inmemor fuit;* obliqua causidi-
corum *in se dicta* et philosophorum contumaciam *leviter tulit, diligens ta-*
men coercitur discipline militaris. iste exanguem diu fessumque terrarum
orbem brevi refecit prudentissime ratus nefaria ministeria a pluribus metu
curari. preterea legibus aequissimis monendo, quodque vehementius est
vitii specie vitiorum plura aboleverat. infirmus tamen, uti quidam prave
putant, adversus pecuniam, cum satis constet erarii inopia et clade urbium
novas eum neque postea habitas vectigalium pensiones exquisivisse. hic
Romam deformem incendiis veteribus ac ruinis permissa, si domini de-
essent, volentibus edificandi copia Capitolium, aedem Pacis, Claudii mo-
numenta reparavit multaque nova instituit; per omnes terras, qua ius Ro-
manum est, renovatae urbes cultu egregio, viae operibus maximis munite
sunt, tunc cavati montes per Flamminiam sunt prono transgressui, que
vulgariter pertunsa petra vocitatur. mille gentes compositae, cum ducentas
egerrime repperisset extinctis sevitia tyrannorum plerisque. rex Par-
Or. 482 thorum Vologeses metu solo in pacem coactus est. ‖ tunc deinde sine ullis
bellorum tumultibus in immensum res publica Romana provehitur, si-
11 quidem ‖ *Achaiam Liciam Rhodum Bizantium Samum, que livere ante id*
epit. 9, 13 *tempus fuerant, item Traciam Ciliciam Commagenem* ‖ quam hodie Augusto-
fratensem nominamus, ‖ *quae sub regibus amicis erant, tunc primum redac-*
Or. 482 *tae in provinciarum formam* ‖ Romanis iudicibus legibusque paruerunt.
nono autem anno imperii eius tres civitates Cypri terremotu corruerunt et
epit. 9, 14—17 Rome magna pestilentia fuit. ‖ hic monentibus amicis, caveret a Mettio
Pomposiano, de quo sermo percrebuerat regnaturum fore, consulem fecit
alludens tali cavillo ‘quandoque memor erit tanti beneficii’. institutum
vero uniforme omni imperio tenuit; vigilare de nocte publicisque actibus
absolutis caros ammittere, dum salutatur, calciamenta sumens et regium
vestitum: post autem negotiis quecumque advenissent auditis exerceri
vectatione, deinde requiescere; postremo ubi labisset, remissiore animo
conbibium curabat. plura dicere studium coaegit imperatoris boni, quem
ab Augusti morte post annos sex et quinquaginta Romana res puplica
exangui sevitia tyrannorum quasi fato quodam, ne penitus rueret, assecuta
16 est. *per haec cum senatui populo postremo cunctis amabilis ac iocundus esset,*
seriis ioca, quibus delectabatur, ammiscens interiit. quippe primo cum
crinitum sidus, ‖ quod Greci cometem vocant, ‖ apparuisset ‘istud’ inquit
17 ‘ad regem Persarum pertinet, cui est capillus effusior’ deinde *profluvio*
ventris fessus *in villa propria circa Savinos* assurgens ‘stantem’ ait ‘im-
132 1 peratorem terris excedere decet’. ‖ *genituram*

---

1 tassent igitur uespasianus romae — 2 pecuniae *add. m² in ras.; fuerat 2 vv.:* tassent rome se in imperio moderatissime gessit pecuniae ‖ 15 uitae *ep.* ‖ 41 exangui 5 *m¹ ut vid.* ‖ 44 quod — uocant *add. L*

132 8 4 *neminem.* ‖ anno ab urbe condita octingentesimo bicesimo octavo ‖ *Titus* ‖ Or. 482
Vespasiani et Domitille liverte *filius* decimus ab Augusto post mortem
patris *successit, qui et ipse Vespasianus dictus.* ‖ iste a puero preclaris stu- epit. 10, 2 8
diis probitatis militie litterarum instantissime deditus, quo contenderit,
animi et corporis muneribus ostendit. hic ubi patriae curam suscepit, in-
credibile est, quantum, quem imitabatur, anteierit precipue clementia libe-
ralitate honorificentia ac pecuniae contemptu. que eo amplius grata fuere,
quod ex nonnullis a privato adhuc patratis asperior luxurieque et ava-
ritie amans credebatur fore. namque prefecturam pretorianam patre im-
perante adeptus suspectum quemque et oppositum sibi immissis, qui per
theatra et castris invidiosa iactantes ad penam poscerent, quasi criminis
convictos oppressit. in quis Cecinam consularem adhibitum caenae vixdum
triclinio egressum ob suspicionem stupratae Berenicis uxoris sue iugulari
iussit. iurgia autem sub patre venundata, rapinarum cupidum, unde Nero-
nem cuncti opinantes vocantesque summam rerum nactum graviter acce-
perant. sed haec in melius conversa adeo ei immortalem gloriam contulere,
ut deliciae atque amor humani generis appellaretur. denique ut subiit pon-
dus regium, Berenicen nuptias suas sperantem regredi domum et enerva-
torum greges abire precepit. quo facto quasi signum protulit mutate intem-
perantie. dehinc cum donata concessave a prioribus principibus firmare in-
sequentes solerent, simul imperium caepit, talia possidentibus edicto sponte
5 cavit. ‖ iste *facundissimus bellicosissimus moderatissimus* fuit. *causas*
8 *confirit.* ‖ tantam autem pietatem erga Iudeos habuit ut ‖ circumhiens Hieru- Rufin. 3, 6
salem et videns repletos Iudeorum cadaveribus vallos et humani corporis tabe
patriam terram rigari cum ingenti gemitu elevatis ad celum manibus deum
invocat testem hoc suum opus non esse. ‖ *Romae tantae civilitatis in im-*
perio fuit, ut nullum omnino puniret. ‖ clementia vero usque eo perduxit, ut ‖ epit. 10, 10
convictos adversum se coniurationis causa *dimisit et in eadem familiaritate*
habuit *quam antea habuerat.* nam ut breviter eius clementiam expromam, ‖
duo cum adversus eum amplissimi ordinis coniuravissent neque abnuere epit. 10, 10 11
cogitatum scelus quirent, monuerit primo, post deductos in spectaculo se
utrimque assidere iusserit petitoque ex industria mirmillonum, quorum
pugne visebantur, gladio quasi ad explorandam aciem uni atque alteri
commiserit, quibus perculsis et constantiam mirantibus diceret 'videtisne
potestates fato dari frustraque temptari facinus potiendi spe vel amittendi
metu?' fratrem quoque Domitianum parantem insidias militumque animos
sollicitantem flens sepius optestatus est, ne parricidio assequi cuperet, quod
et se volente esset obventurum ei et iam haberet, cum sit particeps pote-
10 statis. ‖ *facilitatis*
13 *praestitisse* ‖ venerando celestique dicto ait '*amici hodie diem perdidimus*'. ‖ *hic* epit. 10, 9
14 *occidit.* ‖ huius tempore ‖ repentino incendio ‖ Rome sine nocturna requie per epit. 10, 12 et Or. 482
triduum fuit, ‖ plurime edes publice concremate sunt. adruptum tunc
etiam uerticem Besubii, ‖ montis Campanie, ‖ magna profudisse incendia
ferunt torrentibusque flammarum vicina regionis cum urbibus hominibusque
delesse. ‖ lues quoque Romae quanta vix umquam ante fuit, quibus tamen epit. 10, 13
malis nullo vexato pecunia propria subvenit cunctis remediorum generibus,
nunc egrotantes per semet ipsum reficiens, nunc consolans suorum morti-

---

2 matre liberta domitilla nomine genitus *ep. 10, 1* ‖ 6 antehierit m^1 *ut vid.* ‖ 23 tantam — 33 pugne *add. m^2 in ras.* ‖ hierusalem *add. L* ‖ 24 repletis m^1 ‖ iudeorum] mortuorum *Ruf.* ‖ 36 parantem] pa** m^1, *fort.* parentem ‖ 42 abruptum *Or.*

132 bus afflictos. ‖ *per haec inusitato favore dilectus morbo periit in ea, qua pater, villa post biennium* et *menses octo dies*que *biginti*, *quam* post patrem impe-
epit. 10, 16 — 16 raverat, *aetatis anno altero et quadragesimo.* ‖ huius mors credi vix potest,
134 — 1 quantum luctum urbi provinciisque intulerit adeo, *ut omnes*
Or. 483, epit. 11, 1 — 4 5 *relatus est.* ‖ anno ab urbe condita octingentesimo tricesimo ‖ *Domitianus* Vespasiani et Domitillae liverte filius, Titi germanus ‖ *iunior,* ‖ undecimus ab Augusto *accepit imperium.* iste *Neroni*
Or. 483, epit. 11, 6—8 — 9 *appellari* ‖ scribi colique *iusserit.* ‖ segnisque ridicule remotis omnibus muscarum agmina persequebatur furens lividine, cuius faedum exercitium Grecorum lingua clinopalen vocabat. hic percontanti cuidam, quisquamne in palatio esset, responsum ‘nec musca quidem’. ‖ *nullam*
Anast. 31 — 11 *execrabilis fuit.* iste apud Romanos ‖ eunuchizari viros iussit et in palatio haberet, uxoremque suam nuncupari Augustam. *expeditiones quattuor habuit, unam adversus Sarmatas, alteram adversus Chattos, duas adversus Da-*
Or. 483 — *cos.* ‖ nam quanta fuerint Diurpanei Dacorum regis cum Fusco duce prae-
14 lia quantaque Romanorum clades, ubi *Oppius Sabinus consularis et Cornelius Furcus praefectus praetorii cum magnis exercitibus occisi sunt,* longo textu evoluerem, nisi Cornelius Tacitus, qui hanc historiam diligentissime contexuit, de reticendo interfectorum numero et Salustium Crispum et alios auctores quam plurimos sanxisse et se ipsum idem potissimum elegisse
12 dixisset. Domitianus tamen pravissima elatus iactantia *de Dacis Chattisque* sub nomine superatorum hostium de extinctis suis legionibus triumphavit. ‖
13 14 *de Sarmatis solam lauream ursurpavit,* ubi *legio eius cum duce interfecta est.*
epit. 11, 9. 10 — 17 *verum cum ob scelera universis exosus esset,* ‖ accensus Antonius maxime iniuria verborum Domitiani, qua se scortum vocari dolebat, cum curans Germaniam superiorem imperium corripuit, Domitianus eum per Norbanum Lap-
epit. 11, 3 — 16 pium acie stravit. *Romae quoque multa* ‖ aedificia vel cepta vel a funda-
Hier. 2105 — mentis construxit ‖ *in his* Pantheum *Capitolium phorum transitorium Divorum porticus Isium ac Serapium et stadium* orrea piperataria Vespasiani templum Minervam Chalcidicam Ludum matutinum Micam auream Metam sudantem. ‖ bibliothecas incendio consumptas petitis undique praesertim
epit. 11, 4. 5 — Alexandria exemplis reparavit. sagittarum tam doctus fuit, ut inter patentes
Or. 484 — digitos extentae manus viri procul positi spicula transvolaret. ‖ iste ‖ per-
Anast. 31 — secutionem in Christianos agi secundus a Nerone imperavit, ‖ quorum multi martirio coronati sunt, ut Bretzius scribit. inter quos et Flavia Domitillam,
Rufin. 3, 18 — Flavii Clementis consulis ex sorore neptis, ‖ in insulam Pontianam ob fidei
Or. 484 — testimonium ‖ exiliatur. ‖ quo tempore etiam beatissimus Iohannes apostolus in Pathmum insulam relegatus fuit. inter Iudaeos quoque acervitate tormentorum et cruentissimae questionis exquiri genus David atque interfici preceptum est, dum prophetis sanctis et invidetur et creditur, quasi adhuc
epit. 11, 11-15 — futurus esset ex semine David, qui regnum possit adipisci. ‖ igitur Domitianus metu crudelitatis et conscientie suae coniuravere plerique inpulsoribus Parthenio procurante cubiculum Stephano et tum ob fraudem intercepte pecuniae supplicium suspectante Clodiano ascita etiam in consilio tyranni uxore Domitia ob amorem Paridis istrionis a principe cruciatus formidante. Domitianum multis vulneribus confodiunt post annum quintum

---

6 undecin m^1 ‖ 12 *Anast. l. l.*: domitianus eunuchisari uiros iussit et uxorem nuncupari augustam ‖ 16 ubi *add. L* ‖ 24 uerum — esset m^1 *in ras.* ‖ 25 cum *add. L* ‖ 28 transitorium diuorum m^1 *in ras.* ‖ 29 *post* stadium *ultimo paginae versu scripserat* m^1: biblio, *quo eraso* m^2 *in rasura et in imo margine addit:* orrea — 31 biblio ‖ 36 flauii — 37 exiliatur m^1 *in ras.* ‖ 36 fidei *om. Ruf.* ‖ 41 domitianus *add. L*

134 19 et quadragesimum vite, *imperii quinto decimo.* at senatus gladiatoris more *funus eius ingenti dedecore per vispilliones* efferri iusserunt radendumque nomen decrevit *et ignoviliter est sepultus.* huius tempore seculares ludi celebrati sunt. hactenus Romae seu per Italiam orti imperium rexere; hinc advene. unde compertum est urbem Romam externorum virtute crevisse. quid enim Nerva prudentius aut moderatius? quid Traiano divinius? quid prestantius Adriano? ‖

LIBER VIIII (PAVLI VIII).

136 2 *Anno ab urbe condita octingentesimo* ‖ quadragesimo sexto ‖ *Vetere et* Or. 184
4 *Domitiano enim exitiabili tyranno* ‖ Cocceius *Nerva* oppido Narniensi genitus, ‖ epit. 12, 1
duodecimus ab Augusto imperator electus est. is *in privata*
7 *praebuit.* ‖ iste cum imperium suscepisset, mox rumore orto vivere atque af- epit. 12, 2 4
fore Domitianum, perinde trepidavit, ut colore mutato verbis amissis vix consisteret. sed a Parthenio confirmatus recepta fiducia ad solemne deliniamentum conversus est. qui cum in curiam a senatu gratanter acceptus esset, solus ex omnibus Arrius Antoninus, vir acer eique amicissimus condicionem imperantium prudenter exprimens, amplexus eum gratulari se ait senatui et populo provinciisque, ipsi autem nequaquam, cui satius fuerat malos semper principes eludere quam tanti oneris vim sustinente aut molestiis modo et suppliciis periculisque subhici sed fame etiam inimicorum pariter et amicorum, qui cum se mereri omnia presumant, si quicquam non extorserint, atrociores sunt ipsi quoque hostibus. iste quicquid antea penae nomine tributis accesserant indulsit, afflictas civitates relevavit, puellas puerosque natos parentibus egestosis sumpto puplico per Italie oppida ali iussit. ‖ hic primo edito suo cunctos exules revocavit. unde et Iohan- Or. 485
nes apostolus hac generali indulgentia liberatus Ephesum rediit. ‖ hic ne epit. 12, 5–11
accessu malivolorum terreretur, Iunii Mauricii constantis vero dictu ita ammonetur. qui conbibio familiari adhibitus cum Veientonem consulari honore functum quidem apud Domitianum tamen multos occultis criminationibus persecutum adesse vidisset, inter colloquia mentione Catuli facta calumniatoris precipui, dicente Nerva, quid nunc faceret, si Domitiano supervixisset? 'nobiscum' inquit Mauricius 'cenaret'. hic iurgiorum disceptator et scientissimus et frequens fuit. Calpurnium Crassum promissis ingentibus animos militum pertemtantem detectum confessumque Tarentum cum uxore removit patribus lenitatem eius increpantibus. cumque interfectores Domitiani ad exitium poscerentur, tantum consternatus est, ut neque vomitum neque impetum ventris valuerit differre et tamen vehementer obstitit dictitans aequius esse mori quam auctoritatem imperii fedare proditis potentie sumende auctoribus. sed milites neglecto principe requisitos Petronium uno ictu, Parthenium vero demptis prius genitalibus et in os coniectis iugulavere redempto magnis sumptibus Casperio, qui scelere tam truci insolentior Nervam compulit referre apud populum gratias militibus

2 iussit *om. ep.* ‖ 6 *ante* traiano *ras.* 2 *litt.* (in *fort.*) ‖ 14 fiduci *m*[1] ‖ 20 suici *m*[1] ‖ 25 edicto *Or.* ‖ 27 constantis uiri dicto *ep.*

136 7 quod pessimos nefandosque omnium mortalium peremissent: *rei publicae di-*
8 *vina provisione consuluit Traianum* in liveri locum et partem imperii *ad-*
optando. qui dum suggerente ira voce, quam maxima contra quendam Re-
gulum nomine inclamaret, sudore correptus est. quo refrigescente horror
corporis nimius initia febri prebuit nec multo post vitam finivit ‖ *post annum*
epit. 12, 12 9 *inter divos relatus est.* ‖ corpus eius a senatu, ut quondam Augusti, honore de-
lato in sepulchro Augusti ‖ in campo Martio ‖ sepultum est. eo die, quo in-
Or. 486 teriit, solis defectio facta est. ‖ anno ab urbe condita octingentesimo qua-
epit. 13, 1 10 dragesimo septimo *Vlpius Crinitus Traianus* ‖ ex urbe Tudertina, Ulpius ab
avo dictus, Traianus a Traio paterni generis auctore vel de nomine Traiani
patris sic appellatus, ‖ tertius decimus ab Augusto imperium adeptus est.
10 is ex *Hispania*
epit. 13, 3. 4 11 *imperator autem apud Agrippinam* ‖ novilem Gallie coloniam *factus est* ha-
bens diligentiam in re militari, in civilibus lenitatem, in sublevandis civi-
tatibus largitionem. cumque duo sint, que ab egregiis principibus expec-
tentur: sanctitas domi, in armis fortitudo, utrubique prudentia, tantus erat
in eo maximarum rerum modus, ut quasi temperamento quodam virtutes
12 miscuisse videretur nisi quod cibo vinoque paululum deditus erat. ‖ *rem*
publicam
epit. 13, 6—10 138 13 *optasset.* ‖ hic ob honorem Sure, cuius studio imperium arripuerat, lavacra
condidit. de quo supervacaneum videtur cuncta velle nominatim promere,
cum satis sit exscultum atque emendatum dixisse. fuit enim patiens labo-
ris, studiosus optimi cuiusque ac bellicosi, magis simpliciora ingenia aut
eruditissimos, quamvis ipse parcae esset scientiae moderateque eloquens,
diligebat. iustitiae vero ac iuris humani divinique tam repertor novi quam
inveterati custos. que omnia eo maiora visebantur, quod per multos atque
atroces tyrannos perdito atque prostrato statu Romano in remedium tan-
torum malorum divinitus credebatur oportune datus usque eo ut adveniens
imperium eius pleraque mirifica denuntiaverint; in quis precipuum cor-
nicem e fastigio Capitolii Atticis sermonibus effatam esse ΚΑΛΟϹ. hic ‖
Or. 486. 487 in persequendis sane Christianis errore deceptus tertius a Nerone cum
passim repertos cogi ad sacrificandum idolis ac detrectantes interfici pre-
cepisset plurimique interficerentur, Plinii Secundi, qui inter ceteros iu-
Anast. 31 et Or. dices, ‖ ut Tertullianus refert, ‖ persecutor datus erat, relatu ammonitus
eos homines ‖ nil morte gerere dignum, nisi quod diis non immolarent
et Christum veluti deum ante lucem surgentes laudarent a malis om-
nibus abstinentes. ad quem Traianus rescribit Christianos pro fide nul-
Or. 487. 488 latenus inquirendo. ‖ verum tamen continuo Rome aurea domus a Nerone
totis privatis publicisque rebus inpensis condita repentino conflagravit in-
cendio, ut intellegeretur missa etiam ab alio persecutio in ipsius potissime
monumentis, a quo primum exorta esset, atque in ipso auctore puniri. terre
motu quattuor urbes Asiae subversae Aelea Myrina Pytanae Cymae et Gre-
ciae civitates duae Opyntiorum et Oritorum; tres Galatie civitates eodem
terre motu dirutae. Pantheum Rome a Domitiano constructum fulmine
concrematum. terre motus in Antiochia paene totam subruit civitatem.
incredibile deinde motu sub uno tempore Iudei quasi rabiae efferati per
diversas terrarum partes exarserunt. nam per totam Lybiam adversus in-

1 quia *ep.* ‖ 6 eius] cuius *ante* corpus *ep.* ‖ 7 in campo martio *e supp. add. L* ‖ 18 paulum m^1 ‖ 30 esse καλῶς ἔσται *ep.* ‖ 37 pro fide *om. An.* ‖ 38 inquirendos m^3 ‖ 44 a domitiano constructum *add. L* ‖ 46 incredibili m^3

138 colas atrocissima bella gesserunt, que adeo tunc interfectis cultoribus de-
solata est, ut nisi postea Hadrianus imperator collectas illuc aliunde colo-
nias deduxisset, vacua penitus terra abraso habitatore mansisset. Egyptum
vero totam et Cirenen et Thebaidam cruentis seditionibus turbaverunt. in
Alexandria autem commisso praelio victi et adtriti sunt. in Mesopotamia
quoque rebellantibus iussu imperatoris bellum inlatum est. itaque multa
milia eorum vasta cede deleta sunt. sane Salaminam urbem Cypri inter-
fectis omnibus accolis deleverunt. ‖ igitur Traianus *post ingenti*
15 *imperii nono decimo menses* sex et *dies* quindecim. *inter divos relatus est.* ‖ huius epit. 13,11 14
17 exusti corporis cineres *in urna aurea* relati Romam humatique Traiani phoro
18 sub eius columna, *cuius altitudo centum quadraginta pedes habet,* et imago
superposita, sicut triumphantes solent, in urbem invecta senatu preeunte et
exercitu. eo tempore multo perniciosius quam sub Nerva Tyberis inun-
davit magna clade edium proximarum et terre motus gravis per provin-
cias multas atroxque pestilentia famesque et incendia facta sunt. quibus
omnibus Traianus per exquisita remedia plurimum opitulatus est statuens,
ne domorum altitudo sexaginta superaret pedes ob ruinas faciles et subtus,
siquando talia contingerint, exitiosas. unde merito pater patrie dictus est. |
18 *huius tantae memoriae*
21 22 *exempli.* ‖ anno ab urbe condita octingentesimo sexagesimo septimo ‖ *Elius* Or. 488 et
24 *Adrianus* ‖ stirpis Italice *Hispania,* Elio Adriano Traiani principis conso- epit. 14, 1
brino ‖ filius ‖ Adriae horto genitus, quod oppidum agri Piceni etiam mari
Adriatico cognomen dedit, ‖ quartus decimus ab Augusto imperator crea-
22 tus. hic *sine aliqua voluntate Traiani* imperator est factus *operam* tamen *dante*
24 25 *adoptare. qui Traiani*
140 4 *per praesidem* ‖ cum Sauromatis *dimicavit* et vicit. ‖ *orbem Romanum circumiit.* Or. 489
multa aedificavit. ‖ hic per Quadratum discipulum apostolorum et Aristi- Or. 488. 489
dem Atheniensem, virum fide sapientiaque plenum, et per Serenum Gra-
nium legatum libris de christiana religione compositis instructus atque
eruditus precepit per epistolam ad Minucium Fundanium pro consule Asiae
datam, ut nemini liceret Christianos sine obiectu criminis aut probatione
damnare, idemque continuo pater patriae in senatu ultra morem maiorem
appellatur et uxor eius Augusta. ‖ textus autem epistolae haec est: ‖ 'accepi Rufin. 4, 9
litteras ad me scriptas a decessore tuo Serenio Graniano clarissimo viro
et non placet mihi relationem silentio preterire, ne et innoxii perturbentur
et calumniatoribus latrocinandi tribuatur occasio. itaque si evidenter pro-
vinciales huic petitioni suae adesse valent adversum Christianos, ut pro
tribunali eos in aliquo arguant, hoc eis exsequi non prohibeo. precibus
autem in hoc solis et adclamationibus ut eis non permitto. etenim multo
aequius est, si quis volet accusare, te cognoscere de obiectis. si quis igitur
accusat et probat adversum leges quicquam agere memoratos homines, pro
merito peccatorum etiam supplicia statues. illud mehercule magnopere
curabis, ut siquis calumniae gratia quemquam horum postulaverit reum, in
hunc pro sui nequitia suppliciis severioribus vindices'. ‖ igitur ‖ Adrianus Or. 489
rem publicam iustissimis legibus ordinavit. Iudeos sane perturbatione 490
scelerum suorum exagitatos et Phalestinam provinciam quondam suam de-
populantes ultima cede perdomuit ‖ excidio Hierusolymis novissime deso- Au[illegible] 2

---

2 alicunde *m*[1] *ut vid.* ‖ 17 sumptus *ep.* ‖ 22 filius *ex Or. 488* ‖ 26 cum — 27 discipulum a *m*[1] *in ras.* ‖ 39 ut] uti *m*[3] *et Ruf.* ‖ 40 cognosceret *m*[1] ‖ 43 curauis *m*[1] ‖ 46 lerum *in* scelerum *m*[1] *in ras.*

140 latis ita, ut nec lapis super lapidem secundum divinam vocem sit in ea
Or. 490 relictus ‖ ultusque est Christianos, quos ilicocheba duce, cur sibi adversus Romanos non adsentarentur, excruciabat. precepitque, ne cui Iudeo introeundi Hierusolima esse licentia, Christianis tantum civitate permissa, quam ipse in optimum statum murorum extructione reparavit et Heliam vocari
Anast. 32 de pronomine suo precepit. ‖ per idem tempus Romae Favorinus et Palemon rhetores insignes nec non et Herodes Atheniensis et Marcus Bizantius
epit.14,2—12 5 rhetores habebantur. ‖ iste *facundissimus Latino sermone* ‖ Grecis litteris *eruditissimus fuit* ita, ut a plerisque Greculus appellaretur. Atheniensium studia moresque auxit potius non sermone tantum sed et ceteris disciplinis canendi psallendi medendique scientia musicis geometria pictor fictorque ex ere vel marmore proxime Policletus et Euphranoras. proinde omnino ad ista et factus, ut elegantius umquam raro quicquam humane res experte videantur. memor supra quam cuiquam credibile est locos negotia milites absentes quoque nominibus recensere. immensi lavoris quippe qui provincias omnes passibus circuhierit agmen comitantium prevertens, cum oppida universa restituerit augeret ordinibus. namque ad specimen legionum militarium fabros perpendiculatores architectos genusque cunctum extruendorum menium seu decorandorum in cohortes centuriaverat. Varius multiplex multiformis ad vitia atque virtutes quasi arbiter genitus impetum mentis quodam artificio regens ingenium invidum tristem lascivum et ad ostentationem sui insolens callide tegebat, continentiam facilitatem clementiam simulans contraque dissimulans ardorem gloriae, quo flagrabat, acerrimus ad lacessendum pariter et respondendum seriis ioco maledictis, referre carmen carmini dictum dictu prorsus, ut meditatum crederes adversus omnia. huius uxor Sabina dum prope servilibus iniuriis afficitur, ad mortem voluntariam compulsa; que palam iactabat se, quod immane ingenium probavisset, elaborasse, ne ex eo ad humani generis perniciem gravidaretur. hic morbo subcutaneo, quem diu placide pertulerat, victus dolore arduus impatiensque plures e senatu extinxit. a regibus multis pace occultius muneribus impetrata iactabat palam plus se otio adeptum quam armis ceteros. officia sane puplica et palatina, nec non militie in eam formam statuit, que paucis per Constantinum immutatis hodie perseverant. dehinc miserabili exitu consumptus est, cruciatu membrorum fere omnium confectus in tantum, ut crebro sese interficiendum ministrorum fidissimis precans offerret ac ne in semet ipsum seviret, custodia karissimorum servaretur. ‖
6 hic *non magnam*
7 *obiit in Campania* apud Baias *imperii anno bicesimo primo, mense decimo* et
epit. 14, 12 *die bicesimo* ‖ etatis sexagesimo et altero anno. ‖ *senatus*
12 *successit* quintus decimus ab Augusto *Antoninus Fulvius Boionius, isdem etiam*
epit. 15, 1. 2 *Pius* ‖ postea *nominatus, genere claro sed non ammodum vetere.* iste ab Adriano in filium adoptatus, cuius gener fuerat. ‖ *vir insignis*
epit. 15, 3—6 18 *regibus amicis* esse, ‖ cum orbem terre nullo bello per annos biginti tres auctoritate sola rexerit adeo trementibus eum atque amantibus cunctis regibus nationibusque et populis, ut parentem seu patronum magis quam dominum imperatoremve reputarent omnesque in morem celestium propitium optantes de controversiis inter se iudicem poscerent. quin etiam Indi

---

2 quos illi cocheba duce quod *Or.* ‖ 5 eliam m^1 ‖ 6 romae *add. L* ‖ 7 uizantius m^1 ‖ 9 ita ut *add. L* ‖ appellatus est *ep.* ‖ 10 hausit potitus *ep.* ‖ 13 et facetus *ep.* ‖ 15 laboris m^3 ‖ 16 circuierit m^1 ‖ 21 triste m^1 ‖ 38 iit — apud baias *add. m^2 in ras.; fuerat:* iit in campania; apud baias *add. L* (*e vita Hadr.* 25?)

140 Bactri Hircani legatos misere iustitia tanti imperatoris comperta, quam or-
nabat vultu serie pulcro, procerus membra decenter validus. priusquam
salutandus prodiret, degustans panis aliquantum, ne frigescenti circum pre-
cordia per ieiunium sanguine viribus excsis interciperetur eoque actui puplico-
rum minime sufficeret, quem incredibile diligentia ad speciem optimi patris-
familias exequebatur. appetentiam gloriae carens et ostentationem, adeo
mansuetus, ut instantibus patribus ad eos, qui contra eum coniuraverant
persequendos compresserit questionem profecto necesse non esse sceleris
in semet ipsum cupidos pertinacius indagari, ni si plures reperirentur, quan-
20 tis odio esset, intellegeretur. ‖ *hic ante imperium ditissimus* fuit *opes*
22 *dictus est.* huius temporibus ‖ Iustinus philosophus librum pro Christiana re- Or. 7,4
ligione compositum eidem Antonino tradidit benignumque eum erga Chri-
stianos homines fecit, ‖ qui non longe post suscitante persecutionem et Rufin. 4, 127
crescente scripserit ‖ universis plevibus Asie epistolam in his verbis: 'ego Rufin. 4, 1
quidem non ambigo etiam ipsis diis cure esse, nequi noxius lateat: multo
enim magis ipsis convenit punire eos, qui sibi immolare nolunt, quam vo-
bis. sed vos confirmatis eorum, quos persequimini, sententiam, quam de
vobis habent, dicentes vos impios et sine deo esse. unde et optabilius
habent animam ponere pro deo suo et mortem libenter amplecti quam vo-
bis adquiescere et in vestrae religionis iura concedere. de motibus autem
terre, qui vel facti sunt vel etiam nunc fiunt, absurdum non erit mero-
rem vestrum iusta commonitione solari, quoniam quidem comperi, quod in
huiuscemodi rebus ad illorum invidiam communis casus transfertis, in quo
illi quidem maiorem fiduciam accipiunt apud deum, vos autem in omni
tempore, quo de talibus ignoratis, ceteros quidem deos neglegitis, cultum
vero inmortalis dei, quem Christiani colunt, expellitis et deturbatis usque
ad mortem cultores illius observantie persequentes, super quibus plurimi
ex provinciis iudices etiam venerabili patri nostro scripserant. quibus re-
scriptum est ab eo, ut nihil omnino molestie huiuscemodi hominibus ge-
nerarent, nisi forte arguerentur aliquid adversum Romani regni statum mo-
liri. sed et mihi ipsi de his quam plurimi retulerunt, quibus ego paternam
secutus sententiam pari moderatione rescripsi. quod siquis persistit huiusce-
modi hominibus absque ullo crimine movere negotia, ille quidem, qui de-
latus pro hoc nomine fuerit, absolvatur etiam si probetur id esse, quod ei
obicitur, Christianus, is autem, qui crimen obtendit, reus pene ipsius, quam
obiecit, existat. proposita Ephesi puplicae conventu Asiae. ‖ per idem tempus
Rome ‖ agnoscitur Arrianus philosophus Nicomediensis praetor nec non et Anast. 32
Maximus Tyrius, Apollonius Stoicus Chalcedonius, Basilides Scithopoli-
tanus. isti etiam magistri Verissimi Cesaris extiterunt. ‖ igitur Antoninus epit. 15, 7. 9
apud Lorias villa propria milibus passuum ab urbe duodecim febri pau-
23 corum dierum post *vite anno septuagesimo septimo, imperii vicesimo ter-
tio* consumptus est *atque inter divos relatus et merito consecratus* ita, ut
in honorem eius templa sacerdotes atque infinita alia decreta sunt. usque
eo autem mitis fuit, ut cum ob inopiae frumentarie suspicionem lapidibus
a plebe Romana perstringeretur, maluerit ratione exposita placare quam
142 1 ulcisci seditionem. ‖ anno ab urbe condita nungentesimo undecimo *Mar-* Or. 192
cus | Aurelius ‖ *Antoninus Verus* sextus decimus ab Augusto imperium adep- epit. 16, 1
tus est: is *haud dubie*

8 profecto] praefatus *ep.* ‖ 9 ne si *ep.* ‖ 12 eidem *om. Or.* ‖ 14 in his uerbis *om Ruf.* ‖ 36 proposita asiae *add. m² in ras.* ‖ 38 uasilides *m¹* ‖ 39 antoninus *add. L* ‖ 42 ita ut *add. L*

142 6 *Annius Antoninus*] Marcus *Antoninus*
Or. 492 8 *bellum contra* ‖ Bologesum regem Parthorum *gesserunt, qui post victoriam Traiani tum primum rebellaverat* et gravi eruptione Armeniam Cappadociam Syriamque vastavat. ‖ Lucius *Severus* ‖ Annius ‖ *Antoninus ad id* ‖ bellum ‖ *profectus est;* qui ‖ dum Athenis sacrificaret, ignis in celo ab occidente in
epit. 16, 5 Or. 492 Hier. 2178 10 orientem ferri visus ‖ est. *qui Antiochiae et circa Armeniam agens multa per*
Or. 492 *duces suos ingentia patravit. Seleuciam, Assyrie urbem nobilissimam* ‖ super Ydaspen fluvium sitam ‖ *cum quadringentis milibus hominum cepit. Par-*
epit. 16, 5. 6 13 *thicum triumphum revexit. obiit tamen in Venetia* ‖ inter *Altinum* atque Concordiam *civitatem, dum proficisceretur et cum fratre in vehiculo sederet, subito sanguine ictus casu morbi, quem Graeci apoplexin vocant.* carminum maxime
15 tragicorum studiosus, ingenii asperi atque lascivi, ‖ *reverentia tamen fratris nihil umquam atrox ausus. cum obisset undecimo imperii anno, inter* divos
Anast. 32 *relatus* est. *post eum Marcus Antoninus* ‖ Verus ‖ *rem publicam*

144 4 *eum litteras*] litteras eum
epit. 16, 2—4 8 *gestae sunt.* ‖ iste virtutum omnium celestisque ingenii extitit erumnisque puplicis quasi defensor obiectus est. etenim nisi ad illa tempora natus esset, profecto quasi uno lapsu ruissent omnia status Romani. quippe armis quies nusquam erat perque omnem Orientem Illyricum Italiamque bella fruebant, terre motus non sine interitu civitatum, inundationes fluminum, lues crebrae, locustarum species agris infeste prorsus, ut prope nihil, quo summis angoribus atteri mortales solent, dici seu cogitari queat, quod non illo imperante sevierit. credo divinitus attributum, ut dum mundi lex seu natura aliudve, quid hominibus incognitum, gignit, rectorum consiliis tamquam
146 3 medicine remediis leniantur. ‖ *hic permisit viris clarioribus, ut conbibia eo-*
Or. 492 *dem culto quo ipse et similibus ministris exhiberent.* is ‖ in diebus Parthici belli persecutiones Christianorum quarta iam post Nerone vice agi imperavit, quae tam graves eius precepto extiterunt, ut in Asia et in Gallia multi
144 8 sanctorum martirio coronati sunt. ‖ *bellum ipse* et *unum gessit*
Or. 494 15 *atque omnis* ‖ paene Germania et in Quadorum usque fines progressus exercitus circumventusque ab hostibus, propter aquarum penuriam presentium sitis quam hostis periculum sustineret, ad invocationem nominis Christi, quam subito magna fidei constantia quidam milites effusi in preces palam fecerunt, tanta vi pluviae effusa est, ut Romanos quidem largissime ac sine iniuria refecerit, barbaros autem crebris fulminum ictibus perterritos, presertim cum plurimi eorum occiderentur, in fugam coegerit; quorum terga Romani usque ad internicionem cedentes gloriosissimam victoriam et omnibus pene antiquorum titulis preferendam rudi parvoque militum numero sed potentissimo Christi auxilio reportarunt. ‖ igitur *multa hominum milia interfec*tis *ac Pannoniis*
epit. 16, 9 17 *largitiones,* ‖ quas militibus impenderet, ‖ *nullas haberet*
146 2 4 *retinere.* hic *in editione munerum*
epit. 16, 11 5 *tradatur.* ‖ huius tempore Cassius tyrannidem arripiens extinctus est. ‖ hic ‖
Or. 495 etiam preteriti temporis per omnes provincias tributa donavit omniaque simul fiscalium negotiorum calumniosa monumenta coniesta in phoro iussit incendi severioresque leges novis constitutionibus temperavit. ‖ per idem

3 et *add. L* ‖ lyciamque *Or.* ‖ 5 qui dum — 6 agens *add. m² in ras. unius vers. et dimid.* ‖ 10 dum] cum *Paul.* ‖ 13 deos *Paul.* ‖ 20 feruebant *ep.* ‖ 22 dici *m² in ras., fuerat:* disci ‖ 27 agi imperauit quae *om. Or.* ‖ 28 ut *om. Or.* ‖ multique *Or.* ‖ 31 praesentius *Or.*

146 tempus Rome ‖ pollebat Galienus optimus medicus genere Pergaminus Anast. 33
et Salvius Iulianus Rome leges promebat et Fronto rhetor et Aristides
Smyrneus sophista Oppianusque poeta et Atticus Platonicus philosophus
Romae erant. ‖ igitur cum *fortunatam rem publicam et virtute et mansue-*
tudine reddidisset. obiit ‖ in Pannonia ‖ apud oppidum Bendobonam *oc-* Or. 496, epit. 16, 12. 14
tavo decimo imperii anno, vite sexagesimo primo. de eius morte nuntio
Romam pervecto confusa luctu puplico urbe senatus in curiam veste tae-
tra amictus lacrimans convenit et quod de Romulo egre creditum est, om-
nes pari sensu presumpserunt Marcum celo receptum esse; ob cuius ho-
8 norem templa columne multaque alia decreta sunt. ‖ *huic successit Lu-*
cius ‖ Aurelius *Commodus* filius eius, qui et ipse Antoninus dictus ‖ et ab epit. 17, 1
Augusto septimus decimus imperator creatus. ‖ hic qualis futurus esset, in epit. 17, 2
ipso primordio ostendit. nam cum in supremis moneretur a parentibus
attritos iam barbaros ne permitteret vires recipere, responderat 'ab in-
columi quamvis paulatim negotia perfici posse, a mortuo nihil'. ‖ iste *ni-*
hil paternum habuit
10 *diceretur. sed* ‖ *luxuriae* et *obscenitatis* dedecore *depravatus gladiatoriis* quoque Or. 496
armis saepissime in ludo depugnavit. *deinceps etiam in ampitheatro cum hu-*
iusmodi hominibus et cum feris *dimicavit.* interfecit etiam plurimos sena-
tores, maxime quos animadvertit nobilitate industriaque excellere, ‖ flagitia
regis, ‖ inter quos etiam Salvium Iulianum legis latorem occidit, ‖ pena Anast. 33 Or. 496
urbis insequitur. nam fulmine Capitolium ictum, ex quo facta inflammatio
bibliothecam illam maiorum cura studioque conpositam edesque alias iuxta
sitas rapaci turbine concremavit. deinde aliud incendium postea Romae
exhortum edem Veste et palatium plurimamque urbis partem solo quo-
aequavit. ‖ huic Marcia, generis livertini, uxor fuit, forma tamen meretri- epit. 17, 5. 6
ciisque artibus pollens cum animum eius penitus devinxisset, egresso e
valneo veneni poculum optulit. ad extremum ab immisso validissimo pa-
13 laestrita compressis eius faucibus expiravit ‖ in domo Vestiliani, ‖ *cum an-* Or. 496
nis duodecim post patrem et octo mensibus imperasset ‖ vitaeque anno trice- epit. 17, 6
simo secundo. ‖ *tanta execratio* fuit *omnium, ut hostis generis humani etiam*
mortuus iudicaretur. huic successit ‖ Helvius ‖ *Pertinax* octavus decimus ab Or. 497
Augusto imperium adeptus. iste *grandevus*
16 *ex senatus consulto* ‖ coactus imperium repugnansque suscepit. proinde tali epit. 18, 1
cognomento sortitus est. ‖ *octogesimo* primo *die imperii pretorianorum mili-*
tum seditione et Salvii *Iuliani scelere* ‖ multis vulneribus obtruncatur. huius epit. 18, 2—6
caput tota urbe circumvectum est. hoc exitu obiit, vir ad humane con-
versationis exemplum per laboris genera universa ad summos provectus
usque eo, ut fortune vocaretur pila. is origine ortus sordida, nam liver-
tino genitus patre apud Ligures in agro squalido Lollii Gentiani, cuius in
prefectura quoque clientem se esse libentissime fatebatur, fuit doctor lit-
terarum, que a grammaticis traduntur. blandus magis quam beneficus,
unde eum Greco nomine christologon appellavere, numquam iniuria ac-
cepta ad ulciscendum ductus, amabat simplicitatem. communem se affatu
conbibio incessu prebebat. huic mortuo divi nomen decretum est. ob
cuius laudem ingeminatis ad vocis usque defectum plausibus acclamatum

2 et 3 et *add. quater L* ‖ 2 saluius 21 saluium 36 saluii *e P add. L* ‖ 3 oppiannus *An.* ‖ 4 romae *add. L* ‖ 5 oppidum *add. L* ‖ 10 huius successor lucius *P* ‖ 11 eius qui *add. L* ‖ 13 parente *ep.* ‖ 19 et cum *add. L* ‖ 21 inter quos *add. L* ‖ 25 solo *ex* *olo *m*[1] ‖ 26 uxor fuit *om. ep.* ‖ 29 eius *om. ep.* ‖ 34 suscipiens *ep.* ‖ proinde *om. ep.* ‖ 38 summa *ep.* ‖ 39 is *om. ep.*

146 est ‘Pertinace imperante securi viximus, neminem timuimus. patri pio,
epit. 19, 1 18 patri senatus, patri omnium bonorum’. ‖ *post eum* ‖ Didius *Salvius Iulianus*
ortus Mediolaniensis ‖ nonus decimus post Augustum *rem publica invasit,*
vir nobilis et iure peritissimus, nepos Salvii Iuliani, qui sub divo Antonino
epit. 19, 1—3 *perpetuum composuit edictum* ‖ factiosus preceps, regni avidus. hoc tem-
pore Niger Piscennius apud Antiochiam et in Sabaria Pannonie oppido
19 Septimius Severus creantur Augusti. ab hoc Severo Iulianus ‖ *victus est*
Or. 498 Ignot. *apud Mulvium pontem* bello civili ‖ et fugiens *in palatio* captus et ‖
epit. 19, 3 in abditas palatii valneas ductus extenta damnatorum modo cervice de-
Or. 498 21 collatur caputque eius in rostris ponitur ‖ post septem menses, quam *im-*
perare coeperat. anno ab urbe condita nungentesimo quadragesimo septimo ‖
22 *Septimius Severus* bicesimus post Augustum *Romani imperii amministratio-*
nem sus*cepit;* iste *oriundus ex Africa provincia Tripolitana oppido* Lemci
fuit. *solus*
epit. 20, 2 26 27 *fuerat occissus. bella multa et feliciter iessit. Pescennium Nigrum* ‖ hominem
28 omnium turpitudinum, ‖ *qui in*
epit. 20, 5—7 **148** 3 *et interfectus* est. hic ‖ fuit bellicosissimus omnium, qui ante eum fuerunt:
acer ingenio ad omnia, que intendisset, in finem perseverans, benivolentia,
quo inclinasset, mirabili ac perpetua. ad querendum diligens, ad largien-
dum liberalis, in amicos inimicosque pariter vehemens, quippe qui Latera-
num Cilonem Anulinum Bassum ceterosque alios ditaret edibus quoque
memoratu dignis, quarum precipuas videmus, Parthorum que dicuntur
ac Laterani. hic nulli in dominatu suo permisit honores venundari. ‖ iste ‖
Or. 500. 501 Iudeos et Samaritas rebellare conantes ferro cohercuit. quintam post
Neronem persecutionem Christianos excruciavit plurimique sanctorum per
4 diversas provincias martyrio coronati sunt. ‖ igitur *Severus preter bellicam*
epit. 20, 8 *gloriam etiam civilibus studiis clarus fuit et litteris* ‖ Latinis *doctus, philo-*
sophiae scientiam ad plenum adeptus, Grecis sermonis eruditus, Punica elo-
quentia promtior. ‖ *novilissimum bellum in Brittania habuit atque receptas*
Or. 502 *provincias omni securitate muniret* ‖ itaque magnam fossam, firmissimumque
vallum crebris insuper turribus *per centum triginta* et *duo milia passuum a*
epit. 20, 9 *mari ad mare deduxit* ibique apud Evoracum oppidum, ‖ dum membro-
rum omnium maxime pedum dolorem pati nequiret, veneni vice, quod ei
negabatur, cibum gravis ac plurime carnis avidius invasit, quem cum
8 conficere non posset, cruditate pressus expiravit *anno imperii* octavo ‖ *de-*
epit. 20, 9 *cimo mense*que *tertio* ‖ vite anno sexagesimo quinto ‖ *divus*que *appellatus est*
epit. 21, 1—4 10 *Antoninus Bassianus* ‖ Karakalla *patrique successit* Lugduni genitus. hic Bas-
sianus ex avi materni nomine dictus est, Karakalla autem, cum e Gallia
vestem plurimam devexisset talaresque caracallas fecisset coegissetque ple-
bem ad se salutandum indutam talibus introire, de nomine huiuscemodi
vestis Karakalla cognominatus est. hic fratrem suum Getam peremit, ob
quam causam furore penas dedit Dirarum insectatione, que non imme-
rito Vltrices vocantur; a quo post furore convaluit. hic corpore Alexandri
Macedonis conspecto Magnum atque Alexandrum se iussit appellari assen-
tentium fallaciis eo perductus, uti truci fronte et ad levum humerum con-
versa cervice, quod in ore Alexandri notaverat, incedens fidem vultus si-
12 millimi persuaderet sibi. ‖ iste *morum fere*

---

4 antonino] hadriano *P* ‖ 6 oppido *add. L* ‖ 8 et *post* captus m^2 *in ras., fuerat:* et a iuliano ‖ 17 est *add.* m^2 ‖ 28 sermonibus *ep.* ‖ 38 karakalla autem *om. ep.* ‖ 40 huiusce uestis *ep.*

148 15 16 *duxerit.* is dum ‖ moliens adversum Parthos ‖ *expetitionem* ‖ cum Charras Or. 505 epit. 21, 6. 7
15 iter faceret, apud Edessam *in Osdroena* secedens ad officia naturalia a
16 milite, qui quasi ad custodiam sequebatur, interfectus est *anno imperii sexto, mense secundo* vite *vix egressus quadragesimum tertium annum.* corpus eius *funere publico* Romae relatum *est.* ‖ *deinde*
18 *Diadumeno* ‖ ab exercitu *imperatores* creati ‖ *nihil* epit. 22
20 *fuit. ambo pariter* ‖ ab eodem exercitu ‖ apud Archelaidem ‖ obtruncantur pro epit. 22 et Or. 506
eo, quod Macrinus militarem luxuriam stipendiaque profusiora comprimeret. ‖ anno ab urbe condita nungentesimo septuagesimo ‖ secundo post hos crea- Or. 506
21 tus est *Marcus Aurelius Antoninus* ‖ Varus ‖ bicesimus tertius ab Augusto epit. 23, 1
imperator. *hic Antonini Karakallae* ‖ ex Semea consobrina sua occulte stu- epit. 23, 1. 2
prata *filius, sacerdos autem Eliogabali templi erat.* proinde Eliogabalus dictus. huius matris Semeae avus Basianus nomine fuerat Solis sacerdos, quem Phenices, unde erat, Eliogabalum nominabant, a quo iste Eliogabalus dictus est. ‖ *is cum Romam*
24 *vixit.* ‖ cupiditatem stupri, quam assequi nature defectu nondum poterat, in epit. 23, 3
se convertens muliebri nomine Basianam se pro Basiano iusserat appellari. Vestalem virginem quasi matrimonio iungens suo abscissisque genitalibus Matri se Magne sacravit. hic Marcellum, qui post Alexander dic-
24 tus est, consobrinum suum, Cesarem fecit. ‖ *biennioque post et octo mensibus,* quos imperare ceperat, ‖ Rome ‖ *tumultu militari interfectus est* ‖ anno Or. 507 epit. 23, 7
vite sexto decimo ‖ *et cum eo mater Suarisera.* ‖ huius corpus per urbis epit. 23, 6
vias more canini cadaveris a militibus tractum est militari cavillo appellantium indomite ravideque lividinis catulam. novissime cum angustum foramen cloace corpus minime receperit, usque ad Tyberim deductum adiecto pondere, ne umquam emergeretur, in fluvium proiectum est atque ex his, que acciderant, Tiberinus Tractiriusque appellatus est. ‖ anno ab urbe Or. 507
26 condita nungentesimo septuagesimo quinto ‖ *successit huic* in imperium bicesimus quartus ab Augusto *Aurelius* ‖ Severus ‖ *Alexander* epit. 24, 1

150 2 *conditorem.* ‖ cuius mater Mamea Christiana Origenem presbyterum audire Or. 507
curavit. ‖ bonus quoque rei publicae fuit, erumnosus sibi. huius tempo- epit. 24, 1 et 25, 1
ribus Taurinus ‖ in Oriente ‖ Augustus effectus ob timorem ipsae se Eufrate fluvio abiecit. tunc etiam ‖ Iulius ‖ Maximinus ‖ apud Gallias ‖ regnum arripuit pluribus de exercitu corruptis. Alexander vero cum deseri se ab stipatoribus ‖ apud Magontiacum ‖ vidisset, matrem sibi causam fuisse Or. 508 epit.
mortis exclamans, accurrenti percussori obvoluto capite cervices manibus valide compressas prebuit anno vite bicesimo sexto ‖ *imperii tertio decimo*
3 *et die octavo. in Mammeam matrem suam unice pius* ‖ fuit et ob id omnibus Hier. 2218
amabilis. ‖ hec ‖ eo filium coegerat, ut illa ipsa permodica si mense epit. 24, 5
prandioque superessent quamvis semesa altero conbibio reponerentur. ‖

uitae *om. ep.* ‖ 8 quia *ep.* ‖ 11 sua *om. ep.* ‖ 12 proinde *add. L* ‖ 13 bassianus *m*¹ ‖ 17 bassianam *m*¹ ‖ 31 quoque *add. L* ‖ 32 in oriente *et* 33 apud gallias *add. L* ‖ 36 ceruice *m*¹ ‖ manibus *om. ep.* ‖ 38 fuit — 39 amabilis *superscr. m*²

LIBER X (PAVLI VIIII).

epit. 25, 1 **150** 5 *post hunc* ‖ Iulius ‖ *Maximinus* genere Thrax ‖ ad imperium accessit. bicesi-
Or. 509 mus quintus ab Augusto ‖ anno ab urbe condita nungentesimo octogesimo
octavo. ‖ is *primus ex corpore militari* imperator factus *sola militum voluntate,*
cum nulla senatus intercessisset auctoritas neque ipse senator esset. hic *bello ad-*
epit. 25, 2 *versum Germanos feliciter gesto cum* ‖ insontes persequitur pecuniosos pariter
8 noxiosque, apud Aquileiam ‖ *a Pupiano occisus est, deserentibus eum mili-*
tibus suis cum filio Diadumeno nomine *adhuc puero, cum quo imperaverat*
epit. 25, 2 *triennio et paucis diebus* ‖ cunctis militari ioco conclamantibus 'ex pessimo
Or. 509 genere ne catulum habendum'. ‖ iste ‖ persecutionem in Christianos sextus
epit. 26 a Nerone exercuit. ‖ huius imperio duo Gordiani pater et filius principa-
epit. 27, 1 tum Afris tum arripientes unus post unum interiere. ‖ deinde ‖ Gordianus,
nepos Gordiani ex filia, bicesimus sextus ab Augusto imperator creatus
11 ortus Rome clarissimo patre ‖ *consensu militu cum proconsulatu Africe gereret,*
Maximino imperante princeps fuisset electus. itaque cum Romam venisset, Bal-
Or. 509 14 *binus et Pupianus* ‖ fratres ‖ *in palatio interfecti sunt. Gordianus admodum puer*
Or. 511 *cum Tranquillinam Romae duxisset uxorem, Iani gemini* portas *aperuit,*
quas utrum post Vespasianum et Titum apertas a neminem scripsisse me-
15 mini, ‖ *et ad Orientem profectus*
epit. 27, 1 17 *rediens haud longe a Romanis finibus* ‖ apud Ctesiphontam civitatem Persidis
epit. 27, 2. 3 *interfectus est fraude Philippi* prefecti pretorii, *qui post eum imperavit* ac-
censis in seditionem militibus anno vite bicesimo, imperii sexto. *miles ei*
tumulum vicesimo miliario a Circesso, quod castrum nunc Romanorum est
Eufrate imminens, edificavit nomenque loco dedit sepulcrum Gordiani, *ex-*
Anast. 34 *equias Romam revexit, ipsum divum appellavit.* ‖ huius temporibus ‖ Por-
phyrius, Plotini Platonici philosophi auditor, Rome habetur, Theopompus
philosophus apud Cheroniam et Nicator sophista penes Athenas pollebant. ‖
Or. 512 et epit. 28, 1. 3 et Rufin. 6, 25 anno ab urbe condita nungentesimo nonagesimo septimo ‖ Marcus Iulius
Philippus ‖ bicesimus septimus ab Augusto ‖ una cum filio ‖ Gaio Iulio Sa-
21 turnino ‖ Philippo ‖ *imperium invasit atque exercitu incolumi reducto ad*
Or. 512 *Italiam ex Syria profecti sunt.* isti ‖ primum omnium imperatorum Christiani
Rufin. 6, 25 Rome facti sunt ‖ et in die Pasche id est in ipsis vigiliis cum interesse
voluissent et communicare misteriis, a Phaviano Romano episcopo non
prius esse permissum, nisi confiteretur peccata sua et inter penitentes staret,
nec ullo modo copiam sibi misteriorum futuram, nisi prius per penitentiam
culpas, que de eo ferebantur, plurimas diluisset. ferunt igitur libenter
eum, quod a sacerdote sibi imperatum fuerat, suscepisse, divinum sibi
inesse metum et fidem religionis plenissimam rebus atque operibus com-
Or. 513 22 probans. ‖ *his* ‖ tertio anno ‖ *imperantibus millesimus annus urbis Rome ingenti*
epit. 28, 2—4 **152** 2 *senior Philippus Verone* ‖ medio capite supra ordines dentium preciso, *iunior*
Rome, postquam *annos quinque imperaverunt; inter divos tamen relati, sunt ex*
quibus iuvenior Philippus duodecim annorum interfectus est: *adeo severi* et

---

8 diadumeno nomine *add. m² in m.* ‖ 12 afris tum *add. m¹, om. ep.* ‖ 18 apertas a] aliquis clauserit *Or.* ‖ 20 ciuitatem persidis *om. ep.* ‖ 26 rome *om. An.* ‖ 27 pollebat *m¹ et An.* ‖ 29 bicesimus — augusto *add. L* ‖ filio *add. m²* ‖ 31 hic primus i. o. christianus fuit *Or.* ‖ 33 uoluisset *Ruf.* ‖ phauiani *nomen add. L ex Ruf. 6, 21* ‖ 37 sibi *om. Ruf.* ‖ 41 postquam *add. L*

152 tristis *animi fuit, ut* iam tum a quinquennii etate *nullo* prorsus *cuiusquam com-*
mento ad ridendum solvi potuerit patremque ludis secularibus petulantius cacin-
nantem quamquam adhuc tener *vultu aversato notaverit.* is Philippus humilli-
mo ortus loco fuit patre novilissimo latronum ductore. ‖ anno ab urbe condita Or. 515
4 millesimo tertio ‖ *Decius e Pannonia inferiore Bubalie* bicesimus octavus ab Au-
gusto ‖ interfecto Philippo *imperium* invasit. hic septimus post Neronem ad Or. 515
persequendos interficiendosque Christianos feralia dispersit edicta plurimosque
sanctorum ad coronas Christi de suis cruciatibus misit. ‖ iste *bellum civile,*
quod in Gallia motum fuerat, oppressit, ‖ Decium *filium suum Cesarem fecit.* epit. 29, 2
Rome lavacrum edificavit. vir artibus cunctisque virtutibus instructus, placi-
dus et communis domi, in armis promptissimus ‖ huius temporibus, cum Anast. 38
plurimi Gothi Histrum fluvium transmeassent Romanorumque civitates de-
vastantes Mysos et Nicopolim capientes, Decius autem una cum filio illos
bello aggressus apud Abrytum, qui locus Phorothembronii dicitur, triginta
milibus barbarorum interfectis de suis plurimis perditis maxime Thraces
P 4 ipseque in eodem bello ‖ inter confusas turbas *gurgite paludis summersus* epit. 29, 3
ita, ut nec cadaber eius potuerit inveniri, filiusque eius bello extinctus est ‖
anno imperii secundo. ‖ Scythe vero cum plurimis spoliis et captivis ad Anast. 38
sua reversi sunt captivam desertamque dimittentes Philippopolim civita-
tem Macedonie. ‖ huius temporibus Valens Licilianus imperator effectus ‖ epit. 29, 5
8 ilico occiditur. ‖ *mox* exercitus imperatores creavit ‖ Virium Gallum et Anast. 38 epit. 30, 1
Galli filium Volusianum. horum temporibus Hostilianus Perpenna a senatu
imperator creatus nec multum post pestilentia consumptus est. *sub his* ‖
9 etiam *Emilianus in Mesia* imperator effectus est. contra ‖ *quem opprimendum* epit. 31, 1 et Or. 516
ambo profecti ‖ apud *Interamnam* ‖ bellum civile molientes ‖ ab exercitu suo
ceduntur anno etatis pater septimo circiter et quadragesimo, ‖ *imperii annos*
10 *duos*, creati in insula Meninge, que nunc Girba dicitur. ‖ isti *nihil omnino*
clarum gesserunt, sola pestilentia et morbis atque egritudinibus, quod ‖ nulla Or. 516
fere provincia Romana nulla civitas nulla domus fuit, que non illa generali
13 pestilentia correpta atque vastata sint. ‖ *Emilianus* vero ‖ Maurus genere epit. 31, 2. 3
P 8 *obscurissime natus obscurius imperavit. siquidem avarus fuerat* ac quarto
mense dominatus apud Spoletium sive pontem, quem ab eius cede San-
guinarium accepisse nomen ferunt, inter Ocricolum Narniamque Spoletium
et urbem Romam regione media posita extinguitur vite anno quadrage-
14 simo septimo. ‖ anno ab urbe condita millesimo octavo ‖ *Licinius Valerianus* ‖ Or. 516
cognomento Colobius ‖ tricesimus ab Augusto *in Retia et Norico agens ab* epit. 32, 1
exercitu imperator et mox Augustus est factus. Gallienus quoque ‖ filius eius epit. 31, 1. 2
Rome a senatu Cesar est appellatus. is parentibus ortus splendidissimis,
stolidus tamen et multum iners neque ad usum aliquem publici officii con-
silio seu gestis accommodatus. hic Cornelium Valerianum, Gallieni filii
17 sui filium, Cesarem fecit. ‖ sub his etiam *Germani Ravennam usque ve-*
nerunt. ‖ his imperantibus Religianus in Mesia, Cassius Labienus Posthu- epit. 32, 3. 4
mus in Gallia Gallieni filio interfecto imperatores effecti sunt. pari

---

6 occisis philippis *Or.* ‖ inuasit hic *add. L* ‖ 12 romanum imperium deuastabant isti mysos nicopolim fugientes obtinuerunt. decius *An.* ‖ 14 bello *et* locus *om. An.* ‖ 15 barbarorum *add. L* (*ex Or. 376?*) ‖ interfectis minuitur ita ut . . . thraces multi perirent *An.* ‖ 18 anno imperii secundo] cum biennio imperassent *P* ‖ 19 ut philippopolim desertam ab eis (*Scythis*) factam amitteret (*Decius*) *An.* ‖ 21 ilico occiditur *om. ep. et An.* ‖ 26 annos duos] non completo biennio *P* ‖ 31 ac *add. L* ‖ 38 is *om. ep.* ‖ 40 hic *om. ep.* ‖ 42 im mesia m^1

152 modo Elianus apud Mogontiacum, in Egypto Emilianus, apud Macedonas
Anast. 39 Valens, Mediolani Aureolus dominatum invasere. ‖ tum Gothi rursus Histrum
transeuntes Thesalonicam urbem Yllirici vastaverunt et predis onustatis ad
propria remearunt. tunc et Heruli quingentis navibus per Maeotides pa-
17 ludes ad Pontum navigantes Bizantium et Chrisopolim ceperunt. ‖ *Valerianus*
igitur *in Mesopotamiam bellum gerens*
Or. 517 P 10 *solitus erat.* hic ‖ mox, ut arripuit imperium, octavus a Nerone adigi per tormenta
Christianos ad idololatriam abnegantesque interfici iussit fuso per omnem Ro-
epit. 33, 1 mani regni latitudinem sanctorum sanguine. ‖ Gallienus igitur eius filius
in loco Cornelii filii sui Salonianum alterum filium subrogavit amori diverso
pelicum deditus Salonine coniugis et concubine, quam per pactionem con-
cessa parte superioris Pannonie a patre Marcomannorum rege matrimonii
154 1 specie susceperat, Pipam nomine. ‖ interea *Gallienus cum adolescens*
Or. 519 14 *rebellaverat* ‖ Aemiliano ‖ *res novas moliente*
epit. 33, 2. 3 156 4 *Gallienus interea* ‖ adversus Aureolum profectus est, quem cum apud pontem,
qui ex eius nomine Aureolus appellatur, optentum detrusumque Mediola-
P 1 4 nium obsedit. eiusdem *Aureoli duci sui* commento una *cum Valeriano*
fratre a suis ‖ *occisus est.* regnavit annis quindecim, sex cum patre, nobem
Or. 520 solus. vixit annos quinquaginta. ‖ anno ab urbe condita millesimo bice-
5 simo quarto Claudius ‖ ab Augusto tricesimus primus *ei successit, a militi-*
epit. 34, 1. 2 *bus electus a senatu appellatus Augus.* ‖ hunc plerique putant Gordiano sa-
tum, dum adolescens a muliere matura institueretur ad uxorem. hic Clau-
dius Gallieni morientis sententia imperator designatur, ad quem Ticini
6 positum per Gallonium Basilium indumenta regia direxerat. ‖ *hic Gothos*
Or. 521 qui sub Decio dispersi *Ylliricum Macedoniamque* ‖ per quindecim annos
vastantes ingenti prelio et incredibili strage delevit ‖ *parcus vir ac modestus*
epit. 34, 2. 3 *et* iustitie *tenax ac rei publice gerende idoneus.* ‖ extinctoque a suis Aureolo
P 2 receptis legionibus *adversus tricenta milia Alamannorum haud procul a*
lacu Benaco dimicans tantam multitudinem fudit, ut egre pars dimidia super-
fuerit. Claudius vero cum ex fatalibus libris, quos inspici preceperat,
cognovisset sententie in senatu dicende primi morte remedium desiderari,
Pomponio Basso, qui tunc erat, se offerente ipse vitam suam haud passus
8 responsa frustrari dono rei puplice dedit, ‖ *qui tamen intra imperii bien-*
Or. 521 epit. 34, 3. 4 *nium* ‖ apud Syrmium ‖ *morbo interiit divus*que *appellatus est* ‖ prefatus
neminem tanti ordinis primas habere, quam imperatorem. ea res sicut
erat cunctis grata, non divino vocabulum modo sed ex auro statuam prope
9 ipsum Iovis simalacrum *in Capitolium*, atque in curia *clypeus ipsi aureus*
11 proceres sacravere. ‖ *Quintilius post eum Claudii*
Or. 521 13 *appellatus* est *Augustus. septimo decimo imperii die occisus est.* ‖ anno ab urbe
14 condita millesimo bicesimo septimo ‖ *Aurelianus* tricesimus secundus ab
epit. 35, 1 Augusto imperator creatus. iste ‖ genitus patre mediocri et, ut quidam ferunt,
Aurelii clarissimi senatoris colono *Dacia Ripensi*, quae est inter Daciam
et Macedoniam, ‖ *oriundus, vir in bello potens, animi tamen inmodici et ad*
Or. 522 *crudelitatem propensioris quique Gothos* ‖ in Danuvium *strenuissime vicit* di-
P 5 cionemque Romanam antiquis terminis statuit. ‖ iste *haud dissimilis*
epit. 35, 6 P 13 *hic muris validioribus* et latioribus *urbem saepsit*
Or. 522 158 1 *haud longe ab Antiochia* ‖ magis prelii terrorem quam prelio ‖ *cepit. ingres-*

9 igitur eius filius *add.* L ‖ 17 una *add.* L ‖ 21 augustus *man. recentior* ‖ 25 qui — dispersi *add.* L ‖ dispersit h(?)ylliricum m[1] ‖ 29 ut aegre m[2] *in ras.* ‖ 36 diui *ep.* ‖ 42 quae est *add.* L

158 *susque Romam nobilem triumphum quasi receptor Orientis Occidentisque egit*
5 *praecedentibus currum Tetricho et Zenobia. hoc imperante etiam in urbem*
16 *in leva.* iste ‖ cum persecutionem adversus Christianos agi nonus a Nerone Or. 522
decerneret, fulmen ante eum magno pavore circumstantium ruit ac non
17 multo post in itinere ‖ *occiditur servi sui fraude*
19 *in itineris medio, quod inter* ‖ Byzantium ‖ *et Eracliam est, stratae veteris* Anast. 39
P 2 22 et *menses sex.* ‖ hoc tempore septem mensibus interregni species evenit. ‖ epit. 35, 9
post hunc Tacitus tricesimus tertius ab Augusto *imperium suscepit*
160 1 2 *intra* ‖ ducentesimo imperii die apud Tarsum febri moritur. *Florianus, qui* epit. 36
Tacito successerat, duobus mensibus et diebus viginti in imperio fuit. sed
cum magna pars exercitus Equitium Probum militie peritum legisset, Florianus quasi per ludum imperio usus incisis a semet ipso venis effuso sanguine consumptus est. ‖ anno ab urbe condita millesimo tricesimo tertio ‖ Or. 523
Probus ‖ tricesimus quintus ab Augusto imperium adeptus est. hic ‖
4 genitus patre agresti hortorum studioso Dalmatio nomine ‖ *gloria militari* epit. 37, 1
5 *restituit.* ‖ bella deinde civilia et quidem plurimo sanguine duo gessit ‖ contra Or. 524
quosdam imperatores ab exercitu creatos, ‖ unum *in Oriente* adversum *Sa-* Or.
6 *turninum,* alterum adversum *Proculum et Bonosum Agrippine,* ‖ quod ‖ magnis ‖ Or.
certaminibus oppressit
P 1 13 *menses quattuor.* ‖ anno ab urbe condita millesimo quadragesimo ‖ *Carus Nar-* Or. 523
bone natus in Gallia tricesimus sextus ab Augusto imperavit. *iste confestim*
15 *ad Orientem profectus* est. qui ‖ cum Antiochia degeret. Numerianus filius Anast. 40
eius voluit intrare in ecclesiam et explorare Christianorum mysteria. at
vero sanctus Babylas episcopus prohibuit eum dicens ‘non licet tibi videre divina Christianorum mysteria, cum sis pollutus idolicis sacrificiis’. qui
indignatus occidit eum. ‖ hic *contra Persas res nobiles gessit*
21 *fetore cadaveris* ‖ scelus *est prodit*um. ‖ *milites enim* epit. 38, 6
162 1 *Carinus, quem Caesarem ad Parthos proficiscens Carus in Yllirico* et *Gallia* et
Italia reliquerat, ‖ Sabinum Iulianum imperium invadentem in campis Vero- epit. 38, 6
2 nensibus occidit ‖ *omnibus*que *se sceleribus inquinavit*
3 *vel levi fatigatione*] versuta *fatigatione*
4 *non multo post* ‖ trucidatur eius precipue tribuni dextera, cuius dicebatur con- epit. 38, 8
5 iugem polluisse. ‖ *nam de Perside*
6 *Dioclitianum imperatorem creavit.* ‖ anno ab urbe condita millesimo quadra- Or. 525
gesimo secundo ‖ Dioclitianus tricesimus septimus ab Augusto imperator
7 creatus *Dalmatia oriundus, virum*
8 *credatur* ‖ matre pariter atque oppido nomine Dioclea, quorum vocabulis, epit. 39, 1
donec imperium sumeret, Diocles appellatus, ubi orbis Romani potentiam
cepit, Graium nomen in Romanum morem convertit. ‖ *is primum militi*
11 *postea Carinum,* ‖ quem Carus Cesarem in Yllirico reliquerat, ‖ *omnium odio et* Or. 525
decertatione viventem
16 et *pacem*] *et* partem (*Galliae reformavit*)
19 *cum apud Bononiam per tractum Bellicae et Armorici pacandum* ‖ Oceanum ‖ Or. 526
mare accepisset
21 (*praeda*) *imperatoribus missa* ‖ sed sibi soli vindicanda ‖ *cum suspicio esse coepisset* Or. 526

16 contra — 17 creatos] imperium usurpare conatos *P*, imp. effectos *Or.* ‖ 17 *et* 18 aduersum *add. L* ‖ 18 quod *add. L* ‖ 23 cum uenisset antiochiam *An.* ‖ 26 ido**s *m*[1] ‖ 32 uersuta] uerbi *ep.*

162 25 *ita cum per omnem orbem terrarum res turbatae essent, Carausius in Brittan-* epit. 39, 3. 4 *nia. Achilleus in Egypto* ‖ Iulianus in Italia imperatores effecti diverso exitu periere: e quibus Iulianus acto per costas pugione in ignem se abiecit. ‖ Or. 526 Narseus rex Persarum orientem ‖ debellabat, *Africam Quinquegentiani in-* epit. 40, 10 Or. 525 27 *festabant. Diocletianus* mox ‖ Aurelium ‖ *Maximianum* ‖ cognomento ‖ *Hercu-* epit. 39, 2 *lium ex Caesarae fecit Augustum: Constantium et* ‖ Galerium *Maximianum* cognomento Armentarium *Caesares* creavit. ‖ *quorum Constantius per filiam* Anast. 41 *nepos Claudii* ‖ imperatoris ‖ *traditur.*

164 3 *cum a Carausio tamen*

4 *peritissimum*] praestitissimum

Anast. 40 16 *manent.* ‖ erat autem cum ipso et Constantinus filius Constantii. qui cum adhuc valde iuvenis esset, fortiter agebat in preliis et cum Christianis sentiebat. quem intuens Dioclitianus intellectu animae ac corporis robore atque ingenio circa eruditionem proficere et deprehendens hunc futurum tyrannidis et eius dogmatum destructorem, invidia motus dolo perhimere Or. 528 satagebat. deus autem hunc inopinate salvavit et patri restituit. ‖ interea Dioclitianus in Oriente, Maximianus Herculius in Occidente vastari ecclesias, affligi interficique Christianos decimo post Neronem loco preceperunt. que persecutio omnibus fere ante actis diuturnior atque immanior fuit; nam per decem annos incendiis ecclesiarum, proscriptionibus innocentum, cedibus martyrum incessabiliter acta est. sequitur terremotus in Syria, ex qua apud Tyrum et Sidonem passim labentibus tectis multa hominum milia 17 prostrata sunt. ‖ *Galerius Maximianus*

21 *vehiculum*] *vehiculum* eius

Or. 528 **166** 1 *extrinsecus Persarum nobilitatem* ‖ abduxit ‖ *gazam Persicam copiosissimam. ipsum in ultimi* regis similitudines *egit*

9 *cum ante eum cuncti* ‖ ut iudices ‖ *salutarentur. ornamentum gemmarum*

12 *Herculis autem propalam ferus et incivili*bus *ingeni*is *asperitatem suam etiam vultus horrore significans. hic naturae suae indulgens Diocletiano in omnibus et severioribus consiliis obsecutus*

17 *habitu imperii*] *imperii habitu*

LIBER XI (PAVLI X).

epit. 40, 1 **168** 9 *sumptis duobus Cesaribus* ‖ Severo per Italiam, Maximino Galerii sororis filio per Orientem. eodemque tempore Constantinus Cesar efficitur. ‖ *Constantius tamen contemptus dignitatem Augusti*

15 *etiam venerabilis*] *venerabilis etiam*

170 3 (*Galerius cum sentiret,* Maximinum Cesarem in Orientem direxit et Severum in Or. 530 5 Italiam reliquid, *ipse Yllirico commoratus est.* ‖ anno ab urbe condita mille- 6 simo sexagesimo primo ‖ *verum Constantio mortuo Constantinus ex obscuriore matrimonio eius filius in Brittania* tricesimus octavus ab Augusto

11 aduc *m*¹ ‖ 13 orporis *m*¹ ‖ 26 ultimi regni solitudines *P*

170 *creatus est imperator* ‖ vi kl. avg. ‖ *et in locum patris exoptatissimus* H. Tr. 1, 4
moderator accessit. ‖ hic dum iuvenculus a Galerio in urbe Roma religionis epit. 41, 2. 3
specie vice obsidis teneretur, fugam arripiens atque ad frustrandos inse-
quentes puplica iumenta, quaqua iter egerat, interfecit et ad patrem situm
in Brittaniam pervenit. et forte eisdem diebus ibidem Constantium paren-
tem fata ultima perurguebant. quo mortuo cunctis, qui aderant, anniten-
tibus sed precipue Croco Alamannorum rege auxilii gratia cum Constantino
comitato imperium capit. hic sororem suam Constantiam Licinio Mediolanio
accito coniungit filiumque suum Crispum nomine ex Minervina concubina
susceptum idem Constantinus eisdem diebus natum oppido Arelatensi, Li-
8 cinianumque Licinii filium mensuum fere viginti Caesares effecit. ‖ *Rome*
9 *interea pretoriani excitato tumultu Maxentium Herculii filium, qui in villa*
puplica morabatur ‖ sex milibus ab urbe discreta itinere Lavicano, ‖ *Au-* epit. 40, 2
gustum nuncupaverunt
11 (*Severus*) *militum suorum scelerum desertus* ‖ ab Herculio ad tres tabernas extin- epit. 40, 3
guitur funusque eius Gallieni sepulchro infertur, quod ex urbe abest per Ap-
17 piam viam milibus nobem. ‖ *post hec Herculius Maximianus in contentione ex-*
15 *ercituum filium Maxentium* ‖ imperio ‖ *nudare conatus seditione et convicia* Or. 537
18 *militum tulit. auctae Maxentio opes, confirmatumque imperium. Herculius*
ad Gallias profectus est
172 2 *profugit Herculius Massilieque* ‖ a Constantino *oppressus, ex ea enim navi-* epit. 40, 5
4 *gare ad filium preparabat,* a Constantino captus *penas dedit* mortis ge-
nere postremo fractis laqueo cervicibus. *vir ad omne asperitatem sevitiam-*
que proclivis infidus incommodus civilitatis poenitus expers natura ferus 10—12
ardens libidine consiliis stolidus ortu agresti Pannonioque, nam etiam nunc
haud longe Sirmio eminet locus palatio ab eo ibidem constructo, ubi pa-
rentes eius exercebant opera mercennaria. aetate interiit sexagenarius,
annorum biginti imperator. genuit ex Eotropia Sira muliere Maxentium et
Faustam coniugem Constantini, cuius patri Constantio tradiderat Theodo-
6 ram privignam. ‖ *per hoc tempus*
8 *acceptus.* interea Galerius ‖ persecutionem, quam a Dioclitiano et Maximiano ‖ Or. 538 et
in Christianos ‖ fuerat missa, ipse atrocioribus aedictis accumulavit. ac post- Anast. 12
quam per annos decem omni genere hominum per provincias exhausit,
putrefacto introrsum pectore et vitalibus dissolutis, cum ultra horrorem hu-
mane miseriae etiam vermes eructaret neque medici ultra iam fetorem
ferentes crebro iussu eius occiderentur, a quodam medico constantiam ex
desperatione sumentem increpitus iram dei esse penam suam atque ideo a
medicis non posse curari, edictis late missis Christianos de exiliis revo-
cavit; ipse autem cruciatus non sustinens vim vitae suae attulit. ‖ fuit epit. 40, 15-17
licet inculta agrestique iustitia satis laudabilis, pulcer corpore eximius et
felix bellator ortus parentibus agrariis pastor armentorum, unde ei cogno-
men Armentarius fuit, ortus Dacia Ripensi ibique sepultus est, quem
locum Romulianam ex vocabulo Romule matris apellarat. is insolenter
affirmare ausus est matrem more Olimpiadis Alexandri Magni creatricis
compressam dracone semet concepisse. ‖ interea *res puplica tum a novis*
quattuor imperatoribus

---

1 die xxvii iulii mensis. *Hist. Trip.; atque sic semper differt dierum computatio, ut Hist. Trip. quotus sit dies mensis, indicet, Landolfus ex Kal. Non. Id. computet* ‖ 4 situm *om. ep.* ‖ 7 gratia constantinum com. *ep.* ‖ 17 uiam *om. ep.* ‖ 31 quam *add. L* ‖ 33 per *om. Or.* ‖ 39 fuit — 46 impe *m¹ in ras.*

Ruf. 8, 16 **172** 10 *(Constantinus) bellum adversum Maxentium civile commovit* pro eo, quia ‖ senatorum et maxime nobilium matronas puplice abstrahi atque ad suam lividinem deduci imperabat et post contaminationem viris suis reddi iubebat non tam expleta adulterii lividine quam immutata. tantus vero metus patres plebemque oppresserat, uti ne hoc ipsum quidem, quod in metu erant, palam ostendere auderent sed ferebant insuetam servitutem gementes et aliquid pro libertate cogitare metu inhibebantur, cum ille non iam ira sed lividine cedis agitaretur. denique quadam die imperabat militibus suis exire per plateas totius urbis et omnes, qui occurrissent, cuiuscumque etatis et cuiuslibet sexus gladiis cederent, innumereque multitudines populi Romani non hostium sed civium telis deiecte sunt. senatores vero et hi maxime, qui vel honoribus vel opibus clariores in curia videbantur, confictis criminibus tamquam rei puniti proscriptique sunt. magicae quoque artis industriam summis studiis excolebat, atque ministeria explenda perquirebantur mulieres nobiles gravide et adhibite funestis sacris medie scindebantur, rapiebantur et parvuli infantes eorumque exta visceribus revulsa perscrutabantur. iugulabantur et leones et nefandis quibusdam commentis ac precationibus demonica arte compositis bella per hec dicebantur arcire et credebatur ius fasque regni pro nefas posse servari. his vero malis omnibus etiam illud additur, quod omnes, qui per ceteras urbes vel agros fuerant tyrannica crudelitate deterriti, dum nihil sibi ad vitam tutum putant, relictis agris per loca abdita et latebras eunt; omni studio arandi serendique cessante tanta fames urbem atque omnia loca invaserant, ut nihil reliqui ad vite subsidium fieret. ‖ Constantinus igitur *eius copias multis*

Anast. 42 H. Tr. 1, 4 Ruf. 9, 9 11 *proeliis fudit* tamen ‖ propter magicas artes valde eum metuebat. ‖ cumque in esitatione multa consisteret ‖ et multa secum de imminentis belli necessitate pervoluens iter ageret atque ad celum sepius oculos levaret et inde sibi divinum precaretur auxilium, videt per soporem ad orienti partem in celo signum crucis igneo fulgore rutilare. cumque tanto visu fuisset exterritus ac novo perturbaretur aspectu, adstare sibi videt angelos dicentes
H. Tr. 1, 4 'Constantine ἐν τούτῳ νίκα' quod est 'in hoc vince'. ‖ fertur autem et ipsum Christum apparuisse ei et signum monstrasse crucis ac precepisse, in figuram similem faceret et in proeliis auxilium hoc haberet, quo victoriae iura conquireret. Eusebius itaque Pamphilicus iure iurando ipso imperatore dicente audisse se refert, quia circa meridiem declinante iam sole crucis signum ex lumine factum et scripturam consertam ei dicentem 'in hoc vince' vidisset ipse et milites, qui cum eo tunc essent. pergenti namque aliquo cum exercitu pariter in loco, 'hoc' inquit 'ei est miraculum ostensum'. dumque cogitaret, quid esset, nox supervenit et dormienti Christus apparuit cum signo, quod vidit in celo, iussitque, ut fieret eius signi figu-
Ruf. et H. Tr. 1, 5 ratio, quae foret auxilium in congressionibus proeliorum. ‖ tum vero letus redditus et de victoria iam securus signum crucis, quod in celo viderat, in militaria bexilla transformat ac labarum quem dicunt, ‖ ex auro et lapi-
H. Tr. 1, 5 dibus pretiosis ‖ in speciem crucis dominice exaptat. ‖ hoc enim signum bellicum inter alia pretiosus erat eo, quod imperatorem precedere et ad-

6 *rant m^1, *2—3 litt. eras* ‖ 14 ad quae m^3 *et Ruf.* ‖ 18 arcire] arc* m^1, arceri *Ruf.* ‖ 19 pro] per m^3 *et Ruf.* ‖ 25 tamen — ualde eum m^2 *in ras.* ‖ 28 orientis m^3 ‖ 31 ἐν τούτῳ νίκα *al. man. in spat. vac.* ‖ 32 in] ut *sup. scr.* m^3 *(ex hist. Trip.)* ‖ 34 pamphili cum iure *H. Tr.* ‖ 35 qui m^1 ‖ 38 pariter] per iter *H. Tr.*, *om.* in loco ‖ 45 pretiosius *H. Tr.*

172 orari eum a militibus moris esset. unde precipue Constantinum reor no-
bilissimum decus imperii Romani in signum mutasse crucis, ut frequenti
visione atque cura desuescerent a priore more subiecti et eum solum ar-
bitrarentur deum, quem coleret imperator vel quo duce atque auxiliator
uteretur adversus hostes. semper enim hoc signum proponebatur ante or-
dines universos, quod maxime laborantibus aciebus in proeliis adesse pre-
cipiebat. constituit itaque certos signiferos, qui in eo laborarent, quorum
opus erat, ut vicibus humeris eum veherent et omnes acies ita lustrarent.
fertur enim eo, quod aliquando quidam ferens hoc signum repente hosti-
bus invadentibus expavisset dedissetque illud alteri devehendum; cum-
que se de proelio subtraxisset et iacula declinasset, subito percussus in-
teriit, ille vero qui sacrum suscepit tropeum, multis se iaculantibus per-
mansit inlesus. mirabiliter enim divina regente virtute sagitte hostium fige-
bantur in signo, a signifero autem inter pericula protinus evolvebant.
dicitur autem neque alium umquam huius signi ministrum ut solet in bello
vulnere mortuum aut cladem captivitatis perpessum. ‖ igitur ‖ cum iam Ruf. 9, 9
Constantinus haud procul a ponte Molvio castra posuisset, subito Maxen-
tius agitur in occursum et proruens urbis Rome portis sequi se reliquum
exercitum iubet, prior ipse precurrit armatus. iusserat autem navibus ad
decipulam compositis fluvium sterni et superpositis pontibus exequari. ‖ tunc Anast. 12
Constantinus cruce aurea, que formaverat, ante se iussit portare factaque
congressione superati sunt, qui circa Maxentium fuerant, plurimis ex his
interemptis. Maxentius autem cum residuis fugiens ‖ paulo superius a epit. 40, 7
ponte Molvio in pontem navigiis compositum ab latere ingredi festinans
lapsu equi in profundum demersus est voratumque limo pondere thoracis
corpus vix repertum. ‖ erat enim annus septimus imperii Constantini. inter H. Tr. 1, .
P 1 hec Dioclitianus Salone defunctus est. ‖ *ferunt* autem *Maxentium supposi-
tum arte muliebri tenere mariti animum laborantis auspicio gratissimi partus
cepti a puero.* ‖ is Maxentius carus nulli umquam fuit ne patri aut socero epit. 40, 14
quidem Galerio. ‖ interea ‖ cives Romani, qui Constantinum poposcerant, Anast. 12
ut in eorum exsurgeret adiutorium, a maligni Maxentii tyrannide liverati
civitatem coronant et cum gaudio victorem Constantinum una cum vivifica
cruce suscipiunt et dominum collaudantes nec non et vivificam crucem per
septem dies adorantes et Constantinum victorem laudibus magnificantes. ‖
13 *non multo* post *deinceps in Oriente quoque adversum Licinium Maximinus* ‖
Cesar *res nobas molitus vicinum exitium fortuita apud Tarsum* ‖ Cilicie ‖ H. Tr. 1, 1
morte ‖ simplici periit. hic sorore Armentarii progenitus veroque nomine epit. 40, 8. 18. 19
ante imperium Daza dictus post imperium Galerius Maximinus appella-
batur; Cesar quadriennio, dehinc per Orientem Augustus triennio fuit ortu
quidem atque instituto pastorali verum sapientissimi cuiusque ac litterato-
rum cultor, ingenio quieto, vini avidior, quo ebrius quedam corrupta mente
aspera iubebat, quod cum pigeret factum, differri, quae praecepisset, in
tempus sobrium ac matutinum statuit. ‖ Valens interea in Oriente ab ex- epit. 40, 9. 2. 6. 20
ercitu imperator appellatus ab eodem Licinio morte multatur. ‖ deinde
Alexander, qui apud Kartaginem imperator est factus, a Constantini ex-
ercitu iugulatur. iste fuit Frix origine, ingenio timidus, inferior adver-

1 eum] id *H. Tr.* ‖ 4 auxiliatore m^3 *et H. Tr.* ‖ 5 te *in* uteretur *ex corr.* m^1 ‖ 8 eum] illud *H. Tr.* ‖ 9 quidam *ante* eo *H. Tr.* ‖ 14 euolabant m^3 *et H. Tr.* ‖ 17 *et* 21 constantinus *add. L* ‖ 27 dioclitianus *ex* diocletianus m^1 ‖ 29 maximianus *ep.* ‖ 33 crucem] *cem m^1 ‖ 34 adorantes *et* laudibus *om. An.*, laudibus *add. L e Ruf. 9, 9?* ‖ 43 interea — exercitu *add. L* ‖ 44 eodem *et* deinde *add. L* ‖ 46 iste *add. L*

Anast. 43 172 sus laborem vitio senecte etatis. ‖ igitur ‖ Constantinus quarto decimo
imperii sui anno totius Romani orbis monocrator effectus omnem curam
transtulit ad divina ecclesias erigens et liberaliter has ex ratione puplica
ditans. iste primam legem scripsit idolorum templa his tradi, que Christo
sunt deputata cum eo sane leges proferebat Crispus filius eius, secundam vero
Christianos solos militare gentibusque ac exercitibus principari, tertiam duas
paschales ebdomadas unam scilicet ante et alteram post resurrectionem sine
labore cuiusquam operis celebrandas. his ita gestis pax profunda et tranquil-
litas optinuit orbem et exultatio fideles concurrentibus assiduae omnibus na-
tionibus ad fidem Christi et baptizatis ac patria conquassantibus simulacra. ‖
epit. 41, 5 15 verum enim vero ut imperia difficile concordiam custodiunt, *Constantinus vir
ingens et omnia efficere nitens, quae animo praeparasset, simul principatum to-
tius orbis effectans Licinio bellum intulit, quamquam necessitudo et affinitas cum*
epit. 41, 5. 6 *eo esset,* ac *primo eum in Pannonia secunda apud Cibalas* ‖ iuxta paludem
Hiulcam nomine Constantino castra nocte Licinii irrumpente, Licinius fugam
petiit Bizantiumque fuga voluceri pervenit, ubi Martinianum officiorum ma-
19 gistrum Caesarem creat. ‖ Constantinus *omni Dardania Moesia Macedonia
potitus numerosas provincias occupavit. varia deinceps inter eos bella et pax*
H. Tr. 1, 8 *reconciliata ruptaque est.* deinde *Licinius* ‖ pugnaturus denuo contra Constan-
tinum spem victoris habebat per divinationes et sacrificia. denique etiam
Graeci dicunt tunc eum expertum divinatione Mileti Geminique Apollinis ei-
que consulenti de bello respondisse fertur daemonium 'o senex valde te iu-
venes pugnatores obserbant tuaque vita soluta est sevaque senectus te ex-
epit. 41, 7 20 cipiet'. ‖ interea ‖ Constantinus acie portior *Licinium navali et terrestri
proelio* vicit et cum *apud Nicomediam* Bithyniae uxorem indumentum
regium deferentem *in deditionem cepit et contra sacramenti legionem Thesa-*
epit. 7 et Or. 539 *lonice* in custodia ‖ missum ‖ *privatus* ‖ una cum Martiniano ‖ iussit occidi
metuens Herculii Maximiani soceri sui exemplo, ne iterum depositam purpu-
174 P 1 ram in perniciem rei publicae sumeret. ‖ *hic Licinius*
4 *docilitate*] *docibilitate*
epit. 41, 11. 12 5 *mox* ‖ Crispum filium Fausta coniuge, ut putant, suggerente necari iubet.
dehinc *uxorem* suam Faustam in balneas ardentes coniectam interemit, cum
eum dolore nimio mater Helena nepotis increparet, ‖ *post numerosos* inter-
fecit *amicos*
Or. 540. 541 9 *nam etiam Gothos* ‖ fortissimas et copiosissimas gentes *post civile bellum* in ipso
barbarico soli sinu hoc est in Sarmatarum regione *varie proflicavit pace his
ad postremum data ingentemque apud barbaras gentes memoriae gratiam col-
locavit.* Karlocherum quendam in Cypro adspirantem novis rebus oppressit.
Or. et epit. 41, 15 epit. 41, 13. 14 tricennalibus suis Dealmatium ‖ fratris sui ‖ Dealmatii ‖ filium ‖ Caesarem
legit. ‖ fuit vero ultra quam aestimari potest laudis avidus. hic Traianum
herbam paretariam ob titulos multis aedibus inscriptos appellare solitus
erat. hic pontem in Danubio construxit; habitum regium gemmis et capud
exornans perpetuo diademate. commodissimus tamen rebus multis fuit,
calumnias sedare legibus severissimis, civiles artes nutrire, praecipue stu-
dia litterarum, legere ipse, scribere, meditari, audire legationes et queri-
12 monias provinciarum, ‖ *affectator iusti amoris*

9 *inde ab* omnibus *usque ad* fastigium eue (*p. 327, 2*) *desunt in cod. Palat.; supplentur e cod. Bamb.* ‖ 20 uictoriae *H. Tr.* ‖ 22 fertur *om. H. Tr.* ‖ 25 uictum *P* ‖ et cum *add. L* ‖ per uxorem *ep.* ‖ 26 in deditionem cepit] (licinius) se dedidit *P* ‖ 27 in custodia *add. L* (mittit carceri mancipandum *An.*) ‖ 28 metuens] motus *Or* ‖ 36 barbarici *Or.* ‖ 44 ciuiles] bonas *ep.*

174 12 *docilitate*] *doci*bi*litate*
16 *primusque urbem nominis sui ad tantum fastigium evehere molitus est, ut Rome
emulam faceret. ‖ nam cum ei omnia prospere cederent, propriam voluit H. Tr. 2, 18
habitare civitatem veniensque ad campum ante Illum positum, iuxta Helle-
spontum super Eantis tumulum, ubi Achivi contra Troiam pugnantes ha-
buerunt castra, civitatem designavit portasque fecit, que hactenus videntur
a navigantibus. hec agenti per noctem deus apparavit monens, ut alium
quereret locum, eumque monens ad Bizantium Trachie illic eum habitare
iussit. que cum primitus Bizantium vocaretur, auxit et maximo eam muro
circumdedit et diversis ornata fabricis equam imperiali Romae constituit
et denominatam Constantinopolim appellari secundam Romam lege firmavit,
sicuti lex ipsa in marmorea platoma noscitur esse conscripta et in stra-
tegio iuxta equestrem statuam eius est constituta. ‖ eamque ‖ summa live- Anast. 17
ralitate ditata in illustribus domibus eos, qui ab urbe Roma erant, viros
rationabiles collocavit et ex aliis locis secundum genus eligens et domos
magnas eis tribuens, ut habitaretur civitas, egit. tunc etiam et templum
sanctae Sophiae et sanctae Heirene et apostolorum et sancti Mocii et ar-
changeli dei amicus princeps edificavit. tunc funditus templo Asclepii penes
Egas et Veneris in Aphacis sito destructo atque aliis multis eversis horum
reditus donavit ecclesiis. ‖ simulacra namque ornata publice Constantino- H. Tr.
politana urbe proposuit et tripodas Delphicos in circu ad spectaculum dedit,
que cum ipso videantur aspectu, superfluere feruntur. ‖ tunc multe gentes Anast.
ad baptismum accesserunt miraculis acte, que patrata sunt a captivis sa-
cerdotibus, qui fuerant sub Galieno imperatore captivati. ‖ interea mater H. Tr.
imperatoris Helena nomine in somnis ammonita Hierusolymam properavit et
sepulcrum Christi, quod licet difficillime tamen invenit, ‖ sordibus cooper- Ruf. 10, 7
tum et desuper templum Veneris aedificatum, ubi virgines cantibus insul-
tabant, ‖ precepit destrui sceleratissimum templum ipsumque pulverem
funestis sacrificiis violatum eici et procul a civitate dispergi. exin locum
purgari precepit et ‖ statim palam domini monumento apparuit. apparue- H. Tr.
runt et circa eum suffose tres cruces et clavi insimul et titulus litteris
Hebreis Grecis Latinisque conscriptus 'Iesus Nazarenus rex Iudeorum'.
dicitur autem, quia etiam mortuus crucis tactu surrexit. de hoc ligno Si-
bylla dixit apud paganos 'o ter beatum lignum in quo deus extensus est'.
tunc ergo, que crux esset domini, que latronum, dubitare ceperunt. proinde
Macarius civitatis presul huiusmodi tractatu dubitationem soluit. mulieri
namque novilitate clare longa egretudine fatigare unam illarum crucium
cum oratione promtissima adhibens virtutem Salvatoris agnovit. mox enim
ut mulierem crux attigit, passionem saevissime egritudinis effugavit et
femine salutem restituit. de clavis quidem, quibus manus Christi fuerant
perforate, alios in galeam misit imperatoris filii capitis providentiam ge-
rens, ut iacula bellica summoveret, alios freno equino permiscuit et cau-
telam imperatoris agens et veterem prophetiam adimplens; olim enim
Zacharias clamaverat propheta dicens 'et erit quod in freno est sanctum
domino omnipotenti'. Salvatoris vero crucis partem quidem aliquam filio
distribuit, quam Constantinus suscipiens et credens salvari civitatem, ubi
hec particula servaretur, in sua statua, sicut fertur, in phoro Constantini

7 apparuit *H. Tr.* ‖ 20 redditus m[1] ‖ 22 superfluere feruntur] referuntur *H. Tr.* ‖ 28 templum sce-
lestissimum deiici iussit *H. Tr.* ‖ 37 fatigatae *H. Tr.* ‖ 45 filio] regalibus *H. Tr.*

174 positam super columnam porphireticam devote condidit. reliquam vero
partem in argentea theca clausam Macario civitatis tradidit sacerdoti et
undique congregans artifices maximas illic ornatasque edificavit ecclesias.
post hec igitur imperator curam maximam Christianorum habens pagano-
rum superstitiones aversabatur removitque monomachias et suas imagines
in templis poni precepit et cubitum, quo mensuratur Nilus, non iam in
templum Serapidis annis singulis sed in ecclesiis portari sancivit. ‖ igitur
17 Constantinus *bellum adversum Parthos moliens, qui iam Mesopotamiam fati-*
Anast. 50 H. Tr. 3, 12 176 1 *gabant.* ‖ secundo ‖ *et tricesimo anno imperii. etatis sexto et sexagesimo* ‖ egri-
tudine captus ex urbe Constantinopolitana quasi ad calidas aquas egressus
epit. 41, 15 et H. Tr. est, ‖ *Nicomediam in villa puplica* morbo consumptus est ‖ facto testa-
mento tribus filiis consulatu Feliciani et Tatiani XI KL. IVN. ‖ fuit enim ‖
epit. 41, 16 irrisor potius quam blandus, unde proverbio vulgari Trochala. decem an-
nis prestantissimus, duodecim sequentibus latro, decem novissimis pupillus
Anast. 49 2 ob profusiones inmodicas nominatus. *mors eius etiam* ‖ ante biennium ‖ *de-*
nuntiata est per crinitam stellam, quae inusitatem magnitudinis aliquandiu ful-
H. Tr. 3, 12 *sit, cam Graeci cometem vocant, atque inter divos meruit referri.* ‖ corpus
autem eius in aureo locello collocatum Constantinopolim est devectum et
in palatii celso loco repositum. quod in multis honoribus atque venera-
tione quasi viveret habebatur, donec aliquis filiorum eius assisteret. postea
vero ab Oriente Constantio veniente cum imperialibus exequiis funus eius
Ignot. 5 sepultum est in apostolorum ecclesia ‖ in sepulcro porphiretico. ‖ *is succes-*
sores filios tres reliquid atque unum fratris sui Dealmatii *filium.* ‖ hi sin-
epit. 41, 20 et H. Tr. guli has partes regendas habuerunt. Constantinus ‖ primus filius in de-
cennali suo eius genitor fecit eum habere principatum ‖ cuncta trans Alpes, ‖
secundus ‖ Constantius ‖ in bicennali suo in Oriente constituit ‖ a freto
Propontidis Asiam atque Orientem, Constans ‖ vero iuniorem in tricenna-
libus suis ‖ in Illyricum Italiamque et Africam ‖ ordinavit, ‖ Dealmatium
in Traciam Macedoniamque et Achaiam, Annibalianum Dealmatii Cesaris
consanguineum in Armeniam nationesque circumsocias. ‖ *verum Dalmatius*
H. Tr. 4, 4 7 *quam iubente.* Constantinus igitur ‖ dum nititur partes iunioris fratris in-
8 vadere, ‖ *bellum* contra eum commovit *et* dum *inconsultius apud Aquileiam*
epit. 41, 21 *praelium aggressus* est, *a Constantis duces interfectus est* ‖ et in fluvium
H. Tr. proiectus, cui nomen Alsa est, non longe ab Aquileia ‖ consulatu Acinnidi
et Procli. quam ob rem Romani imperii principatus occidentalium quidem
H. Tr. 1, 10 et 13 partium pervenit ad Constantem, orientalis autem ad Constantium. ‖ eodem
tempore etiam rem publicam contigit valde turbari. gens namque Fran-
corum circa Gallias constituta Romanis erat infesta, ‖ quem Constans op-
pressit et Romano imperio subiecit. ‖ tunc enim etiam terremotus maximus
in Oriente factus est et precipue in Antiochia, que anno iugiter est com-
Anast. 50 mota et ‖ Neocesaria civitas Ponti cecidit. Constantius autem et Constans
leges ediderunt Iudeum non emere servum, alioquin auferri eum et
puplicis rationibus tradi, porro si et circumcidere ausus fuerit servum, gla-
9 dio puniri talia presumentem. ‖ igitur *Constantis imperium*
H. Tr. 1, 37 epit. 41, 22. 23 11 *militi iniocundus esset* et dum ‖ circa Gallias ‖ venandi cupidine per silvas
saltusque erraret. conspiravere aliquanti militares in eius necem auctoribus

7 se *in* serapidis m^1 *in ras.* ‖ 9 secundo et tricesi m^1 *in ras.* ‖ 10 ex urbe — 11 morbo m^1 *in ras.* ‖ 12 consulatu — 13 irrisor m^1 *in ras.* ‖ 14 duodecim m^2, undecim m^1 ‖ 15 mors — 16 inusitatem m^1 *in ras.* ‖ 22 in sepulcro porphiretico *fort. de suo add. L* ‖ 25 eius genitor *add. L* ‖ eum *om.* m^1 *et H. Tr.* ‖ 28 in *add. L* ‖ illicum m^1 ‖ delmatium m^1 ‖ 29 *et* 30 in *add. L* ‖ 30 delmatius m^1 ‖ 32 bellum fratri inferentem *P*

176 Chrestio et Marcellino simulque Magnentio. qui, ubi patrandi negotii dies
placuit, Marcellinus natalem filii simulans plerosque ad cenam rogat. ita-
que in multam noctem conbibio celebrato Magnentius quasi ad ventris so-
lita secedens ‖ apud Agustudunum ‖ habitum benerabilem capit. ea re et Or. 5,13
cognita Constans fugere conatus apud Helenam oppidum Pireneo proxi-
12 mum ‖ *non longe ab Hispaniis* ‖ a Gaisone cum lectissimis misso inter- epit. 41,23.21
13 ficitur *anno imperii septimo decimo, etatis tricesimo*; nam Cesar triennio
hic fuit debilis pedibus manibusque articulorum dolore, fortunatus celi
14 temperiae, fructuum proventu, nulla a barbaris formidine ‖ *per omne
tempus sine gravi crudelitate terribilis*
19 *poposcerunt.* per idem tempus ‖ Dyrrachium Dalmatiae a terremotu corrup- Anast. 51
tum est et Roma per tres dies a terremotu commota est. interea et terre-
motu magno in civitate Byryto Phenicis facto plurima pars eius corruit ita,
ut multi gentiles ingrederentur ecclesiam se ritum Christianum servaturos
20 spondentes. ‖ igitur *post Constantis necem Magnentio Italiam Africam Gallias
obtinente etiam Illyricum res novas habuit Betranione* ‖ magister militum *ad* epit. 41, 25
imperium in Pannonia apud Myrsam ‖ *consensu militum electum*
178 1 *sed omnium liberalium* artium *expertem*
2 *acceperit.* tunc ‖ Constantius ‖ imperator ‖ Gallum patruelem ‖ suum Cesa- epit. 42, 1 et H. Tr.
rem fecit, cui suum nomen inponens in Siriam Antiochiae habitandum
destinavit, ut partes per eum custodirentur orientales. quo ad Antiochiam
veniente circa orientem signum apparuit ‖ in celo die Pentecosten. ‖ co- Anast. 51 et H. Tr.
lumna namque sub speciem crucis in celo visa ‖ speciem luminis habens
extensum a Golgotha usque ad montem olivarum; in circuitu autem eius
corona erat velut Hyris speciem habens. hoc et Constantius Gallus vidit. ‖
3 interea Constantius Augustus *ad ultionem fraterne necis bellum civile com-
moverat* ‖ castra metatus est in Yllirieum. cogebat eum *fraterne necis ul-* H. Tr. 5, 1
tionem et maxime Betranionis, qui per milites Augustus fuerat factus. cum-
que venisset in Syrmium, mutuo faederibus habitis Betranionem vidit.
factumque est, ut milites, qui eum constituerant, transirent ad favorem
Constantii. quo facto solum Constantium imperatorem Augustum voce missa
clamaverunt; cumque de Betranione nulla memoria fieret, ille repente
sciens se traditum ad pedes se prostravit imperatoris. porro Constantius
auferens eius coronam simul et purpuram clementer ei locutus est monens,
ut sub schemate privato quiesceret, quod utique eius etati potius con-
veniret quam haberet nomen sollicitudinibus onustatum. iussitque ei sump-
tus uberrimos ex publicis functionibus exhiberi; ‖ fuit autem prope ad stul- epit. 41, 26
titiam simplicissimus. ‖ cumque in Prosa Bithyniae Betranio moraretur, H. Tr.
Constantius scripsit ei dicens, quia multorum bonorum ei causa fuisset,
quem a tantis cogitationibus et malis sibi provenientibus liverasset nec se
bene fecisse, quia que sibi prestare debuerat, illi potius impedisset. ‖ his epit. 42, 3
diebus Rome Nepotianus Eotropiae Constantii sororis filius hortantibus per-
ditis Augusti nomen rapit. eum octavo die vicesimoque Magnentius op-
8 pressit. *caput eius pilo per urbem circumlatum est gravissimeque proscrip-
tiones et nobilium cedes fuerunt.* hoc tempore Constantius cum Magnentio
apud Myrsam dimicans vicit, in quo bello pene numquam amplius Romane

2 fili m^1 ‖ 3 magnentius — 4 capit m^2 *in ras.* ‖ 12 a terremotu *et* et *om. An.* ‖ 16 militu m^1
20 habitandum *om. H. Tr.* ‖ 22 circa] *ca m^1 ‖ 25 et constant[illegible] . . apparuit *An* [illegible] factus
appellatus *H. Tr.*

178 consumpte sunt vires totiusque imperii fortuna pessumdata. dehinc cum
se Magnentius in Italiam recepisset, apud Ticinum plures fudit incautius
H. Tr. 5, 10 et, ut victoria solet, audacius persequentes ‖ veniensque Romam multos
peremit senatores et populos. cumque agnoscens vicinos esse contra se
Constantii milites, accessit ad Gallias partis occidentalis. cumque illic
bellum sepius inter alterutros exercerent, modo isti modo illi victores esse
videbantur. novissime autem devictus Magnentius fugit vidensque milites
quasi de perditione tristes stans celsiore loco eos nitebatur allocutionis
consuetudine confortare. tunc illi favorem solitum Magnentio exhibere pre-
parati e diverso nolentes clamaverunt omnes una voce 'Constanti Auguste
tu vincas'. hoc augurium Magnentius traxit ad semetipsum, tamquam
non ei divinitus concederetur imperium, et propterea ad ulteriora tendebat.
sequentibus autem Constantii militibus circa montem Seleucum facta con-
gressione solus fugiens venit in Lugdunensem urbem comperiens suam
15 matrem et fratrem *Senonem, quem ad tuendas Gallias* Cesarem consti-
epit. 42, 6 27 tuerat, ‖ occidit *nec multo post* a *Constantii militibus* ibidem ‖ coangu-
status gladio occulte proviso ictum pulsu parietis iuvans, transfosso latere,
ut erat vasti corporis, vulnere naribusque et ore cruorem effundens mense
imperii quadragesimo secundo, etatis prope quinquaginta annos expiravit ‖
H. Tr. anno imperii Constantii sexto et Constantii Galli consulatu anno secundo,
epit. 42, 7. 8 XVIII KLS. SEP. ‖ fuit enim ‖ ortus parentibus barbaris, qui Galliam in-
habitant. legendi studio promptus, sermonis acer, animi tumidi et in-
modici, timidus, artifex tamen ad occultandam audacie specie formidinem.
et H. Tr. 5,10 eius morte audita Decentius ‖ frater eius ‖ laqueo fascia composito vitam
11 finivit. ‖ in *his dimicationibus ingentes Romani imperii vires consumpte sunt*
atque libet bella externa idoneae, que multum triumphorum possent securitatis-
H. Tr. 5, 10 *que conferre.* ‖ sed neque sic circa rem publicam quies evenit. nam post
18 paululum apud Gallias occidentalis Silvanus quidam *res novas molitus* ty-
epit. 42, 10. 11 rannus est exortus, quem duces Constantii ‖ vicesimo octavo die imperii
perhimunt. fuit ingenio blandissimus; quamquam barbaro patre genitus
H. Tr. 5, 11 tamen institutione Romana satis cultus et patiens. ‖ porro Iudei in Dio-
cesaria Phalestine resistentes vicina loca turbabant et sumentes arma temp-
tabant resultare Romanis. post hec itaque Gallus Cesar cum Antiochie
degeret, exercitu destinato eos apprehendit civitatemque vastavit. cumque
videretur sibi prospere gessisse, felicitatem non ferens accessit ad tyran-
nidem et non insinuans imperatori suam intentionem questorem vocabulo
Magnum et Domitianum prefectum Orientis occidit. ob quam rem Constan-
tius indignatus evocavit eum. qui cum contempnere non valeret, pergebat ad
principem. cumque contra insulam Falconensem venisset, eum illic Constan-
H. Tr. 5, 12 tius precepit interhimi ‖ anno imperii sui septimo et consulatus ipsius Galli
17 anno tertio. ‖ *vir natura ferus et ad tyrannidem pronior, si suo iure imperare li-*
19 *cuisset. solusque imperio Romano eo tempore Constantius princeps et Augustus*
H. Tr. 6, 1 *fuit.* nunc igitur de Claudio Iuliano pauca dicenda sunt eiusque genere ac
disciplina et quo modo venerit ad imperium. Constantinus, qui Bizantium
suo nomine Constantinopolim appellavit, duos habuit ex eodem patre non ex

4 senatorum ac populi et agn. *H. Tr.* ‖ 5 abscessit *H. Tr.* ‖ 10 una uoce *om. H. Tr.* ‖ 15 senonem] senonis *P* ‖ 16 occidit *add. L* [interfectos (fratrem et matrem) *H. Tr.*] ‖ 19 quinquagesimo *ep.*, *om.* annos ‖ 20 anno — anno secundo] *H. Tr. l. l.:* consulatu constantii sexto et constantis galli secundo ‖ ea dimicatione *P* ‖ 40 anno — 41 anno tertio] *H. Tr.:* (gallus) septimo constantii consulatu et sui tertio ‖ 43 tur de claudio iuliano *add.* m^2 *in ras.*, m^1 *videtur fuisse:* tur de iuliano, claudio *add. ex L ex ep. 42, 12*

178 eadem matre germanos quorum unus Dalmatius alter Constantius. Constantius autem duos habuit natos Gallum et Iulianum. post mortem Constantini conditoris Constantinopolitane civitatis, dum milites iuniorem Dalmatium perhemissent, tunc et isti defuncto iam patre poene mortis periculum cum Dalmatio sustinuerant; nisi Gallum quidem egritudo, que putabatur inebitabilis, liberasset, Iulianum vero etas infantilis; erat enim annorum octo. cumque ab eis fervor imperatorum quievisset, Gallus circa Ephesum apud doctores erat, ubi etiam a progenitoribus possessiones habebat. porro Iulianus crescens in auditoriis Constantinopolitane urbis exercebatur in basilica, ubi doctores erant, habitu privato procedens; habebatque pedagogum eunuchum nomine Mardonium, grammaticum Nicoclem Laconensem, rhetorica vero legabat apud Ecibolum sophistam. erat enim Iulianus ab initio Christianus. cumque lectione proficeret, et fama per populum volitaret, quia posset etiam rem publicam gubernare. quod dum latius panderetur, estuationes induxit imperatori Constantio. quam ob rem abstinuit eum ab urbe regia et misit Nicomedia precipiens, ne conveniret apud Libanium sophistam Syrum. tunc enim Libanius a pedagogis Constantinopolim expulsus Nicomedia morabatur. prohibebatur ergo Iulianus apud Libanium legere eo, quod paganus esset, verumtamen librorum eius lectionibus utebatur. cumque proficeret rhetorica, supervenit in Nicomedia Maximus philosophus non ille Bizantius pater Euclidis sed Ephesius, quem postea quasi artes magicas exercentem Valentinianus imperator precepit occidi. tunc igitur non ob aliam causam Nicomediam venerat nisi Iuliani fama protractus. apud quem Iulianus cum verba philosophica pregustasset, cepit etiam doctoris imitari religionem. his enim etiam imperii cupidinem animum eius immiserat. cumque hec non laterent aures imperatoris, inter spem metumque constitutus suspicionem celare volens, quia qui dudum integer fuerat Christianus, postea proditor est effectus, tonsus monachicam simulabat vitam et latenter quidem exercebatur in philosophica, in manifesto autem sacros Christianorum legebat libros. denique in ecclesia Nicomediae lector est constitutus ‖ et divinos codices in ecclesia populo au- 6. 4
diente legebat. ‖ porro sub hoc habitu furorem declinavit imperatoris. hec 6. 1
equidem pro timorem faciebat nequaquam ab spe recedens, quam mente conceperat, dicebatque plurimis amicorum suorum felicia fore tempora, quibus ipse rerum potiretur. post paululum vero peremto Gallo repente Iulianus fit suspectus imperatori, qui etiam eum custodiri precepit et dum fuga lapsus fuisset, diversa loca circumeundo salvatus est. vixque sero uxor imperatoris Eusebia celatum inveniens supplicavit imperatori, quatenus nihil mali pateretur sed ut potius ad philosophandum mitteretur Athenas. cepit igitur Iulianus imperialia sceptra desiderare. quam ob rem discurrens universam Helladam vates querebat responsa reddentes consulens, si ad suum imperium perveniret invenitque virumque ei desiderata se dicere fateretur. is eum perducens ad quendam idolorum locum et intromittens in aditum seductores demones evocavit; quibus sollemniter apparentibus terrore compellitur Iulianus in fronte sua crucis formavit signaculum. tunc demones tropei dominici figuram respicientes repente

1 delmatius *m*[1] ‖ 3 delmatium *m*[1] ‖ 5 delmatio *m*[1] ‖ 13 et *om. H. Tr.* ‖ uolitabat *H. Tr.* ‖ 15 abstinuit] abstulit *H. Tr.* ‖ 20 in rhetorica *H. Tr.* ‖ 26 anim*m *m*[1] ‖ 32 porro *add. L* ‖ 33 nequa *m*[1] ‖ 35 p*tiretur *m*[1] ‖ 40 imperiali *m*[1] ‖ 42 uirum qui *H. Tr.* ‖ 45 formare *H. Tr.*

178 disparuerunt. quod agnoscens magus cepit culpare Iulianum. at ille ter-
rorem significavit et crucis se dixit obstipuisse virtutem eo, quod videntes
hoc signum demones evanuerunt. porro magus ‘non hoc suspiceris, in-
quit, o bone vir, quia timuerunt, sicut ais, sed abominati hoc signum potius
abscesserunt’. et ita capiens miserum odio replevit Christiani signaculis
Iulianum. post hec igitur Constantius evocavit Iulianum constituit Cesa-
5, 12 6, 1 et Anast. 53 rem ‖ VII ID. NOV. ‖ dansque ei coniugem ‖ Helenam ‖ sororem suam, ‖ que
H. Tr. 6, 1 Constantia dicta est, ‖ contra barbaros cum destinavit ad Gallias. hi nam-
que barbari, quorum imperator Constantius contra Magnentium solacia pe-
tierat, cum nihil profuissent contra tyrannum, Romanorum vastabant urbes,
21 *alias expugnabant ubique feda vastitas esset Romanumque imperium non
dubia iam calamitate nutaret.* cum esset ergo iuvenculus Iulianus, iussit
ei imperator, ut preter consilium ducum nihil moliri presumeret. cumque
duces accepta potestate neglegerent et propterea barbari superarent, tunc
Iulianus duces quidem deliciis vacare permisit, sumens autem milites eis-
que spolia peremptorum hostium conpromittens initium vincendi barbaros
fecit et amorem suum apud milites collocavit. fertur itaque, dum in qua-
dam civitatem fuisset ingressus, corona laurea, quibus solent civitates or-
nari, inter columnas pendens rupta fune super eius caput decidit eumque
aptissime coronavit. quo facto cuncti clamaverunt, quia ei signum foret
imperii. interea cum Iulianus apud imperatorem de ducum neglegentia
quereretur, alter mittitur magister armorum eius alacritati conveniens, cuius
ministerio cum barbaris fiducialiter est congressus. et dum illi per legatos
litteras imperatoris eos ad provincias invitantis ostenderint, tunc ille lega-
23 tos eorum misit in vinculis factaque congressione ‖ cum *modicis copiis* Ro-
epit. 42,13.14 et H. Tr. manorum *apud Argentoratum Gallie urbem ingentes* ‖ hostium copie extinxit.
stabant acervi montium similes, fluebat cruor fluminum modo, captus rex
nobilis Nodomarius ‖ et Constantio missus, ‖ fusi omnes optimates, redditus
limes Romane possessionis. ac postmodum cum Alamannis ‖ apud Rhe-
H. Tr. 5, 50 et epit. num fluvium residentes ‖ dimicans, potentissimum eorum regem Badoma-
rium cepit ‖ claraque victoria decoratus, dum mediocritate vite atque man-
H. Tr. 6, 1 suetudine militibus gratus esset, ‖ ab eis appellatur Augustus. cumque
corona deesset imperialis, unus signa portantium torquem, quam habebat
in collo, sumens Iuliani capiti circumposuit. hoc ergo modo Iulianus im-
5, 50 perator est factus. ‖ hoc facto nihil de Constantio cogitans iudices ab illo
factos honoribus mulciebat et ad illius invidiam litteras proferebat, quibus
ostenderet eum propter bellum contra Magnentium gestum in Romanorum
epit. 42, 16 terras barbaros induxisse. ‖ hunc Constantius urgere legationibus, ut in
statum nomenque pristinum revertatur. Iulianus mandatis mollioribus re-
fert se sub nomine celsi imperii multo officiosius pariturum. ‖ igitur Iu-
H. Tr. 5, 50 lianus ‖ repente religione mutata, cum propriis Christianus esse putaretur,
semetipsum pontificem nominavit et veniens ad templa paganorum sacri-
6, 2 ficabat subiectisque talia colere suadebat ‖ et Christianum baptisma sacri-
ficiis et invocationibus, quas expeditiones pagani vocant, et sanguine im-
5, 50 molationem studebat ablui et abrenuntiari ecclesiastice confessioni. ‖ cum-
que Constantius propter bellum Persicum Antiochiam moraretur, sperans

1 magu* *m*¹ ‖ 7 iugem — que con *m*¹ *in ras.* ‖ 13 ei imperator *om. H. Tr.* ‖ 14 duces] illi *H Tr.* ‖ 15 delicis u*care *m*¹ ‖ 17 aliquam *H. Tr.* ‖ 24 *alter* t *in* inuitantis *in ras.* ‖ 25 congessione *m*¹ ‖ 37 romanorum terras] italiam *H. Tr.* ‖ 41 propriis] prius *H. Tr.*

178 ille quia sine bello posset Yllíricum detinere, ad eos agebat iter dicens
se velle Constantio satisfacere, tamquam non sponte sed voluntate militum
infulas imperii suscepisset. dicitur itaque, qui dum ad hos terminos ac-
cessisset, vindemia iam collecta circa occasum Pliadum uvas denuo fuisse
prolatas, insuper etiam imbrem ex aere descendentem in eius vestem si-
mul et ceterorum guttas singulas crucis formasse signacula. hoc facto
videbatur et ipsi et aliis, quia botruis extra tempus inlatis bonum rei pan-
deretur indicium, imber autem cadens vestem super quam ceciderat robo-
raret. alii vero dicebant uvarum signum preter tempus significare per-
ditionem imperatoris ad instar huiusmodi botruorum et parvi temporis
fore eius imperium. porro de cruce dicebant prenuntiare hoc signum, quia
sit celeste dogma Christianorum et oporteat signari cunctos crucis signa-
culo. cum audisset itaque Constantius contra se venire Iulianum, instruc-
tione belli Parthici derelicta Constantinopolim veniebat. ‖ cumque iter fa- epit. 12, 17
ciens et ‖ magis magisque ardens dolore atque, ut erat talium inpatiens,
30 in radicibus Tauri montis apud oppidum Mopsocrenen *inter Ciliciam* et
Cappadociam febri acerrima, quam indignatio nimia vigiliis augebat, in-
teriit ‖ III NON. NOV., consulatu Tauri et Florenti *anno imperii tricesimo* et H. Tr. 5,50
octavo, etatis quinto et quadragesimo, ex quibus tredecim cum patre regna-
vit, biginti quattuor post illum ‖ id est ‖ octo solus, cum fratribus atque
180 1 Magnentio sedecim ‖ *meruitque inter divos referri.* eodem tempore ‖ facto Anast. 53
magno terrae motu Constantinopolis pars diruta est. ‖ iste fuit *vir egregiae
tranquillitatis, placidus, nimium amicis et familiaribus credens, mox etiam
uxoribus deditior, qui tamen primis imperii annis ingenti se modestia egerit.
familiarum etiam locupletator neque inhonoros sinens, quorum laboriosa ex-
pertus fuisset officia. ad severitatem tum propensior, si suspicio imperii mo-
veretur, mitis alias,* ‖ felix bellis civilibus, externis lacrimabilis, mirus ar- epit. 12,18-22
tifex in sagittis, a cibo vinoque et somno multum temperans, patiens la-
boris, facundie cupidus, quam cum assequi tarditate ingenii non posset,
aliis invidebat, spadonum aulicorumque amori deditus et uxorum, quibus
contentus nulla libidine transversa aut iniusta polluebatur. sed ex con-
iugibus, quas plurimas sortitus est, precipue Eusebiam dilexit decoram
quidem verum per Adamantias et Gorgonias et alia importuna ministeria
vexantem famam viri, contra quam feminis modestioribus mos est, quorum
sepe precepta maritos iubant. namque ut ceteras omittam, Pompeia Plo-
tina incredibile dictu est, quanto auxerit gloriam Traiani, cuius procura-
tores cum provincias calumniis agitarent adeo, ut unus ex his diceretur
locupletium quemque ita convenire 'quare habes?' alter 'unde habes?'
tertius 'pone quod habes' illa coniugem corripuit atque increpans, quod
laudis sue esset incuriosus, talem reddidit, postea exactiones improbas de-
testans fiscum lienem vocaret, quod eo crescente artus reliqui tabescunt. ‖
igitur ‖ defuncto Constantio Iulianus iam Thracas optinebat et non multo
post Constantinopolim veniens appellatus est Augustus. ‖ interea cum Con-
stantinopolim fuisset ingressus, cepit cogitare, quemammodum sibi po-
pulum conplacaret et eorum favorem decenter adquireret. quod hac arte
fecit. bene namque sciebat Constantium ab omnibus populis nomen con
substantialitatis amplectentibus odiri, ob quam rem ab eclesiis videbantur

12 signaculo] indicio *H. Tr.* ‖ 13 audi* m[1], *2—3 litt. eras* ‖ 14 cumque — 22 egregiae m[1] *in ras.* ‖ 14 cumque iter faciens] in itinere *P* ‖ 16 oppidum *add. L* (*ex Ruf. 10, 26?*) ‖ ciliam m[1] ‖ et *add. L* ‖ 18 tari m[1] ‖ 20 id est *add. L* ‖ 22 pars *om. An.* ‖ 40 ut postea *ep.* ‖ 43 augustus] imperator *H. Tr.*

180 exclusi et episcopi confiscati exilioque directi. simul etiam noverat et paganos fuisse contristatos prohibitione sacrificiorum et desiderare adipisci tempus, quo eorum aperirentur templa, ut haberent idolis immolandi licentiam. sic igitur utrumque populum meroribus vulneratum a defuncto cognoscens et communiter omnes eunuchorum violentia et precipuae Eu-
2, 22 et 6, 1 sebii ‖ Nicomediensis episcopi ‖ rapinis ingemescentes, ‖ qui suam sedem reliquerat et invaserat Constantinopolitanam, Iulianus itaque ‖ apud omnes semetipsum artificioso velamine commendabat. et aliis quidem amare se fingebat, aliis autem per vanam gloriam largus erat, omnibus tamen in commune, qualis esset religione, monstrabat. et primum quidem crudelitati Constantii circa subiectos derogans et eam coram populo universo redarguens iubet episcopos exilio deportatos evocari et confiscatas eorum reddi substantias. templa quoque paganorum velociter suos necessarios precepit aperire, eos autem, qui fuerant ab eunuchis oppressi, recipere, que male ab eis fuerant abrecta, sancivit. Eusebium vero presidentem imperiali cubiculo morte damnavit non solum quia multos oppresserat sed quia Gallum quoque fratrem suum eius consilio audierat interemptum. et corpus quidem Constantii regio honore sepelivit. expulitque e palatio eunuchos tonsores et cocos; eunuchos quidem, quia eius uxor obierat, post quam non duxit aliam, cocos autem eo quod cibis simplicibus uteretur, tonsores vero: 'unus' inquit 'sufficit multis'. scriptorum autem plurimos fortune antique restituens reliquis eorum mercedem scripture dari precepit. abscidit quoque etiam publicum cursum mularum et caballorum. hec eius opera laudant pauci plurimique vituperant. is enim etiam noctibus vigilans conscribebat libros et descendens in senatu publice recitabat; solus enim imperatorum a Iulio Caesare in curiam senatus recitavit orationes. honorabat disciplinarum cultores maxime philosophantes. habebat autem plurimum vane gloriae vitium et in oratione, quam de Caesaribus scripsit, cunctos ante se principes laceravit. hac ergo arrogantia motus etiam contra Christianos conscripsit libros. ut ergo cocos atque tonsores expelleret, opus philosophi non tamen imperatoris egit, ut detraheret atque laceraret,
6, 29 neque philosophi neque principis fuit. ‖ igitur Iulianus dudum studens
6, 17 paganitatem in omni sua dicione dilatari ‖ et Christianitatem exterminari. ‖ primum quidem Galileorum filiis, sic enim Salvatoris nostri cultores denominabat, precepit haud poetarum et rhetorum atque philosophorum legere disciplinas; 'propriis' inquit 'pennis secundum proverbium vulneramur: ex nostris enim armati conscriptionibus contra nos bella suscipiunt'. ‖
6, 29 et templa quidem erant aperta sacrificiaque paganorum per civitates secundum voluntatem illius procedebant, ipse autem estuabat, ne fervor eius Christianorum abundantia frustraretur. et maxime pulsabatur, quia multi sacerdotum suorum Christianas habebat uxores et filios atque servos. arbitratus autem Christianitatis statum ex vita bona et conversatione consistere, studuit ubique templa paganorum constructione et ordine Christianae religionis ornare sedibus atque precessionibus paganorumque dogmatibus atque monitionibus, lectores sue superstitionis instituit ad instar clericorum, ut horas

2 contristatus *m*¹ ‖ 6 ensis epi *add. m*² *in ras.* ‖ su*m *m*¹ ‖ 7 constantinopolitana *m*¹ ‖ iulianus itaque *add. L* ‖ 8 artificio *m*¹ ‖ commendauat *m*¹ ‖ 10 esse *m*¹ ‖ 15 abrepta *H. Tr.* ‖ 17 consilio] accusatione *H. Tr.* ‖ 24 etiam *add. L* ‖ 28 et *add. L* ‖ ribus scripsit *m*¹ *in ras.* ‖ 29 hec *m*¹ ‖ 33 et — exterminari *add. L* ‖ 35 haud *add. L* ‖ 40 multi *e corr.* ‖ 41 habebant *m*³

180 certas et dies et orationes sollemniter observarent, precipiens pariter habere curam virorum atque mulieres philosophare scientes, habitaculis peregrinorum et pauperum aliaque providentia circa egenos exibita paganorum religione componere et pietatis habere nomen. siquis autem sponte vel invito peccaret, secundum traditionem Christianorum instituit, ut post penitentiam mediocrem constituit sustinere correctionem. precipue vero zelatus dicitur notas litterarum episcopalium, quibus solent alterutris scribentes commendare peregrinos et ubi proficiscuntur et a quibus veniunt, modis omnibus indicare et solacia promereri, tamquam noti et amici sint testimonio directi signaculi. hec considerans festinabat, ut pagani Christianorum assuescerentur officiis. scribens enim Arsavo pontifici Galatie tali modo epistola 'paganorum ritus nondum agitur secundum intentionem nostram propter cultores eius in neglegentia positos. nam deorum claritas magnitudo atque sublimitas omni oratione omnique spe maior est. sed propitii sint nostris mentibus dii propter neglegentiam, quam habemus, cum illorum providentia in parvo tempore tanta mutatio facta sit, quantam neque orare primitus quiscumque presumpserat. cur ergo credimus hoc posse sufficere neque respicimus, quemammodum superstitionem Christianorum auxit cura peregrinorum et circa sepulturas et mortuos multa solacia honestaque conversationis studia non vera sed ficta. quas res arbitror apud nos debere sub veritate geri. non itaque fas est te talem esse sed omnes absolute circa Galatiam sacerdotes, quos aut deprecare aut ratione flecte aut certe festinanter a sacerdotali ministerio remove. nisi diis cum coniugibus et filiis atque servis colla summiserint non ferentes ulterius eorum servos aut filios hoc facere, contemnentes aut Galileos impie contra deos agentes et impietates pietatibus preponentes. deinde cunctos ammone, ut sacerdos neque ad spectacula procedat neque in tabernis bibat aut cuilibet arti operibusque turpibus aut inpudentibus presit. qui obediunt honorentur, inobedientes expelle. xenodochia constitue per singulas civitates, ut nostra peregrini clementia perfruantur non tantum nostri sed etiam extranei pecuniis indigentes. ut habeas, unde fiat, interim decrebi singulis annis triginta milia modios tritici per universam dari Galatiam et sexaginta milia vini sextarios. horum quinta pars pauperibus templis observantibus debet expendi, reliqua peregrini indigentibusque distribui. turpe namque est, ut Iudeos quidem non abiciant sed potius nutriant impii Galilei et suos pariter nec non etiam nostros, nostri vero nostrorum solacio deserantur. quapropter doce etiam collationes facere paganos ad talia ministeria paganorumque vicos offerre diis primitias frugum eosque huiusmodi benefactis instituae docens eos hoc opus olim fuisse nostrorum. Homerus enim hoc probat introducens Eumenum talia facientem. nos ergo neque bona nostrorum imitamur sed aliis remittimus neglegentia non confusi, magis autem deorum reverentia respuentes. si igitur hec te facientem ego cognovero, letitia plenus ero. presides provinciarum rarius domi suscipere, frequenter eis scripta transmitte. ingredientibus eis civitatem sacerdotum nullus occurrat. cumque ad templa

1 *post* orationes *1—2 litt. eras.* || obseruarent] celebrarent *H. Tr.* || 6 constituit *add. L* || sustineret *H. Tr.* || 14 oratione m^2 *in ras.*, ratione *H. Tr.* || 21 fas] facta m^1, sat *H. Tr.* || 24 summiserint *ex* summiserant m^1 || 32 decreui m^1 || 34 peregrinis m^3 *et H. Tr.* || 39 institui m^1 || 41 imitamus m^1 || 42 reuerentiam m^3 *et H. Tr.* || 44 suscipe *H. Tr.*

180 venerint deorum, intra ianuas eis nemo precedat militum forte aut precedentium officiorum sed qui voluerit subsequatur. cum ad ipsum limen templi pervenerit, privatus existat. tu enim, sicuti nosti, intus es iudex. hoc enim etiam sacra sanctio videtur exire. obedientes igitur pro veritate pii sint, reluctantes vane gloriae comprimantur. quid enim patiatur aut quod mereatur auxilium, qui matrem deorum propitiam habere noluerit? qui ergo eam neglexerint, non solum sine querela non erunt sed etiam nostre indignationis impetum sustinebunt. neque enim fas est, ut illi parcatur, qui deos habuerit inimicos. suade siquidem eis, ut si mea voluerint frui tuitione, omnes matri deorum studeant offerre culturam'. ‖ hec
6, 30 itaque faciens imperator ad destructionem Christianorum neque subdere subiectis prevaluit et aperte vim inferre Christianis palam erubuit. inter hec, ut ad paganitatem milites insuesceret, studuit ad priscum schema reformare signum illud labarum sublimius Romanorum, quod Constantinus, sicuti predictum est, in crucis formam mutaverat. verum in publicis imaginibus depingebat Iovem quasi de celo sibi coronam et purpuram deferentem, Mercurium et Martem in se respicientes velut pro testimonio sapientis et fortis. et hoc agebat in imaginibus, ut sub occasione imperii latenter adorarentur dii et hoc modo subiecti clanculo fallerentur. arbitrabatur enim, quasi hoc sponte eis imponeret, postea que vellet impleret: si vero respuentes agnosceret, venia sublata torqueret tamquam circa Romanorum sollemnia reluctates et in re publica atque ipso imperio delinquentes. pauci siquidem etiam penis subditi cognoverunt dolum, quia sicut moris erat, adorare noluerunt. turba vero, ut assolet, per ignorantiam simpliciter imagines adorabant, quod tamen imperatori nil profuit. cumque multa excogitaret, quibus paganorum ritus extolleret, invenit modum, qui pluribus militibus Christianis clare virtutis coronam dedit. cum venisset itaque tempus, quod imperialia milites solent dona percipere, hoc enim agitur plerumque die kalendarum Ianuariarum et natale principum et urbium regiarum, exquisivit, quatenus eos simpliciter et ex prisca consuetudine fallere potuisset iussitque, ut unus quisque ad manum imperatoris accedentium ammonitus ab officiis primo incensum offerret, erat enim ante eum positum thus et ara, secundum antiquam Romanorum sollempnitatem. tunc alii quidem licenter suam fortitudinem ostenderunt et neque incensum offerre neque donum accipere ab imperatore sunt passi. alii vero occasione legis et antiquitatis neque mente perceperunt, quod commisere, peccatum. verum alii propter lucrum capti aut timore turbati seu iussione repentina conclusi, licet intellexerint, tamen paganitate declinare nequiverunt. plurimi siquidem per ignorantiam decepti dum inter cibos, ut assolet, et pocula invocarent inter alterutros Christum, respondens quidam dixit 'quid patimini invocantes Christum, quem ante paululum denegastis, dum donum ab imperatore percipientes thus in igne mitteretis?' cumque hoc milites audissent et quod gesserant agnovissent, statim exilientes publice currebant atque impetu facto clamabant deumque suum et cunctos homines testabantur se Christianos esse et in eo nomine permanere atque per ignorantiam se fecisse et, si dici posset, solam manum pa-

1 eos m^3 *et H. Tr.* ‖ 2 lumen m^1 ‖ 4 exigere *H. Tr.* ‖ 5 sunt m^1 *et H. Tr.* ‖ comprobantur *H. Tr.* ‖ 9 quid eos m^1 ‖ 11 subdere] suadere hoc *H. Tr.* ‖ 12 christianis *om. H. Tr.* ‖ 28 imperiali m^1 ‖ 32 accendentium m^1 ‖ 34 tunc quidem alii quidem m^1, tunc quidem alii *H. Tr.* ‖ 36 ne mente quidem *H. Tr.* ‖ 38 paganitatem m^3 *et H. Tr.* ‖ 44 deum *H. Tr.*

180 ganam esse, conscientia vero nihil simul egisse. cumque venissent ad principem, proiecerunt aurum, quod acceperant, et forti voce poscebant, ut reciperet, quod dedisset, et illos occideret. sic enim penitentiam agere fatebant eo quod inprobide eorum dextera peccasset, et studere propter Christum totum corpus pene contradere. cumque Iulianus talia audisset, furore commotus precepit capita eorum incidere et cum ducerentur ad mortem sequente populo miratique virtutem eorum pro pietate susceptum, venerunt ad locum, quo rei puniri solent. tunc spiculatorem rogavit senior omnium, ut ante omnes caput cuiusdam nomine Romani adhuc adolescentis abscideret, ne dum aliorum respiceret, frangeretur. cumque ille genua fixisset in terra et gladium spiculator evaginasset, venit repente nuntius clamore prohibens necem. porro iuvenculus ille occisione privatus ait 'non fuit Romanus dignus, ut Christi martyr appellaretur'. et licet sanguinem malignus imperator fundi prohibuisset ductus invidia, verumtamen non eos in civitatibus habitare permisit sed ad ultima Romanorum loca exilio destinavit. postea vero precepit, ut qui sacrificare noluerit, in palatio non intrarent, et neque collegio neque phoro eos neque arbitrio neque ulla dignitate ne qualibet administratione participare iussit. ‖ interea Iulianus ‖ dum Constantinopolim apud Fortunam sacrificaret, accessisset 6, 6
ad eum Maris episcopus Chalcedone et publice impium et sine deo apostatamque vocitasset; ille vero solam eum properasse cecitatem, erat enim senex et pro inbecillitate oculorum manu alterius agebatur. super hec volens etiam lacerare deum consuete dixit 'neque Galileus deus tuus curare te potest'. respondens vero Maris 'ego quidem deo meo pro caecitate gratias ago, quia hoc ideo est gestum in me, ne te videam pietate nudatum'. imperator autem nihil respondens abscessit. sic enim putabat potius roborari paganitatem, si se patientem ac mittem erga Christianos demonstrasset. ‖ igitur dum Perse mortuum cognovissent fuisse Constan- 6, 11
tium, capta fiducia venerunt ad terminos Romanorum denuntiantes bellum. ob quam rem ‖ Romanas vires contractas undique Iulianus ad destinatam Or. 516
secum traheret perditionem ‖ misitque in Delphos et Delum atque Dodo- 11 Tr.
nem ad percipienda responsa, si expediret ei bella suscipere. tunc universa vates et pugnandi fiduciam dabant et victoriam promittebant. unum vero responsum pro exemplo mendacii ac seductionis inserere non pigebit. est enim huiusmodi 'nunc omnes aggredimur dei victoriae tropea referentes circa fluvium Tirem. horum ego dux ero belligerator Mars'. horum itaque carminum ridiculum eos convenit devulgare, qui rationalem dominum Musarumque principem Pytheum esse vocant. ego autem mendacium seductionibus eius inveniens ingemesco. Tirem namque fluvium Tigrem voluit appellare, quoniam Tigris eius nominativus et per Assyriorum arva discurrens sinum descendit in Persicum. per hec ergo responsa deceptus infelix et victoria mente somniabatur et post Parthicum triumphum pugnam Galileis inferre preparabat. ‖ multos itaque vicos castraque 6.

4 fatebantur *m3 et H. Tr.* ‖ improuide *m3* ‖ 5 cumque — 6 precepit *m1 in ras.*, haec . . furorem mouerunt imperatoris et primo quidem eorum capita iussit auferri cumque *H. Tr.* ‖ 10 alios *H. Tr.* ‖ tormenta *ante* respiceret *add. m3* ‖ 18 ne] nec *H. Tr.* ‖ 21 illum *H. Tr.* ‖ ei improperasse *H. Tr.* ‖ 24 quidem] inquit *H. Tr.* ‖ 25 in me *om. H. Tr.* ‖ 27 erga christianos] christiano populo *H. Tr.* ‖ 28 cognouisse* *m1* ‖ 30 iulianus *add. L e H. Tr.* ‖ 31 delphus *m1*, delphum *H. Tr.* ‖ 32 uniuersi *m3 et H. Tr.* ‖ 35 dii *m3* ‖ trophea *m3* ‖ 38 esse *om. H. Tr.* ‖ 39 seductionis *H. Tr.* ‖ 40 quoniam thiris eius nomini similis est *H. Tr.* ‖ nomi** *m1* ‖ 41 responsa *ex* responso *m1* ‖ 42 uictoriam *m3*

180 9 detinens iam etiam civitates capiebat *Assyriamque depopulatus castra apud Ctesifontam* civitatem *habuit*. in qua tantum obsedit regem, ut cebris legationibus uteretur offerens dare sue patrie partem, si solutus bello descenderet. quod ille noluit neque supplicantibus est misertus neque mente percepit, quia vincere quidem bonum est, supervincere nimis invidiosum, credens precipue magicis artibus, quas ei Maximus philosophus exhibebat et arbitratus Alexandri Macedonis se gloriam percepturum aut certe potiorem. putabat enim secundum Pitagoream Platonisque sententiam ex mutatione corporum Alexandri animam possidere aut esse potius in altero corpore alius Alexander. ob hanc itaque causa Persarum regis noluit preces amittere. interea cum in deserti loca primo captivorum habuisset
et epit. 43, 2 ducatum, postea quidem senior ‖ transfuga ‖ sub schemate proditoris se ei compendiosum iter ostendere compromisit. cumque tribus diebus ambulantes ad maiorem solitudinem venissent, ‖ in insidias ‖ inciderunt. statim ‖ illum quidem senem fustibus occiderunt confitentem hoc se fecisse pro pa-
epit 43. 2—4 trie libertate et libenter tormenta omnia sustinere. ‖ cumque eum hinc inde Parthi urgerent, e castris iam positis arrepto tantum clipeo procurrit cumque inconsulto ardore nititur ordines ad prelium componere, ab uno ex hostibus et quidem fugiente conto percutitur, relatusque in tavernaculum rursusque ad hortandos suos egressus paulatim sanguine vacuatus circa
H. Tr. 6, 17 noctis fere medium defecit. ‖ quidam autem dicunt ‖ iaculum repente delatum discurrens per brachium in eius latum inmersum est. qui vero iustissimum intulit vulnus, hactenus ignoratur. sed alii quendam invisibilium hoc intulisse ferunt, alii vero unum pastorem Ismahelitarum, alii militem fame et itinere fatigatum. sed sive homo sive angelus fuerit, palam est, quia divinis iussionibus ministravit. Callistus autem, qui inter familiares imperatoris tunc militabat et heroico versu eius conscripsit histo-
H. Tr. 7, 2 riam, ait eum a demone vulneratum fuisse. ‖ Libanius vero sophista Syrus inter ceteras laudes, que de eius vita scripsit, in finem libri sic enim ait 'o demonum alumne demonumque discipule et demonum obserbator'. ‖
H. Tr. 6, 47 Iulianus ergo quarto consulatu suo, quem ediderat cum Salustio, VII KLS. IVL. interiit anno tertio imperii sui, septimo vero, ex quo Caesar a Con-
48 stantio fuerat ordinatus, vite anno tricesimo primo. ‖ post cuius mortem eius magie Karris comperte sunt. per hanc iter agens quoniam per Edessam proprie religionis cultum transire noluerat, in templum, quod a paganis colitur, est ingressus. ubi dum quedam cum suis consortibus sacrilegia celebrasset, ianuas et claustra disposuit et quosdam ibi milites observare precepit, ut interius nullus accederet, donec ipse remearet. cumque mortuum fuisset Iulianum et Iovianus pius successisset, ingredientes in templum invenerunt mulierem a capillis appensam extensas habentem manus, cuius uterum aperuerat, ut Persarum victoriam in iecore eius inspiceret. in qua urbe dum eius nuntiatus fuisset interitus, publicam cuncti habuere festivitatem et non solum in ecclesiis et sepulturis martyrum exultabant sed etiam in theatris victoriam predicabant cum sacerdotibus exultantes. communiter enim clamabant omnes 'maxime fatue, ubi sunt

---

2 ciuitatem *et* in qua *add. L* ‖ crebris *m*³ ‖ 3 discederet *H. Tr.* ‖ 10 hac *m*¹ ‖ causam *m*³ ‖ 11 admittere *m*³, audire *H. Tr.* ‖ interea cum] cum igitur *H. Tr.* ‖ 14 inciderunt statim *add. L* ‖ 15 senem *add. L* ‖ 24 hismaelitarum *m*¹ ‖ 30 *a alumne *cod.* ‖ 32 interiit — imperii *m*² *in ras.*, defunctus est anno t. i. s. *H. Tr.* ‖ 35 proprie] propter piae *H. Tr.* ‖ 36 colitus *m*¹ ‖ 39 mortuus fuisset et impio pium successisset imperium *H. Tr.*, *nomina add. L* ‖ 40 a *om. H. Tr.*

180 12 vaticinia tua? vicit deus et Christus eius'. ‖ hic fuit *vir egregius et rem*
puplicam insigniter moderatus, si pre fata licuisset, liberalibus disciplinis
apprime eruditus; ‖ aequaverat enim philosophos et Grecorum sapientissi- epit. 43,5.6
14 mos *facundia ingenti*, usu promtior, *memorie tenacissime atque amplissime,*
181 1 *in amicos liveralis sed minus diligens, quantum principem decuit,* corpore
validus quidem sed brevis fuit, ‖ barba prolixa, oculi currentes huc illuc- Ignot.
3 que directi, *in provinciales iustissimus et*
6 *studebat,* ‖ cultus numinum nimis superstitiosus. prefatus consulto sese de- epit. 43,7.4.8
imperio nihil mandare, ne, uti solet in multitudine discrepantibus studiis, amicos ex invidia rei pre discordia exercitus periculum pararet. audax plus quam imperatorem decet, cui salus propria cum semper ad securitatem omnium in bello maxime conservanda est. ita illum cupido gloriae flagrantior pervicerat, ut neque terremotu neque plerisque presagiis, quibus vetabatur petere Persidem, adductus sit finem ponere ardori ac ne noctu quidem visus ingens globus celo labi ante diem belli cautum prestiterit. ‖ igitur altera die absque omni dilatione Ioviano infulas impera- H. Tr. 7, 1
toris imponunt. erat enim vir fortis et nobilis et illo tempore millenarius, quo Iulianus electionem militibus lege proposuit, ut aut sacrificarent aut militia cederent. qui cingulum magis elegit amittere quam imperatoris preceptionibus impiis obedire. hunc ergo tunc Iulianus propter belli necessitate inter viros militares habebat. qui cum violenter a militibus ad imperium traheretur, clamabat dicens non se velle paganis hominibus imperaret, cum ipse Christianus existeret. cumque vox omnium communiter proclamasset dicentium se quoque esse Christianos, suscepit imperium. ‖
9 10 *is exercitu* in Persida *inopia lavorante pacem cum Sapore rege Persarum*
necessariam quidem sed ignovilem fecit multatus finibus ac non nulla imperii
12 *Romani parte tradita, quod ante eum, ex quo Romanum imperium conditum erat, numquam accidit. quin etiam legionis nostrae, ita ut apud Claudium per Pontium* Samnitum *et Hispania apud Numantiam et in Numidia sub iugum missae sunt, ut nihil tamen finium traderetur. ea pacis condicio non penitus reprehendenda foret, si foederis necessitate, tum cum integrum fuit, mutare voluisset, sicut a Romanis omnibus his bellis quaecumque memoravi factum est. nam et Samnitibus et Numantinis et Numidis confestim bella inlata sunt neque pax rata fuit. sed dum aemulum imperii veretur, intra Orientem residens gloriae parum*per *consuluit.* ‖ tunc imperator discessit ab An- H. Tr. 7, 6
tiochia et venit ad Tarsum Cilicie ibique corpus Iuliani sepelivit honorifice. et dum cuncta sollemnia funeri eius exhibuisset, consul est de-
182 7 signatus una cum *Barroniano* filio. dumque Constantinopolim festinaret, venit ad predium nomine Dadastam inter Galatiam et Bithiniam, ubi Themestius philosophus cum aliis senatoribus occurrens consularem recitavit orationem. in predicto namque predio hiemis tempore languore constrictus ‖
181 20
182 1 *repentina morte obiit. multi exanimatum opinantur nimia* crapulitate, *inter cenandum enim nimium epulis indulserat. alii odore cubiculi, quod ex recenti textorio calcis grave quiescentibus erat, quidam nimietate prunarum, quas gravi frigore adoleri multas iusserat. decessit imperii mense septimo* ‖
XIII KLS. MAR. ‖ *etatis, ut qui plurimum vel minimum tradunt, tertio et* H. Tr. 7, 6

1 baticinia *m*¹ ‖ 5 corpore — 7 et *m*¹ *in ras.* ‖ 9 mandarat *ex* mandare ‖ 10 pre] publica *epit.* ‖ 25 in persida] a persis *P* ‖ 36 honorifice *om. H. Tr.* ‖ 42 crudelitate *P* ‖ 46 XIII KLS. MAR. *al. m., in ras. ut videtur*

182 *tricesimo anno ac benignitate principum, qui ei successerunt, inter divos re-*
181 P 2 *latus est.* hic fuit *genitus patre Barroniano*
P 6 182 6 *litterarum studiosus nam et civilitate proprior et natura ammodum liveralis*
H. Tr. 7, 7 181 20 *vir alias neque iners neque inprudens.* ‖ cumque in Niceam Bithiniae venisset exercitus, Valentinianum ordinavit imperatorem V KLS. MAR. virum optimum et apice principali dignissimum. ‖

LIBER XII (PAVLI XI).

185 3 *Anno ab urbe condita millesimo centesimo octavo decimo Valentinianus* quadra-
H. Tr. 7, 7 gesimus secundus ab Augusto imperator appellatus. iste fuit ‖ Pannonius
4 genere de Cibala civitate. *cum esset tribunus scutariorum*, tunc ei erat militum cura commissa eo, quod probatissime militarem noverat disciplinam. fuit etiam vir magnanimus et semper presenti fortuna melior apparebat. non modo fortitudine tantum quantum prudentia temperantia atque iustitia et corporis magnitudine prefulgebat. sic enim fuit regalis pariter et urbanus, ut dum exercitus temptasset alium sociare consortem, ille responderet, quod cantatur ab omnibus: 'vestrum' inquit 'fuit o milites imperatore non existente mihi dare regimen imperii; verum ubi hoc ego suscepi, meum iam et non vestrum est de rebus cogitare communibus'.
et Anast. 53 cuius verba mirati milites, eius secuti sunt voluntatem. ‖ cumque Con-
5 stantinopolim devenisset ‖ post triginta dies imperii sui ‖ *fratrem Valentem in communionem regni assumpsit* ‖ largitus ei partes orientales sibi retentis occidentalibus. ‖ *huius pater Gratianus*
H. Tr. 6, 35 10 *cum, ut dictum est, scutariorum tribunus esset.* ‖ ingrediente cum Iuliano in templum Fortune ministri templi ex utraque parte ianuarum stantes et asparsionem aquae, sicut ipsi dicebant, purgarent ingredientes. Valentinianus precedens principem asparsionis guttam suam vidit in clamydem et indignatus pugno percussit templi ministrum dicens se maculatum potius quam purgatum. quod respiciens imperator iussit eum in custodiam
11 retrudi ‖ dicens *aut* sacrificet *idolis aut militia excedere; sponte discessit*
H. Tr. 7, 12 14 *creavit.* ‖ igitur Valentinianus dum in initio regni sui de urbe Constantinopolitana per Thracias properaret Romam, tunc episcopi Hellesponti Bithinite et quicumque consubstantialem patrem ac filium predicabant, legatum ad eum miserunt Hypatium Heracleae Perinthi episcopum, quatenus dignaretur ad mendationem dogmatis interesse. is cum adisset imperatorem
Anast. 53 et episcoporum legationem intimasset, respondens Valentinianus ‖ 'mihi' inquiens 'cum subiecto populo de huiusmodi negotiis curiose agere fas non est. ut ergo videtur vobis sacerdotibus, facite'. tunc venientes apud Lapsacum et duobus illic mensibus commorati nobissime irrita facere, que ab Eudoxio et Acacio Constantinopolim sunt patrata, tenendamque fidem apud Seleuciam expositam decreverunt. sed impius Valens, quae apud Lapsacum gesta sunt, destruxit et episcopos, qui ibidem convenerant,
H. Tr. 8, 3 exilio relegavit. ‖ interea ‖ Valens in Antiochia plurimo tempore commo-

---

11 eo quod] quoniam *H. Tr.* ‖ 13 tantum quantum] sed etiam *H. Tr.* ‖ 20 imperii] auspicii *H. Tr.* ‖ 27 indignatum m^1 ‖ 29 redigi *H. Tr.* ‖ 30 sui *om. H. Tr.* ‖ 33 ad eum *om. H. Tr.* ‖ 34 emendationem m^3 *et H. Tr.* ‖ 36 inquit *An.* ‖ *uiusmodi m^1 ‖ 42 rel*gauit *ante ras.*

185 ratus omnibus licentiam dedit suas sacras celebrari gentilibus scilicet at-
que Iudeis nec non et omnibus hereticis. nam et gentiles festivitates age-
bant demonibus ministrantes. et post Iulianum a Ioviano idolatrie vani-
tates extinctas florere rursus permisit et Iovis cultum atque Dionisii sacra-
que ceteris iam non in occulto tamquam sub pio imperatore celebrabant
sed per mediam plateam bachantes ubique currebant. illis tantummodo
tunc princeps erat inimicus, qui apostolicam doctrinam predicare videban-
15 tur. ‖ *eodem anno apud Atrebatas vera lana de nuvibus pluvie mixta defluxit*
et *Constantinopolim* ‖ IIII Non. Iunias ‖ *grando mire magnitudinis decidens* H. Tr. 7, 22
nonnullos hominum extinxit. ‖ quidam sane aiunt de Valentem, quod Dom- Anast. 54
nica uxor eius persuaserit ei ‖ ab orthodoxa fide, quam suus germanus
credebat, recedere et ‖ tam valenter Arrii sensum sectare. porro alii scri- Anast.
bunt, quod postquam imperaverit et ab Eudoxio rebaptizatus, iuramento
ei firmaverit in ipso baptismate cum Arrio se sensurum et Omousion mi-
nime recepturum. ‖ interea Valens in Syriam moram faciente ‖ surrexit Con- H. Tr. 7. 15
stantinopolim tyrannus nomine Procopius, qui parvo tempore multam sibi
militiam catervans festinabat adversum imperatorem; quod dum ei nun-
tiatum fuisset, conturbatus Valens paululum suum impetum retinuit. cum-
18 que belli eventus interea parturiret, terremotus factus ‖ *per* universum *or-* Or. 548
bem ita, *ut Sicilie multarumque insularum urbes concusse et subrute in-*
numerabiles populos ruinis oppressere, ‖ circa Bithiniam vero tam ingens H. Tr. 7. 22
fuit, ut Niceam subverteret urbem, ‖ sed etiam mare terminos pro- H. Tr. 7. 15
prios immutavit et in quibusdam locis tanto potius influxit, ut loca, que
pridem ambulari poterant, rigarentur, ab aliis vero locis tantum recessit,
ut arida tellus inveniretur. sequenti autem anno Gratiani Dagalaifique
consulatu bella parabantur. cumque tyrannus Procopius de Constantino-
polim digressus castra moveret adversum imperatorem, audiens Valens
venit ab Antiochia et cum eo congressus est circa civitatem Frigie Naco-
liam. et prima quidem pugna devictus est. post paululum vero Proco-
pium cepit tradentibus eum Agelone Gomarioque militibus, quos etiam
postea inopinatis quibusdam suppliciis iussit expendi. despiciens enim
iusiurandum, quod eis prebuerat, serris divisos crudeliter interhemit. ty-
rannum vero duabus vicinis arboribus flexis singulos in eis pedes eius
ligari fecit, que dimisse aerem repetentes Procopium diviserunt. ‖ eodem H. Tr. 7. 35
tempore demon quidam erroneus crudelitate Valentis abusus ei persuasit,
ut perscrutaretur, qui post eum esset suscepturus imperium. quam ob
rem necromantiam fecit. quibus artibus adimpletis plurimos ille demon
non quidem aperte sed obliqua solite responsa proferens interhemit. nam
cum de imperio consularetur, quattuor litteras demonstravit idest ΘΕΟΔ,
dicens hoc nomen post Valentem imperii culmen accipere. quod dum ad
aures pervenisset imperatoris, zelo ductus multos perhimit, quos tyranni-
dem assumere iudicavit. occidebantur itaque Theodori Theodoti Theoduli
et quicumque has litteras in capite sui nominis habuissent, inter quos
etiam Theodosiolus quidam, vir fortis ex Hispania provincia genus ducens,
187 7 *pater Theodosii, qui post imperio prefuit,* occisus est. hoc ergo timore plu-

1 ratus — 2 hereticis m^1 *in ras.*, licentiam dedit gentilibus atque iudaeis nec non haereticis suis festiuitates agendi nam *H. Tr.* ‖ 4 flore m^1 ‖ dionisie m^3 ‖ 5 ceteris] cereris *H. Tr.* ‖ 6 bachantes *ex* uachantes ‖ 10 de ualentem *add. L* ‖ 11 ab — 12 recedere et *e supp. compos. L* ‖ recedere — sectare m^1 *in ras.* ‖ porro alii — 16 tempore *add.* m^2 *in ras.* ‖ 14 ei *om. An.* ‖ 15 cum haec autem in syria flerent *H. Tr.* ‖ 21 circa bithyniam maximus nicaeam *H. Tr.* ‖ 34 repetentes] repe m^1 ‖ 39 consuleretur m^3 *et H. Tr.* ‖ idest *add. L* ‖ 44 theodo∗olus m^1

187 rimi sua nomina mutaverunt negantes, que prius habuissent, cum iuramento, ut pericula declinarent. ‖ interea ‖ Auxentio Arriano Mediolanensi H. Tr. 7, 8 defuncto Valentinianus evocans episcopos, huiusmodi apud eos verba locutus est 'nostis aperte eruditi quippe divinis eloquiis, qualem oporteat esse pontificem et quia non decet eum verbo solum sed etiam conversatione gubernare subiectos et totius semet ipsum imitatorem virtutis ostenderet testemque doctrinae conversationem bonam habere. talem itaque in pontificali constituite sedem, cui et nos, qui gubernamus imperium, sincera nostra capita summittamus et eius monita, dum tamquam homines deliquerimus, necessario veluti curantes medicamenta suscipiamus'. hec cum dixisset imperator, petiit synodus, ut magis ipse decerneret sapiens et pius existens. at illae 'super vos' inquit 'est talis electio, vos enim gratia divina potiti et illo splendore fulgentes melius poteritis eligere'. tunc sacerdotes egressi de episcopali sede tractabant. verum civitatis habitatores, ut assolet, tumultus faciebant alii hunc, alii illum ornare petentes. qui enim erant de Arriani Auxentii secta, similem sibi fieri concertabant, rursum orthodoxi sui dogmatis habere nitebantur episcopum. hanc seditionem Ambrosius, cui tunc presedalis fuerat cura commissa, cognoscens et metuens, ne quid turbe consurgere, ad ecclesiam festinus accessit. at ille cessante seditione communem dederunt vocem petentes, ut pastor gregis ordinaretur Ambrosius, qui nondum fuerat baptizatus. hoc imperator agnoscens repente iussit et baptizari et tamquam dignum virum ordinari pontificem. noverat enim eius certiorem omni pondere voluntatem et totius regule decreta subtiliora, arbitratus etiam divinum in eo esse decretum, dum in eius electione etiam pars contraria consonaret. is ergo sacri baptismatis donum potius gratiam quoque simul suscepit episcopatus. quo facto hunc hymnum optimus imperator Salvatori et domino optulisse fertur; 'gratias' inquit 'ago tibi, domine omnipotens et Salvator noster, quoniam huic viro ego quidem ommissi corpora, tu autem animas, et meam electionem ostendisti iustitie convenire'. cumque post paucos dies sanctus Ambrosius cum multa fiducia apud imperatorem quereretur, quia male a iudicibus agebatur, tunc imperator ait 'hanc' inquit 'confidentiam tuam dudum novi et aperte probans non solum non restiti sed etiam in electione ordinationis tue socius fui. festina itaque sanare, sicut divina lege pre-
186 5 cipitur, animarum delicta nostrarum'. ‖ igitur *Valentinianus Saxones gentem in Oceani litoribus et paludibus inviis sitam virtute atque agilitate terribilem* ‖ periculosam *Romanis finibus, eruptionem* magnam mole *meditantes,* Or. 549 *in* ipsis *Francorum finibus oppressit. Burgundionum quoque* novorum hostium novum nomen, qui *plusquam octoginta milia,* ut ferunt, *armatorum ripe Rheni fluminis insederunt.* hos quondam subacta interiore Germania a Druso et Tiberio adoptivis filiis Cesaris per castra dispositos in magnam coaluisse gentem atque ita etiam nomen ex opere presumpsisse, quia crebra per limitem habitacula constituta burgeos vulgo vocant, eorumque esse prevalidam et perniciosam manum, Gallie hodieque testes sunt, in
8 quibus presumpta possessione consistunt; ‖ *qui tamen non multo post tempore Christiani effecti sunt.*

1 mutauer* m^1 ‖ 2 arriano *hic om. H. Tr.* ‖ 7 octrine m^1 ‖ 14 ciuitat*s m^1 ‖ 15 ornare] ordinari *H. Tr.* ‖ 17 gmatis *in* dogmatis *add.* m^2 ‖ 18 presidalis m^3 ‖ 19 consurgeret m^1 *et H. Tr.* ‖ 26 dono potitus *H. Tr.* ‖ cepit episcopa *add.* m^2 ‖ 29 commisi *H. Tr.* ‖ 33 noui* *cod.* ‖ 37 male m^3

186 10 *Valentinianus vero anno imperii sui undecimo cum* ‖ Sauramatarum gens, que Anast.
pusilla et infima est, contra eum insurgens *sese per Pannonias diffudissent*
easque de*vastarent bellum* ab eo superata, *dum apud Brigitionem oppidum*
Quadorum legatis missis pacem expostulat cumque a legatis eorum sciscita-
retur, utrum Sauromatae tales et tam vilium corporum omnes existerent,
responderunt imperatori dicentes 'quia meliores eorum hic habes et vides'
tum validissime ille clamans ait 'atrocia Romanum imperium sustinet ad
Valentinianum pertingens, si Sauromatae tales existentes contra Romanos
insurgunt'. ex animositate autem nimia et manuum plausu vena corporis
13 recisa et plurimo erumpente sanguine, ‖ *que Grecae apoplexis vocatur*
14 *plures detulere* ‖ anno aetatis quinto et quinquagesimo consulatu Gratiani et H. Tr. 8, 11
Equitii XV KLS. DEC. ‖ *fuit autem imperator*
21 *aut probatis* ‖ eruditisque monitoribus ‖ *uti licuisset, perfectus haud dubie prin-* epit. 45, 6
ceps enituisset. itaque ‖ eo mortuo Italie milites sexta die post eius mortem H. Tr. 8, 11
Valentinianum puerum eius filium ‖ adhuc quadriennis auctore Aequitio epit. 45, 10
ac Merobaude e propinquo, ubi cum matre fuerat, allatus creant impera-
torem. ‖ cuius imperium frater et patruus licet ingrate, quod eis ignoran- H. Tr.
23 tibus factum sit, tamen postea susceperunt. ‖ *anno ab urbe condita mille-*
simo centesimo vicesimo octabo Valens tricesimus nonus imperium Orientis
quattuor annis Valentiniano mortuo tenuit Gratiano Valentiniani filio in oc-
26 *cidentali parte regnante* una cum Valentiniano fratre parvulo. *hic enim*
Valentinianus de Iustina secunda Valentiniani uxore natus erat, quam iu- H. Tr. 8, 11
vente Severa coniuge Valentinianus hoc modo duxisse probatur. Iustus
Iustinae pater cum esset Piceni iudex Constantii temporibus, vidit in somnis,
quoniam ex dextro femore imperialem purpuram genuisset. cumque visio
per multos recitaretur, ad Constantii aures usque pervenit. at ille con-
siderans somnium, tamquam imperator ex eo nasceretur, mittens occidit
Iustum, cuius filia Iustina virgo permansit. posteriore vero tempore per-
venit ad Severe notitiam, ad quam frequentius veniebat et amabatur ab
ea ita, ut etiam cum ea balneis uteretur. cumque Severa secum lavan-
tem Iustinam diutius inspexisset, pulcritudine virginis obligata et amore
capta, dixit imperatori, quia sic esset speciosa virgo Iustina, ut etiam
ipsa decet esse uxor imperatoris. Valentinianus vero eius sermone con-
cepto Iustinam ducere tractabat uxorem, non tamen Severam abiecere, ex
qua Gratianus fuerat natus. legem itaque protulit publice per civitates
28 proposita, *ut omnes, qui voluissent, inpune bina matrimonia susciperent; nam*
ideo populosas fore gentes, quia hoc apud eas sollemne est. cumque posita
lex haberetur, Iustine ipse coniunctus est, ex qua natus est Valentinianus 12
istae et filie tres Iusta Grata et Galla. quarum due quidem in virgini-
tate manserunt, Gallam vero postea maior Theodosius imperator duxit
192 5 uxorem, ex qua Placidia eius filia noscitur esse progenita, *cui postea de*
matris nomine Galle cognomentum accessit: nam Archadium et Honorium ex
187 1 Placilla priori coniuge habuisse cognoscitur. *Valens* interea *impietatem*
3 *multitudo per vastas tunc Aegypti solitudines* ‖ harenasque diffusas, quas propter Or.
sitim ac sterelitatem periculosissimamque serpentum habundantiam con-

3 uastarent *P* ‖ 4 eorum *add. L* ‖ 6 imperatori *om. An.* ‖ 14 itaque — 16 matre m^1 *in ras.* ‖ 16 creatus est imperator *ep.* ‖ 21 una — paruulo *e P* (*186, 25*) *comp. L* ‖ 24 pater] pa* m^1 ‖ 29 ab ea *om. H. Tr.* ‖ 33 decet esse *add.* m^2 *in ras.*, ipsa licet esset mulier eius tamen amore sit capta. uerum imperator eius *H. Tr.* ‖ 39 istae] i* m^1 ‖ 41 *post* noscitur *ras. 4 litt.* (..as), noscitur ei *H. Tr.* ‖ 45 serpentium m^1

187 versatio humana non nosset. magna habitantium monachorum multitudo compleverat *precipueque apud Nitriam*
Or. 551. 552 6 *in Africae partibus Firmus sese excitatis Maurorum gentibus regem constituens Africam Mauritaniamque vastavit.* Cesaream urbem novilissimam Mauretaniae dolo captam dein cedibus incendiisque completam barbaris in pre-
7 dam dedit. *contra quem* comes *Theodosius pater Theodosii, qui post imperio praefuit, a Valentiniano* maiore *missus effusas Maurorum gentes multis proeliis fregit, ipsum Firmum afflictum et oppressum ad mortem coegit. qui postquam experientissima providentia* tota cum Mauretania *Africam*que *composuisset, stimulante invidia iussus a Valente interfici apud Carthaginem baptizari in remissionem peccatorum preoptavit* at postquam sacramentum Christi, quod quesierat, assecutus est, post gloriosam seculi vitam etiam de vite
12 aeterne securus ‖ *percussori iugulum ultro prebuit.* circa hec tempora ‖
H. Tr. 8, 13 Gothi trans Histrum fluvium constituti civile bellum inter se duabus partibus commoverunt. unius preerat Frithigernus, alterius Athalaricus. ‖ Frithigernus enim cum suis omnibus Arrianus erat, Athalaricus vero cum suis
H. Tr. 8, 13 paganus. ‖ cumque prevaluisset Athalaricus, Frithigernus auxilium a Va-
Anast. 56 lente postulat, ‖ per Hulfiam episcopum suum Arrianum, qui moratus sub
H. Tr. Constantio fuerat cum Eudoxio et Acacio Arrianis, ‖ qui ‖ etiam litteras Gothicas primus adinvenit et scripturas divinas in eam convertit linguam. statim Valens precepit Thracie militibus, ut Frithigerni auxilia commodarent. hoc solacio victus Athalaricus est etiam fuga versus. non vero post multum tempus denuo inter se Gothi compacati Hulfias non solum Frithigernis Gothos sed etiam Athalarici edocebat. tunc Athalaricus videns religione patriam violari multos ex suis Arriani facti suppliciis tradidit,
209 23 quos hactenus Arriani martyres appellant. ‖ quam ob rem *Frithigernus cum suis* occidentalem partem petiit, *Athalaricus vero cum suo exercitu* ibidem remansit. *hi ergo, qui cum Frithigerno occiduas petierant regiones, ab Occidente lingua patria Guisegothi id est occidentales Gothi sunt appellati, hi vero qui cum* Athalarico in proprias sedes *remanserant, Ostrogothe id est orien-*
187 13 *tales Gothi sunt dicti. ea tempestate gens Hunnorum diu inaccessis seclusa montibus repentina rabie percita exarsit in Gothos eosque conturbatos ab an-*
Iord. G. 24 *tiquis sedibus expulit.* ‖ nam hos, ut refert antiquitas, ita extitisse comperimus. Filimer rex Gothorum Gadarici magni filius, qui post egressum Scantiae insulae iam quinto loco tenens principatum Getarum, qui et terras Scithicas cum sua gente introiit, reperit in populo suo quasdam magas mulieres, quas Gothico sermone Alirumnas dicuntur, easque habens suspectus de medio sui proturbat longeque ab exercitu suo fugatas in solitudine coegit errare. quas silvestres homines, quos nonnulli phaunos phicarios vocant, per desertum vagantes dum vidissent et earum complexibus in cohitum miscuissent, genus hoc ferocissimum ediderunt. quae fuit primum inter paludes Meotidas minutum taetrum atque exile quasi hominum genus nec alia voce notum nisi que humani sermonis himaginem assignabat. tali igitur Hunni stirpe creati Gothorum finibus advenerunt. nam et quos bello forsitan minime superabant, vultus sui terrore nimium pavorem ingerentes terribilitate fugabant eo, quod erat eis species pavendo nigredinis et velut

---

7 maiore *add. L* ‖ 9 africam *Or.* ‖ 13 aeternitate *Or.* ‖ 15 frithigernus — 17 paganus *composuit L fortasse ex H. Tr. 8, 11* ‖ 17 a ualente *add. L* ‖ 20 primus *om. H. Tr.* ‖ 21 statim *add. L* ‖ frithigerni] barbaris *H. Tr.* ‖ 25 arriani facti *add. L* ‖ 26 martires *m*[1] ‖ idest *ante* martyres *add. m*[3] ‖ 39 *Iord. l. l.:* quas spiritus immundi per eremum uagantes

187 quedam, si dici fas est, deformis offa, non facie, habensque magis puncta
quam lumina, quorum animi fiducia torvus prodit aspectus. qui etiam in
pignora sua primo die nata deseviunt: nam maribus ferro genas secant,
ut antequam lactis nutrimenta percipiant, vulneri cogantur subire toleran-
tiam. hinc inberbes senescunt et sine venustate effaebi sunt, quia facies
ferro sulcata tempestivam pilorum gratiam cicatrices assumit. exigui qui-
dem forma sed arguti motibus expediti et ad equitandum promtissimi, sca-
pulis latis et ad arcus sagittasque parati, firmis cervicibus et supervia
semper erecti. hi vero sub hominum figura vivunt beluina saevitia. quod
11 genus expeditissimum multarumque nationum grassatorem *Gothi* ut vide-
runt, *transito Danubio fugientes a Valente sine ulla faederis pactione suscepti
sunt.* ‖ tribuens eis terras Thraciarum ad habitandum, arbitratus prepara- H. Tr. 8, 13
tum solacium ab eos habere contra omnes barbaros ac pro re milites de
cetero neglegebat et eos, qui dudum contra hostes elavoraverant, impera-
tor despiciebat. etiam collatores precepit provincie per vicos et civitates
per unum quemque militem octoginta solidos exigere. hoc ergo fuit ini-
tium, ut illo tempore Romana res puplica calamitatibus subderetur. bar-
bari namque cum Thraciam tenuissent, licenter Romanorum provincias ‖
devastabant biginti depopulantes civitates. interea Valens ab Antiochia Anast. 56
Constantinopolim veniente ‖ apud Bosphorum agnoscens Gothorum gentem, H. Tr.
commota fuisset ad bellum, mox ad Valentinianum fratrem misit solacia
petens. at ille rescripsit, quia religiosum non esset talem virum iura im-
perii regere, qui deo rebellis existeret, sed magis esse iustum, ut eius
superbia sedaretur. quod dum ille miserrimus agnovisset, licet maiori
necessitate constrictus non tamen a sua nimietate cessavit sed fuit veritati
rebellis. Terentius igitur inter haec victor reversus ab Armenia vir opti-
mus et pietate decenter ornatus. tunc ei iussit Valens poscere dona, que
vellet. at ille, quod decebat pium virum, cogitare respondit; non aurum,
non argentum, non predium, non cingulum neque domum petiit sed ut eis,
qui pro apostolica doctrina pericula sustinuerant, una preberetur ecclesia.
at ille petitionem ex scripto susceptam cognoscens disrupit eumque alia
postulare precepit. verum ille 'verba precum suscipe' inquit 'o imperator,
et habeo donum: aliud vero non postulo. intentionis mee iudex est uni-
versorum iudex'. cum ergo Valens transacta Bosphoro venisset in Thra-
ciam, primum quidem Constantinopolim commoratus est preparans bellum,
deinde Traianum ‖ magistrum ‖ cum expeditu ‖ contra Gothos destinavit. ‖ Anast. 55 et H. Tr.
qui victus ignominiose reversus est. cui cum Valens mollitiei exprobraret, Anast.
respondit 'non ego victus sum, imperator, sed tu, qui contra deum pugnans
et barbaris nutum eius concilias. ‖ an nescis, quos ab eclesiis expulisti vel H. Tr. 8, 13
quibus eas tradidisti?' ‖ inter hec ‖ barbari per Thracias discurrentes etiam H. Tr. 8, 13 et Or. 7, 33
Constantinopoleos suburbana ‖ incendiis cedibusque ‖ vastabant non exi-
stens, qui eis resistere fortiter prevaleret. qui dum usque ad muros ve-
18 nissent urbis, afflicta civitas contra imperatorem murmurabat. illae *sera
peccati penitentia simulatus episcopos celerosque sanctos revocari de exiliis
imperavit.* circenses igitur agebantur et illic Valentem ‖ conviciis accu- et Anast. 56

1 facies m^3 ‖ 2 fiduciam m^3 ‖ 5 inbe* m^1 ‖ 6 per cicatrices absumit *Iord.* ‖ 9 quod *in ras.* ‖ 10 crassatorem m^1 ‖ 12 habitandum *ex* hauitandum m^1, ad habitandum *add. L* ‖ 13 eis m^3 ‖ hac m^3 ‖ pro re] propterea *H. Tr.* ‖ 14 neglegeba* m^1 ‖ elaborauerant m^3 ‖ imperator *add. L* ‖ 21 quia *ante* commota *add.* m^3 ‖ 22 iura — 23 regere] iuuare *H. Tr.* ‖ 26 optim* m^1 ‖ 32 o m^2 *in ras.* ‖ 39 eius] e* m^1 ‖ 41 incendiis cedibusque *add. L ex Or.* ‖ 43 illae *add. L*

187 mulabant, invalidum et bellorum fugacem ‖ clamabant ‖ dicentes ‘da arma
et nos pugnamus’. hinc ira accensus imperator III ID. IVN. a Constantinopolim
egressus interminitans penas se pro iniuriis, cum rediret, Constantinopolitanis
civibus exacturum et, quoniam primitus videbantur Procopio prebuisse
Anast. 56 solacium, ita, ut civitatem aratro vertere minaretur. ‖ Hisaacius autem sacer
monachus tenens frenum equi Valentis, cum novissime egrederetur in prelium,
ait ad eum ‘quo vadis imperator adversus deum pugnans et deum
adversarium habens?’ quem iratus carceri tradidit mortem illum minatus,
si rediret, quem ammodum Micheae quondam Achab. post egressionem
autem eius quidam ex suis confessi sunt, quod preceperit divinationes fieri
H. Tr. de impetu belli, quod sibi imminebat. ‖ deduxit igitur Constantinopolitanos
Or. 553 usque ad urbem Hadrianopolim, que est in confinio Macedonie. ‖ denique ‖
quinto decimo imperii sui anno lacrimabile cum Gothis bellum commisit.
20 *at primum Gothorum impetum perturbatae Romanorum equitum turmae nudatosque* *pedites deseruere: qui mox equitatu hostium saepti ac sagittarum nubibus obruti cum amentes metu huc illucque fugitarent funditus* cese gladiis
insequentum contisque per*ierunt.* ‖ *ipse imperator sagitta saucius versusque
in fugam ob dolorem nimium se* de *equo laveretur in vilissima deportatur
casa,* ubi *supervenientibus Gothis igneque supposito* incendio *concrematus*
H. Tr. 8, 15 *est* ‖ V ID. AVG. anno vite quinquagesimo, imperii anno cum fratre Va-
epit. 46, 1. 3 lentiniano tertio decimo, post mortem eius annos duos, ‖ menses quinque
diebus tredecim. in quo probanda hec fuere. fuit possessoribus culto
bonus, mutare iudices rarius, in amicos fidus, irasci sine noxa ac periculo
Anast. 56 cuiusquam, sane valde timidus. ‖ quod divinus Hisaacius in carcere faetoris
eius, dum cremaretur, divina gratia et anime munditia deprehenderit predixeritque interemptionem eius his, qui secum erant, antequam nuntii ad-
27 venissent, qui gesta prelii nuntiarunt ‖ *iusto itaque dei iudicio ab illis igne*
25 *crematus est, quod ipse perfidie succenderat igni. denique petentibus Gothis, ut eis
episcopos mitteret, a quibus fidei rudimenta susciperent, Valens doctores ad eos*
28 *Arriani dogmatis misit. sicque universa illa gens Arriana effecta est. Gothi*
H. Tr. 9, 1 *vero imperatore occiso* ‖ denuo *iam securi* usque ad muros Constantinopoleos
venientes eius suburbana vastabant. quapropter cives, qui arma valebant
29 portare, que invenissent, hostibus, ut poterant, resistebant. *Domnica* vero
Augusta Valentis uxor premia ex erario puplico bene pugnantibus secundum consuetudinem militum ministrabat. quibus etiam Saraceni prebuere
solacia, que eorum regina nomine Mavia Romanorum foederata direxerat. ‖
31 *anno ab urbe condita millesimo centesimo tricesimo secundo Gratianus quadragesimus* quartus *ab Augusto*

188 2 7 *narrantur. eo tempore in Galliis apud Turonos multis beatissimus Martinus
lampabat virtutibus totoque orbi doctrinis et scientie clari apud Betleem civitatem Phalestine Hieronimus* presbyter, apud Ypponem civitatem Africe
10 Agustinus episcopus radiabant. *porro Gratianus*
H. Tr. 9, 4 12 *periculum instare* ‖ Italia relicta Pannoniam venit. ea tempestate Theodosius
tam propter parentum novilitatem quam pro fortitudine propria nominatissimus habebatur et ob hanc causam invidia similium iudicum fatigatus in

1 dicentes *om. H. Tr.* ‖ 2 constantinopoli *m*¹ ‖ 3 constantinopolitani *m*¹ ‖ 11 constantinopolitanos] cives *H. Tr.* ‖ 12 urbem *ex* urbes *m*¹ ‖ 13 commisit] gessit *Or.* ‖ 19 ubi *et* incendio *add. L* ‖ 22 diebus tredecim *om. ep., add. L* ‖ culto] consultor *ep.* ‖ 31 usque *ex* utque *m*¹ ‖ 33 que invenissent host *m*¹ *in ras.*, quae invenissent arma portantes hostibus *H. Tr. om.* qui arma valebant ‖ 33 vero *add. L* ‖ 41 halestine hier *m*¹ *in ras.* ‖ apud ypponem — 42 episcopus *e 196, 16 add. L*

188 Hispania morabatur, ubi et ortus fuerat et nutritus. cumque imperator, quid faceret, hesitaret, quippe cum barbari elevati victoria inexpugnabiles esse viderentur, *eadem provisione, qua quondam elegerat Nerva Hispanum virum Traianum, per quem res publica reparata est, accitum et ipse nihilo minus aeque ab Hispania Theodosium*, cuius ducatu credens barbaros superari, repente siquidem eum magistrum militum esse denuntians cum
17 expeditu ad barbaros destinavit. ‖ *itaque Theodosius*
18 *Cithicas gentes formidatasque cunctis maioribus, Alexandro quoque illi magno* ‖
sicut Pompeius Corneliusque testati sunt ‖ *evitatas, at tunc extincto Romano* Or. [illegible]
exercitu Romanis equis armisque structissimas hoc est Halanos Hunnos et Gothos incunctanter adgressus. ‖ barbari vero impetum non ferentes suas H. Tr. 9, 1
acies relinquerunt et illi quidem fugiebant, hi vero fortiter sequebantur inmensaque cedis tunc facta est barbarorum. pauci, qui evaserant, latenter Histrum fluvium transierunt. mox dux optimus exercitu disperso per vicinas urbes ipse velociter remeavit ad principem ita, ut ipse triumphorum suorum nuntius extitisset. quod tamen ipsi imperatori, dum miraretur factum, incredibile videbatur. invidi siquidem etiam fugisse eum dicebant et exercitum perdidisse. at ille derogantes sibi petiit dirigi, qui viderent hostium multitudinem peremptorum. his verbis imperator flexus direxit, qui res actas inspicerent eique renuntiarent. porro dux optimus inter hec divina visionem vidit et ab ipso omnium deo aperte sibi monstratam conspexit; viderat enim in somnis, quia sanctus Meletius Antiochene civitatis antistes eum clamidem vestiret imperialem et coronam caput ornaret. hec cum nocte vidisset, cuidam mane retulit amicorum. at ille, clarus esset somnium, dixit et nihil enigmaticum nihil dubium continere. cumque pauci omnino transisset dies, qui pro victorie inspectione missi fuerant, remearunt peremptaque hostium multa milia narraverunt. quam ob rem letatus
14 princeps Gratianus Theodosium *cunctis faventibus apud Sirmium purpuram induit etatis annum tertium tricesimumque agentem Orientisque et Thracie simul imperio prefecit* consulatu Ausonii et Olibrii XVII KLS. FEB. ‖ igitur
21 Theodosius *urbem Constantinopolim,* triumphans *intravit*
22 *Athanarico*] Athalarico *et* 23 *Athanaricus*] Athalaricus
189 4 *in hisdem etiam diebus Parthi.* ‖ qui Iuliano interfecto aliisque imperatoribus Or. 556
sepe victis nunc etiam Valentem in fugam acto recentissime victoriae satietatem cruda insultatione ructabant, ‖ *ultro Constantinopolim ad Theodosium*
5 *misere legatos pacemque supplices poposcerunt iunctumque cum eis foedus est.*
interea Theodosius ‖ causa foederis a Gothis acceptis opsidibus Thesalo- H. Tr. 9, 6
nicam venit. ubi dum in egritudinem incurrisset, baptizari cupiens Acolium eius civitatis episcopum requisivit, cuius fidei esset? quo respondente, quoniam Arriana pestis in Yllliricum non valuisset accedere sed inviolatam ab initio fidem Nicaeni concilii conservarent, ille libenter eius verba suscipiens baptizatus atque egritudine liveratus est. ‖ inter hec Theodosius 9, 18
imperator filium suum Archadium designavit Augustum consulatu Morabaudis secundo et Saturnini XVII KLS. FEB. ‖ in Italia vero puero satis 9, 20
existente Valentiniano rerum curam Probus ex consule atque prefectus habebat. Iustina vero Valentiniani mater cum esset Arriana, vivo quidem marito ledere non prevaluit orthodoxos. eo mortuo et filio valde iuven-

5 cuius *add. L* ‖ 11 uero *add. L* ‖ 21 diuinam *m*3 ‖ omnium *om. H. Tr.* ‖ 22 uiderat *add. L* ‖ a in quia *sup. lin.* ‖ 26 transissent *m*3 *et H. Tr.* ‖ 28 gratianus *add. L* ‖ 31 triumphans] uictor *P* ‖ 37 a gothis *add. L* ‖ 42 liberatus *m*3

189 culo Mediolanum veniens Ambrosio episcopo erat infesta ita, ut eum destinari iuberet exilio. dumque de eclesiam iuberetur exire Ambrosius, ait 'ego sponte hoc non ago, ne lupis ovium septa contradere aut blasphemantibus deum. hic si placet occide, hoc loco mortem prona suscipio vo-
8 luntate'. ‖ ea tempestate *Maximus quidem vir*
H. Tr. 9, 21 15 *interfecit.* ‖ causa autem interfectionis eius fuit hec. Maximus ‖ enim misit opinionem in vulgus, quia uxor Gratiani suo viro festinaret occurrere in Lugduno Gallie civitate fluvium transeunti. Gratianus autem credens coniugem reversa venire, quam nuper acceperat, non precavit eius insidias, sed veluti cecus in foveam inmanis hostis incurrit. dum ergo venisset Gratianus quasi ad uxorem vehiculum, ex improviso exiliens Andragathius Gratianum interhemit. mortuus ergo est consulatu Morabaudis et Saturnini anno imperii quinto decimo, *vite bicesimo nono.* ‖ mox *Maximus*
Ruf. 11, 16 H. Tr. 9, 21 16 *Valentinianum Augustum* ‖ cum matre Iustina *Italia expulit* ‖ in Ylliricum. ‖
17 deinde Constantinopolim veniens *a Theodosio paterna pietate susceptus, mox*
epit. 47, 1 *etiam* in *imperio restitutus est. fuit autem Gratianus* ‖ Syrmii genitus ‖ *litteris haud mediocriter institutus*
epit. 47, 5 21 *parcus cibi somnique* ‖ et vini ‖ *ac lividinis victor, cunctisque esset plenus bonis si ad cognoscendam rei publicae gerendae scientiam animum intendisset, a qua*
Ruf. 11, 13 *prope alienus non modo voluntate sed etiam exercitio fuit* idest ‖ plus fere letus, quam sufficiebat, et plus verecundus, quam rei publicae intererat. ‖

LIBER XIII (PAVLI XII).

26 *Anno ab urbe condita millesimo centesimo tricesimo octavo Theodosius genitus patre Theodosio, matre Thermantia, quadragesimus* quintus *imperatorum* ab Augusto *interfecto*
H. Tr. 9, 23 190 6 *clausit.* cumque ‖ Maximi milites impetum imperatoris sustinere non prevalentes apprehendentes tyrannum vinctum ei protinus obtulerunt. qui eorum consulatu peremptus est VI KLS. SEP. *hanc Maximo perditionem beatus Martinus ante praedixit. Valentinianus recepto Italiae potitus imperio est. Andragathius comes,* qui perhimerat Gratianum, *cognita Maximi nece*
8 *precipitem sese e navi in* vicino fluvio semet ipsum proiciens ‖ *suffocatus est*
H. Tr. 9, 23 10 *extinxit.* ‖ tunc igitur imperatores Valentinianus et Theodosius peracta victoria venere Romam. erat enim cum eis pariter et Honorius valde puer, quem post victoriam contra Maximum gestam ab urbe Constantinopolitana
24 Theodosius evocaverat. ‖ Theodosius igitur imperator in Roma urbe positus multum profuit civitati alia prebendo, alia utiliter auferendo. duas tamen res dignas confusione prohibuit. erat ab initio in urbe Roma domus ingenti magnitudine fabricata, in quibus panis fiebat, qui universe civitati ministrabatur. horum mancipes tempore procedente pistrina publica latrocinia esse fecerunt. cum enim essent mole in locis subterraneis constitute, per singula latera eorum domum tavernas instituentes meretrices in eas prostrare faciebant, quatenus per eas plurimos deciperent, alios, qui

3 uidear *ante* contradere *H. Tr.* ‖ 6 causa — maximus *add. L* (*cf. 10 P 18*) ‖ 9 reuera uenire *H. Tr.* ‖ 10 in manus *H. Tr.* ‖ 13 mox — 14 ualentinianum m^2 *in ras.* ‖ 15 in orientem refugiens *P* ‖ 20 idest — 21 intererat *add.* m^2 ‖ 28 eorum] eodem *H. Tr.* ‖ 30 peremerat m^3

190 pro pane veniebant, alios, qui ibi pro luxurie turpitudine festinabant. arte namque mechanica in molam de taberna cadebant et hoc patiebantur maxime peregrini. et ita faciebat, ut multi usque ad senectutis tempus laborantes exinde non premitterentur exire estimantibus eorum propinquis eos esse defunctos. in huiusmodi laqueo quidam miles Theodosii imperatoris incurrit. cumque fuisset clausus ad molam nec dimitteretur exire, evaginato gladio prohibentes occidit. at illi terrore detenti militem dimiserunt. hoc agnoscens imperator et mancipes suppliciis interhemit et ipsa pistrina destruenda funditus esse precepit. aliam rursus obrogavit huiusmodi causam. si qua mulier in adulterio capta fuisset, hoc non emendabatur sed potius ad augmentum peccandi contradebatur. includentes enim eam in angusto prostibulo et amittentes, qui cum ea fornicarentur, hora, qua turpitudinem noscebatur, tintinnabula percutiebant, ut eius sono illius iniuria fieret manifesta. hec audiens imperator, permanere non passus est sed ipsa prostibula destrui iussit. his actis relicto Valentiniano Rome ipse cum Honorio Constantinopolim remeavit consulatu Datiani et Symmachi IIII ID. NOV. ‖ igitur ‖ Theodosius imperator habuit passionum 30
quoque commotionem iustoque furori inmensam permiscens crudelitatem iniustam operatus est passionem. quam rem narrare necessarium est et pro utilitate legentium et pro memorabili opinione virtutum. Thesalonica civitas est grandis et populosa, in qua dum fuisset orta seditio, quidam iudicum lapidati sunt atque tracti. hinc indignatus Theodosius iracundie non refrenavit infirmitatem sed ‖ ad ludos Circenses invitari cives iussit, Ruf. II, 18
et ‖ super omnes iniustos gladios evaginari precepit et una cum nocenti- H. Tr.
bus innocentes interhimi; septem milia etenim hominum, sicut fertur, occisi sunt non praecedente iudicio sed tamquam in messibus omnes simul incisi sunt. huiusmodi cladem plenam valde gemitibus audiens Ambrosius, cum princeps Mediolanum venisset et sollemniter in sacrum voluisset intrare templum, occurrit foris ad ianuas et ingredientem his sermonibus a sacris liminis incessu prohibuit 'nescis, imperator, perpetrate a te necis, quanta sit magnitudo, neque post causam tanti furoris mens tua molem presumptionis agnoscit? sed forte recognitionem peccati prohibet potestas imperii. decet tamen, ut vincat ratio potestatem. scienda quippe natura est eiusque mortalitas atque resolutio et pulvis progenitorum, ex quo facti, ad quem redigendi sumus, et non flore purpureo confidentem infirmitates operti corporis ignorare. coequalium hominum es, o imperator, et conservorum. unus enim est omnium dominus rex omnium et creator. quibus igitur oculis aspicies communis domini templum? quibus palpabis pedibus sanctum illius pavimentum? quo modo manus extendas, de quibus adhuc sanguis stillat iniustus? quomodo huiusmodi manibus suscipiens sanctum domini corpus? qua presumptione ore tuo poculum sanguinis pretiosi percipies dum furore sermonum tantus iniuste sit sanguis effusus? recede igitur recede, ne secundo peccato priorem nequitiam augere contendas. suscipe vinculum, quod omnium dominus nunc ligavit. est enim medicina maxima sanitatis'. his sermonibus imperator obediens, erat enim divinis eruditionibus enutritus et aperte sciens, que sunt propria sacerdotum, que regum, gemens et deflens ad regalia remeavit. cumque octo

13 turpitudine miscebatur *H. Tr.* ‖ 30 ince*su m^1 ‖ 38 commun*s m^1 ‖ 40 huius *in* huiusmodi *ex* iulus *ut vid.* ‖ 44 quod] quo te *H. Tr.*

190 mensuum continuum transissent tempora, propinquavit nativitatis Salvatoris nostri festivitas. imperator autem lamentationibus assiduis im palatio residens continuas lacrimas incessabiliter expendebat. ingressus autem Rufinus tunc magister et singularem apud principem fiduciam habens et videns principem in lamentatione prostratum accessit, lacrimarum causas inquireret; at ille amarissime ingemescens et vehementius lacrimas fundens ‘tu’ inquit ‘Rufine ludis et mea mala non sentis. ego autem lamentor et gemo calamitatem meam, quia servis quidem et mendicantibus aperta sunt templa dei et proprium dominum ingredientes licenter exorant, mihi vero ingressus ad eum non est. insuper etiam celi sunt clausi’. hec dicens verba singula singultibus inrumpebat. Rufinus ‘curro’ inquit, ‘si tibi placet, pontificique precibus persuadeo, ut solvatur vinculum, quod ligavit’. ait imperator ‘non’ inquit ‘suadebis Ambrosio. nobi ego decretum illius esset iustum neque reverebitur imperialem potentiam, ut legem possit prevaricari divinam’. cumque Rufinus verbis plurimis uteretur et mitteret Ambrosium esset flectendum, imperator eum pergere cum festinatione precepit. ipse vero spe data post paululum est secutus credens Rufini promissionibus. porro vir mirandus Ambrosius mox, ut vidit Rufinum, ait ‘inpudentiam canum imitatus es, o Rufine; tante videlicet necis auctor existens pudorem ex fronte detergens nec erubescis nec metuis contra imaginem latrare divinam?’ cumque Rufinus supplicaret et imperatorem diceret esse venturum, superno zelo accensus Ambrosius ait ‘ego, Rufine, predico, quoniam eum ingredi sacra limina prohibebo, si vero imperium in tyrannidem mutavit, necem libenter et ego suscipio’. hec et alia plurima Rufinus audiens nuntiavit imperatori votum antistitis monens, ne de palatio forte procederet. at imperator hec in media iam platea cognoscens ‘pergo’ inquit ‘et iustas in facie suscipio contumelias’. cumque ad sacra limina pervenisset, in sanctam quidem basilicam non presumpsit intrare sed veniens ad antistitem et inveniens eum in salutatorio residentem supplicabat, ut eius vincla resolveret. at ille tirannicam dicebat eius esse presentiam et contra deum vesanire Theodosium eiusque calcare leges. verum imperator ‘non’ inquit ‘insurgo adversus eclesiasticas sanctiones nec inique ingredi limina sacra contendo sed te solvere mea vincla deposco et communis domini pro me exorare clementiam nec mihi ianuam claudi, quam cunctis penitentiam agentibus dominus noster aperuit’. tunc antistes ‘quam’ inquit ‘penitentiam ostendisti post tantas iniquitates? quibus medicaminibus incurabilia vulnera plagasque curasti?’ at imperator ‘tuum’ inquit ‘opus est edocere et medicamina temperare, meum vero oblata suscipere’. tunc sanctus Ambrosius ‘quoniam furori’ inquit ‘tuum iudicium commisisti et non ratio protulit sententiam sed potius iracundia, scribe legem, que decreta furoris evacuet, et triginta diebus sententia necis atque proscriptionis in litteris tantummodo maneant et iudicium rationis expectet. quibus transactis diebus ira videlicet iam cessante ratio causam iudicans apud semetipsam, que cognoverit, sub veritate disponat. in his enim diebus agnoscitur, ut iusta sit, quam protuleris, aut iniusta sententia. et siquidem ratio probaverit iniusta, que sunt prolata, disrumpit, si vero iusta, firmavit. dierum vero numerus ad hec examinanda sufficiet’. hanc

2 assiduis] ass*is *cod.* ‖ 12 soluantur m^1 ‖ 13 inquit *add. L* ‖ 14 reue*bitur m^1 ‖ 16 promitteret *H. Tr.* ‖ 22 esse *ex* esset ‖ 34 exhorare m^1 ‖ 38 est et docere m^1 *et H. Tr.* ‖ 41 et] ut *H. Tr.*

190 ammonitionem imperator animo libenti suscipiens et obtimam esset confidens legem conscribi repente precepit et proprie manus litteris confirmavit. quo facto vinculum eius solvit Ambrosius. que lex hactenus observatur; est enim huius modi 'imperatores Gratianus Valentinianus et Theodosius Augusti Flaviano prefecto pretorio Illyrici. si vindicari in aliquos severius contra nostram consuetudinem pro cause intuitu iusserimus, nolumus statim eos aut subire penam aut excipere sententiam sed per dies triginta super statuta eorum sors et fortuna suspensa sit. reos sane accipiant vincla atque custodia et excubiis sollertibus vigilanter observent'. sic igitur sacratissimus imperator ingredi limina presumens non stans domino supplicavit neque genua flexit sed pronus in pavimento iacens Daviticam proclamavit vocem 'adhesit pavimento anima mea, vivifica me secundum verbum tuum'. manibus barbam capillosque evellens frontemque percutiens et pavimento lacrimarum guttas aspargens veniam impetrare poscebat. cumque tempus accederet, quo munus ad altare solebat offerre, surgens cum lacrimis est ingressus. cum vero optulisset, sicuti solitus erat, intra cancellos stetit. rursus autem Ambrosius non quievit sed differentiam locorum edocuit. et primo quidem requisivit, quid ibidem expectaret; imperatore dicente sustinere se sacrorum perceptione mysteriorum per archidiaconum remandavit 'o imperator, interiora loca tantum sacerdotibus sunt collata, que ceteri nec ingredi nec contingere permittuntur. egredere igitur et hanc expectationem cum ceteris habe communem. purpura namque imperatores, non sacerdotes facit'. tunc fidelissimus imperator etiam hanc traditionem animo gratanti suscipiens remandavit 'non audacie causa intra cancellos mansi sed in Constantinopolitana urbe hanc consuetudinem esse cognovi. unde ago gratias pro huiusmodi medicina'. tali ergo tantaque et presul et imperator virtute clarebant. ego namque utriusque opus ammiror, illius fiduciam, huius autem obedientiam, illius zeli fervorem, huius fidei puritatem. porro regulas pietatis, quas a magno sacerdote recepit, etiam reversus in Constantinopolitana urbe servavit. nam dum festivitatis tempore ad eclesiam processisset, oblatis in altare muneribus mox egressus est. cumque Nectarius tunc presul eclesiae mandasset, cur intus stare noluisset? mandavit princeps 'vix' inquit 'potui discere, que differentia sit imperatoris et sacerdotis. vix enim veritatis inveni magistrum. Ambrosium namque solum novi vocari digne pontificem'. || habebat igitur imperator et aliam utilitatis occa- 31
sionem, per qua de bonis operibus triumpharet. coniux enim eius divinas leges eum sepius ammonebat se ipsam tamen perfecte prius erudiens. non enim regni fastigiis elevata est sed potius divino amore succensa. beneficii namque magnitudo maius ei desiderium benefactoris adhibebat. repente namque ut venit ad purpuram, claudorum atque debilium maximam habebat curam, non servis, non aliis ministris utens sed per semetipsam agens et ad eorum habitacula veniens et unicuique, quod opus haberet, prebens. sic etiam per eclesiarum xenodochia discurrens suis manibus ministrabat infirmis, ollas eorum tergens, ius gustans, offerens coclearia, panem frangens cibosque ministrans, calicem deluens et alia cuncta faciens, que servis et ministris mos est sollemniter operari. his

8 statuta] statu *H. Tr.* || 10 obserue* m^1 || 13 barbam *om. H. Tr.* || 41 ut *add.* m^2 || clauorum m^1 ||
44 xen*dochia m^1

190 autem, qui eam de rebus talibus nitebantur prohibere, dicebat ‘aurum distribuere opus imperii est. ego autem pro ipso imperio hoc opus offero bona mihi omnia conferenti’. nam viro suo sepe dicebat ‘oportet te semper, marite, cogitare, qui dudum fuisti, qui modo sis. hec si semper cogitaveris, ingratus benefactori non eris sed imperium, quod suscepisti, legaliter gubernabis et harum rerum placabis auctorem’. his ergo sermonibus velut optimam quandam utilitatem virtutisque abundantiam con-
45 iugis sui sermonibus offerebat. ‖ igitur ‖ grammaticus quidam nomine Eugenius litterarum Latinarum doctor relinquens scolas in palatio militabat eratque imperatoris Valentiniani antigrapheus et propter eloquentiam a multis honorabatur. tunc ergo fertur non mediocriter cogitans cooperatorem assumpsit Arbogastum de minoribus Galliis ortum militaris ordinis
17 ducem virum saevum et necibus preparatum *cultorque sordidissimus idolorum.* quo facto declinavit ad tyrannidem et contra Valentinianum necem
12 machinabantur, cubicularios *apud Biennam* Gallie urbem corrumpentes eunuchos. at illi dormientem principem suffocarunt *atque, ut voluntariam sibi conscivisse mortem putaretur, laqueo suspensus est*
H. Tr. 9, 45 17 *aliis cognatione subnixis.* ‖ hec audiens Theodosius imperator rursus sollicitudinibus obstrictus secunda certamina post Maximum preparabat congregansque militare virtutem et Honorium filium designans imperatorem consulatu suo et Habundanti IIII ID. IAN. denuo ad partes Occidentis magno studio festinabat. interea eventum belli considerans mittit Thebaidam ad Iohannem monachum prespicientia clarum. at quem destinavit Eutropium eunuchum sibimet fidelissimum, ut aut eum, si vellet venire, deduceret aut nolentem de eventu belli requireret. at ille Iohannem quidem deducere non prevaluit sed mandatum retulit eius, quia bello vinceret et perimeret tyrannum et post victoriam in Italia moriretur. relictus ergo Theodosius ambobus filiis in urbe Constantinopolim cum pergeret contra Eugenium bellaturus plurimi trans Histrum fluvium barbari sunt secuti cum eo pugnaturi contra tyrannum parvoque tempore cum manu maxima venit ad Gallias. illic enim preparabat bellum, ubi iam multa milia habebat exercitus. ‖
18 *Eugenius igitur atque Arbogastes cum* omni *instructa acies Alpium transitus*
Or. 559 *tenerent;* ‖ at *Theodosius* in summis Alpibus constitutus ‖ *expers cibi ac somni*
H. Tr. 9, 45 cum lacrimis *oratione incumbens* ‖ et circa galli cantum sopore conpressus vidit in somnis, quasi iaceret in campo et adstarent ei duo quidam viri in vestibus albis et equis candidissimis residentes eumque iubentes habere fiduciam et diluculo armare milites ad victoriam dicebantque se pro solacio destinatos, quorum alter Iohannes evangelista alter se Philippum dicebat apostolum. hanc visione conperta nequaquam ob oratione cessavit sed lacrimas uberiores effudit. que visio etiam alicui militi revelata est et per diversos pervenit ad principem. at ille ‘non propter me’ inquit ‘hec iste vidit sed ne quis crederet, quia finxi, quod ego vidi, ideoque etiam isti
20 monstratum est. nam primo mihi hoc dominus communis ostendit’. ‖ *cumque se esse a suis destinctum sciret ab hostibus circumseptum nesciret, fiducialiter arma corripiens signoque crucis signum proelio dedit ac se in bellum*
Or. 560 *etiam si nemo sequeretur victor futurus immisit.* ‖ prima salutis via extitit Arbitio hostilium partium comes. qui cum ignarum imperatorem circum-

4 quid *ante* modo m^1 *et H. Tr.* ‖ 10 ualentiniani *add. L* ‖ 12 militaribus m^1 *ut videtur* ‖ 15 gallie urbem *add. L* ‖ 23 praescientia clarum *H. Tr.* ‖ eunchum m^1 ‖ 24 ueniret m^1 ‖ 39 ab *m. rec.* ‖ 44 destitutum *P*

190 positis excepisset insidiis, conversus mox ad reverentiam Augusti eum non
solum periculo liberavit verum etiam auxilio instruxit. ‖ fit ergo congres- H. Tr. 9, 45
sio circa fluvium vocabulo Frigidum. igitur in parte, qua Romani contra
Romanos confligebant, bella erant equalia; unde vero barbari auxiliato-
res imperatoris, pars Eugenii potior esse videbatur. imperator autem videns
barbaros deperire in maxima veniens estuatione ‖ et ‖ stans in edita rupe, et Ruf. 11, 33
unde et conspicere et conspici ab utroque posset exercitu, proiectis armis
ad solita se vertit auxilia et prostratus ‖ in terra adiutorem invocans deum
dicens ‖ 'omnipotens deus, tu nosti, quia in nomine Christi filii tui ultionis
iustae proelia ista suscepi; si secus, in me vindica, si vero cum causa
probabili et in te confisus huc veni, porrige dexteram tuis, ne forte dicant
gentes: ubi est deus eorum?' ‖ et ‖ statim ‖ petitione frustratus non est.
quidam enim Baccurius nomine magister militum eius, ‖ vir fide pietate et
virtute animi ‖ repente sic confortatus est, ut cum primis ducibus concur-
reret ad eam partem, qua barbari premebantur. quo facto disrupit acies
et in fugam mox vertit inimicos. fitque denuo ea hora miraculum. ‖ turbo Or. 560. 561 et H. Tr.
26 ventorum ‖ vehemens ‖ *a parte Theodosii in ora hostium* ‖ pectoraque inlisis
grabiter scutis everberabat, nunc inpressis pertinaciter obstructa claudebat,
nunc avulsis violenter destituta nudabat, nunc oppositis iugiter in terga
trudebat; tela etiam, que ipsi vehementer intorserant, excepta ventis in-
petu supinato ac retrorsum coacto ipsos infeliciter contigebat ‖ *et* ea que
ab eius parte spicula missa ultra mensuram humani iactus per magnum
inane portata *valenter hosti infige*bat. ‖ hoc itaque modo dimicatione con- H. Tr. 9, 45
sumpta tyrannus concurrens ad pedes imperatoris exorabat promereri salu-
tem. qui circa pedes eius a militibus capite sectus est XV KLS. OCT.
consulatu Archadii anno tertio et Honorii secundo. Arbogastes autem,
tantorum causa malorum, post duos congressionis dies fuga lapsus dum
29 cognovisset, quia vivere non posset, proprio gladio se perhemit. ‖ *pre-*
miserat
31 *ad cuius laudem ob insignem victoriam poeta quidam* nomine Claudianus *exi-*
mius sed ‖ paganus *inter cetera* huiusmodi versibus deo et homini testi- Or. 561
32 monium ‖ *cecinit: o nimium dilecte dei, tibi militat aether et coniurati veniunt*
ad classica venti. ea tempestate in Orientis partibus ‖ apud Phalestinam Anast. 57
provinciam in castello Emmaus natus est puer perfectus ab umbilico et
sursum divisus ita, ut haberet duo pectora et duo capita et unusquisque
sensus et unus edebat et bibebat et alter non edebat, unus dormiebat et
alter vigilabat, nonnumquam insimul dormiebant. insimul tamen lude-
bant ad alterutrum et flebat uterque et percutiebant invicem. porro vixe-
runt annis ferme duobus et unus quidem mortuus est, alter supervixit
diebus quattuor. ‖ igitur Theodosius imperator post laborem puplicum cor- H. Tr. 9, 50
pore fatigatus ‖ in egritudinem incurrit ‖ et sperans se ea egritudine mori-
turum potius de re puplica cogitabat considerans, que solent hominibus
provenire imperatore moriente. filium itaque Honorium de Constantinopo-
lim velociter evocavit ‖ et imperatorem Rome ordinavit. ‖ cumque Honorius et Anast. [illegible]
Mediolanium venisset, Theodosius ex egritudine relevatus circum de victo-
ria celebrabat. et ante prandium quidem spectaculum quasi sanus ex-

5 res imperatoris — 18 pertinaciter ob m^2 *in ras.* ‖ 6 e*tuatione m^1 ‖ et *add. L* ‖ 9 dicens *add. L* ‖ 12 statim *add. L* ‖ 21 ea que *add. L* ‖ 23 d*micatione m^1 ‖ 25 secutus m^1 ‖ 26 anno *inepte add. L* ‖ arbogastis m^1 ‖ 28 gladio semper hemit m^1 ‖ 30 nomine claudianus *add. L* ‖ 34 prouinciam *add. L* ‖ 37 n *in* dormiebant *sup. lin.* ‖ dormiebant — tamen *om. An.* ‖ 41 in — incurrit *ex sequ. add. L*

190 hibuit, post prandium repente pregravatus est ad spectaculum venire non potuit filium tamen ludis adesse precepit. superveniente vero nocte defunctus est consulatu Olibrii et Probini XVI KLS. FEB., anno imperii sep-
epit. 48, 19 34 timo decimo, ‖ vite quinquagesimo. ‖ *huic ferunt somnio nomen parentes*
191 2 *monitos sacravisse, quod in Latinum Adeodatum potest intellegi.* ‖ *fuit autem propagator rei puplice*
6 *ut nihil* de illo *dici queat*
epit. 48, 10-12 13 *ministeria lasciva psaltriasque comesationibus adhiberi lege prohibuit* ‖ tantum pudori tribuens et continentie, ut *consobrinarum nuptias tamquam sororum interdixit. litteris*, si nimium perfectos contemplemur, *mediocriter doctus, sagax plane multumque diligens ad noscendam maiorum gesta,* e quibus non desinebat execrari, quorum facta superva crudelia livertatique infesta le-
16 gerat, ut Cinnam Marium Syllamque atque universos *dominantium, precipue* tamen ‖ *perfidos et ingratos*
epit. 48, 16-18 22 *post auctam annis potentiam regalem* ‖ multoque maxime post civile victoriam. nam et annone curam sollicitius attendere et *auri argentique* grande *pondus sublati* atque expensi *a tyrannis multis ex suo restituere*, cum benigni principum equidem vix fundos solerent nudus ac deformata predia concedere. iam illa munitiora et ut dicitur intra aulam, que quia occulta sunt, magis
23 nature hominum curiose oculos auresque ad se trahunt: ‖ *inerat ei* etiam *cura pietatis eximie, patruum colere tamquam genitores*
epit. 48, 19 28 *ambulationibus* ‖ magis *cum esset otium reficie*bat *animum* ac *vescendi continentia*
H. Tr. 10, 1 *valitudinem regebat.* ‖ igitur VI ID. NOV. mensis eodem anno corpus Theo-
192 9 dosii delatum est cum sollempni honore *Constantinopolim* et ab Archadio filio sepulture contraditur. post paucos vero dies idest V KLS. DEC. etiam exercitus, qui cum imperatore Theodosio fuerat contra tyrannum, reversus est. et dum imperator Archadius secundum consuetudinem ad portas occurrisset exercitui remeanti, tunc milites Rufinum prefectum imperatoris perimerunt. erat enim suspectus, quasi tyrannidem meditaret assumere. dicebatur autem, quia Hunnos ipse in Romanorum provincias evocasset,
11 qui tunc Armeniam et partes Orientis valde vastabant. ‖ *anno ab urbe condita millesimo centesimo quadragesimo nono Archadius Augustus in Oriente, Honorius frater eius in Occidente quadragesimo* sexto *loco* ab Augusto *commune imperium divisis tantum sedibus tenere coeperunt. quorum pater curam viris potentissimis mandaret habere id est Rufino orientalis aule*, qui ab ex-
H. Tr. 10, 2 ercitu interfectus est, et *Stilichoni occidentalis imperium.* ‖ Honorius itaque suscipiens Occidentis imperium ludum gladiatorum, qui dudum Romae celebrabatur, huiusmodi causa removit. quidam Tilemachius conversatione monachica pro hec causa ab Oriente venit Romam. dumque nefandum illud spectaculum ageretur, et ipse intravit in stadium et descendens nitebatur pugnantes adversum se gladiis separare. cumque spectatores adversum eum sevirent et in effusione sanguinis grassarentur, provisorem pacis lapidibus occiderunt. hoc agnoscens mirabilis imperator illum quidem inter victores martyres numeravit, nefandum vero spectaculum pror-
H. Tr. 10, 24 sus abscidit. ‖ eo tempore ‖ Hunni transeuntes Histrum fluvium Thraciam devastabant. Isaurie quoque latrones maxima multitudine congregata usque

3 probinii m^1 ‖ 12 superba m^3 ‖ libertatique m^3 ‖ 15 ciuilem m^3 ‖ 18 et quidem *epit.* ‖ 21 genitorem m^1 *et P* ‖ 23 anno] consulatu *H. Tr.* ‖ 31 uastabant *ex* uastab*nt

192 ad Carenos et Phoeniciam venientes urbes et vicos in medio positos depopulati sunt. per idem tempus Stilicho patricius magister armorum erat apud Honorium, magne preditus potestate. habebatque sub se Romanorum plurimos atque gentilium, qui contractis inimicitiis cum Arcadii ducibus cogitabat congredi contra eos. tunc ergo agens cum Honorio Alaricum regem Gothorum fecit ordinari magistrum militum et accessit adversus Illyricum eique Iovium prefectum constituit, ut arma contra Romanos attolleret ac provinciales Honorii subderet dicioni. et cum Alaricus barbaros sub se constitutos et per Dalmatias habitantes congregasset, venit ad Epyrum, ubi multo tempore commoratus reversus est in Italiam. qui cum descendere voluisset, Honorii litteris est detentus, sicut ipse confessus est. ‖ interea ingens terremotum Constantinopolim factum est ita, ut subtus terra Aug. de civ. Rom. 71
tremeret et desuper fusa celitus flamma penderet tamdiuque, donec orationibus Archadii principis et populi Christiani presentem perditionem deus exoratus averteret probans se solum esse et conservatorem humilium et punitorem malorum. ‖ Archadius itaque imperator erat vir mitis et quietus H. Tr. 10. 35
et circa finem vitae pro huiusmodi causa venerabilis estimatur. in urbem Constantinopolim domus est maxima habens cognomen Karye id est nucis. est enim in eius domus vestibulo arbor nucis, in qua sermo est, fuerit appensus martyr Acacius et defunctus. ob quam rem etiam oratorium illic est edificatum. hunc Archadius videre volens ad orationem venit votoque completo revertebatur. proinde cuncti circa oratorium habitantes volentes imperatorem videre currebant. et alii quidem foras domum precesserant, ut melius aspectum principis et ordinem videre obsequii, alii vero sequebantur. dumque omnes cum mulieribus atque filiis simulque mancipiis extra domum fuissent egressi, repente maxima domus oratorio coherens subito tota corruit. clamor cum ammiratione secutus est, quo-
17 niam oratio principis tantos a ruine imminentis periculo liveravit. ‖ *interea Gildo comes*
19 *Gildo duos eius filios* ‖ adolescentes, *quos pater* in Africana militia *reliquerat, dolo* Or. 564. 565
circumventos occidit. ad hunc iam ut *hostem bello insequendo Mascelzer frater missus est.* igitur *Mascelzer iam* inde *a Theodosio sciens, quantum in rebus desperatissimis oratio hominis per fidem Christi clementiam dei inpetraret, Caprariam insulam adiit inde secum sanctos viros* aliquos permotos suis precibus *abducens, cum quibus orationibus ac ieiuniis dies aliquot continuavit et noctes;* pro qua re sine bello victoriam meruit et sine cede vindictam. igitur Ardalio, fluminis nomen est, quod fluit inter Tevestem et Ammedaram civitates, ubi cum parva manu hoc est cum quinque milibus, ut aiunt, militum contra septuaginta milia hostium castra metatus, cum interiecta mora excedere loco appositasque praeiacentis vallis angustias transgredi vellet, incurrente nocte
24 *beatum Ambrosium* episcopum Mediolanii *paulo ante defunctum* per somnium sibi videre visus est significantem manu et inpacto ad humum ter baculo dicentem 'hic hic hic'. quod ille prudenti coniectura intellexit merito annuntiantis fidem victorie verbo locum, numero diem significari. sub-
25 stitit *ac tertio demum die post noctem orationibus ymnisque pervigilem* ab ipsis celestium sacramentorum misteriis in hostem circumfusum processit

2 h *in* stillcho *sup. lin.* ‖ patrici m¹, patricius *om. H. Tr.* ‖ 8 sudderet m¹ ‖ 9 congregassent m¹ ‖ 11 discedere *H. Tr.* ‖ 17 uene**lis m¹ ‖ e*timatur m¹ ‖ 30 africanam militiam m¹ ‖ 35 pro qua re *add. L* ‖ 36 igitur *add. L*

192 et cum ad eos, qui primum occurrerant, pia pacis verba iactaret, signiferum quendam insolenter obsistentem gladio percussit in brachio eumque
28 manu debilem ipso vulnere coegit pronum inclinare vexillum. *quo viso*
Or. 566 29 *sane idem Mascelzer* ‖ elatus *rerum secundarum insolentia tumens* postabito sanctorum consortio, cum quibus antea deo militans vicerat, etiam *eclesiam dei temerare ausus est atque ex ea quosdam non dubitavit extrahere. secuta mox pena sacrilegium est. nam* isdem superstitibus atque insultan-
31 tibus, quos ab eclesia ad penam protraxerat, *post aliquantum tempus* solus *ipse punitus est* probavitque se uno ad utrumque semper divinum vigilare iudicium, quando et cum speravit adiutus et cum contempsit occisus est. ‖
Anast. 60 et Archadius itaque cum se mori cerneret, videns Theodosium ‖ filium suum ‖
H. Tr. 10, 35 parvulum esse, ‖ erat enim annorum octo ‖ consideransque, ne a quoquam insidiis appeteretur, hunc imperatorem appellavit et ei curatorem per testamentum fore statuit Hisdigerden Persarum regem. Hisdigerdes autem Archadii testamento suscepto paceque sine invidia erga Romanos usus Theodosio imperium conservavit. et Anthiocum quendam, mirabilem atque rationabilem virum, ei tutorem et pedagogum mittens hec Romano senatui scribit 'Archadio dormiente meque curatorem filii constituente, qui suppleat locum meum direxi. ne quis ergo in insidias pueri conetur, ne prelium
Ignot. intolerabile contra Romanos commoveat'. Anthiocus vero ‖ cum Constan-
Anast. tinopolim venisset, ab Honorio imperatore libenter susceptus ‖ et erat pax inter Romanos et Persas ipso Anthioco maxime pro christianis multa scribente. sicque dilatata est in Perside christianitas Marutha episcopo Me-
H. Tr. 10, 35 sopotamiae meditante. ‖ Archadius autem defunctus est kalendas Maii mensis consulatu Bassi et Philippi anno vite tricesimo primo, imperii cum
193 3 patre annis tredecim, solus quattuordecim. ‖ interea *Stilicho* patricius *Occidentis tutor imperii*
Or. 568 15 *fervent tota urbe blasphemiae,* ‖ vulgo ‖ *nomen Christi tamquam lues aliqua probris ingravatur. conducuntur a Romanis adversum Radagaisum* Gothorum regem *duo pagani duces Sarus* et *Vldin Hunnorum*
H. Tr. 11, 9 23 24 *venderentur.* ea tempestate *Alaricus* Gothorum rex, qui ‖ dicioni Romanorum et Theodosio imperatori subiectus atque contra Eugenium tyrannum solacia prebens et propterea Romanis dignitatibus honoratus felicitatem suam non ferens imperare quidem non elegit sed discedens ab urbe Constantinopolitana venit ad partes Occidentis. cumque venisset Ylliricum, omnia subvertebat et transiens Thessaliam habita congressione circa fluvium Pinum apud Nicopolim Epyri paene tria milia viros eius Thesali perimerunt. post hec autem ‖ *Italiam ingressus*
194 3 (*Gothis*) *tale suspicantibus*] supplicantibus *nihil*que *tale* sperantibus
H. Tr. 11, 9 7 *nec mora venientes urbem capiunt* ac *debastant* ‖ plurima quidem miraculorum eius *incendunt* multosque senatorii ordinis diversis subdidere suppliciis ‖
8 *dato tamen prius praecepto*
H. Tr. 11, 9 11 *temperarent.* ‖ Romanum tamen imperium deridentes imperatorem fecerunt quendam nomine Attalum, quem una die tamquam imperatorum fecerunt procedere, altera vero servis schemate ministrare. ‖ *capta itaque Roma*
Beda 426 *est* ‖ VIIII KLS. SEP. ‖ *anno millesimo centesimo sexagesimo quarto con-*

---

9 in se uno *Or.* ‖ 12 erat enim *add. L* ‖ 14 stauit m^1 ‖ pers*rum m^1 ‖ 20 antiochus uero cum imperatore uenerat . . et erat *An.* ‖ 24 mediante m^1 *et An.* ‖ 25 anno *add. L* ‖ 36 thessaliam *ex* thesaliam m^1 ‖ 43 tamen *add. L*

194 *ditionis suae. dies ante tertia sponte Gothi urbe discedunt* ‖ fertur itaque, quia cum Alaricus pergeret Romam, vir quidam venerabilis conversatione monachus cum monuisset, ut mala talia facere non auderet neque necibus gauderet aut sanguini. at ille 'non' inquit 'ego volens Romam proficiscor sed quidam cotidie mihi molestus est torquens et dicens: perge et Romanam destrue civitate'. ‖ *deinde per Campaniam Lucaniam Britiamque simili strage* Gothi *bachantes Regium* H. Tr. 11, 9

13 (marks the line "nam destrue civitate'. ‖ deinde per Campaniam …")

12 *interea* ‖ comes ‖ *Stilicho* Or. 571

195 15 (*gentes*) *Halanorum Suevorum Wandalorum Burgundionum* ‖ multeque cum his alie gentes *ultro in arma suscitavit* et Rhenum fluvium transeunt Francosque *pulsare Gallias volunt* directoque impetum Pyreneum usque perveniunt, ‖ *ut sub hanc necessitate* Or. 576

22 *apud Brittanias Gratianus* ‖ municeps eiusdem insule ‖ *tyrannus mox creatus occiditur* Or. 576

LIBER XIIII (PAVLI XIII).

Anno ab urbe condita millesimo centesimo sexagesimo quinto ‖ Theodosius iunior ‖ in Oriente ‖ imperat, cuius imperii anno secundo Atticus episcopus Constantinopolitanus Iudeum quendam paralyticum monens suadens atque baptizans sanum ex lavacro eduxit, secundum enim deum dicitur fuisse provectus. *igitur imperator Honorius* Or. 581 Anast. 60

196 2 (marks the line "fuisse provectus. igitur imperator Honorius")

10 *Attalus* qui *a Gothis*

11 *Heraclianus quoque* ‖ Africe comes missus, cum idem Attalus umbram testaret imperii, Africam strenue adversum iudices ab eo missos tutatus consulatum assecutus est. quo supervia elatus Sabinum domesticum suum, virum ingenio callidum industriaque sollertem et sapiente nominandum, si animi vires tranquilli studiis accommodavisset, generum collegit. cum quo quorundam periculorum suspiciones dum patitur, fecit atque aliquandiu Africanam annonam extra ordinem detentam ipse tandem cum immensa satis incredibili classe navium Romam contendit; nam habuisset hunc tria milia septingentas naves dicitur. quem numerum ne apud Xerxen quidem preclarum illum Persarum regem et Alexandrum Magnum vel quemquam alium regem fuisse historie ferunt. is simul, ut cum agmine militum ad urbem pergens litore egressus est, *occursu comitis Marini territus et in fugam versus arrepta navi solus Kartaginem rediit* atque ibi continuo militari manu interfectus est. ‖ *hos omnes* Or. 582 s.

12 (marks the line "gens litore egressus est, occursu comitis …")

14 (marks the line "fectus est. ‖ hos omnes")

18 *territus* Gallam *Placidiam*

197 10 *factione* autem *Ioviniani*

198 5 *Iohannes* ‖ quidam ex imperialibus subscriptoribus ‖ *imperium invadit. anno ab urbe condita millesimo centesimo septuagesimo septimo Theodosius Archadii filius quadragesimus* septimus ab Augusto *regnum Romanorum orientale regebat imperium,* ad quem ‖ legationem Iohannes mittit in imperatorem suscipi deprecans Anast. 61 Anast. 61

10 et ipse ad *Africam, quam Bonifatius optinebat, bellare poscit, ad defensionem sui infirmior factus est.* at vero Theodosius legatis Iohannis in carcere trusis

1 *post* discedunt *pergebat m*[1]: facto aliquantarum edium incendio sed ne tanto quidem quantum olim a cesare factum est, *quae apud Paulum sequuntur* ‖ 11 uoluit *P* ‖ 17 in oriente *add. L* ‖ 25 sapientem *m*[3] ‖ 26 tranquillis *m*[3] *et Or.* ‖ 29 habuisse tunc *Or.* ‖ 12 et ipse ad *add. L* ‖ 13 iohannis *add. L*

198 Ardaburium praetorem mittit adversum eum, quem tyrannus apud Ravennam
8 aggressus inclusit. quo Theodosius agnito *Valentinianum amitae suae Placidie
*filium Cesarem effectum cum matre Augusta ad recipiendum Occidentis dirigit
regnum* et Asparem Ardaburii filium mittit ante eum contra Iohannem. an-
gelus autem domini in habitu pastoris apparens deduxit Asparem et eos, qui
cum illo erant, et ducit eos per paludem invium, qui Ravenne adiacet,
quem deus pervium operatus est. et transmeantes per aridam apertis
portis civitatis inventis tyrannum quidem occiderunt, Ardaburium autem
13 a vinculis absolverunt ‖ et *Ravennam crudeliter depopulati sunt*
15 *quod Hunnis, quos per ipsum Iohannes* in adiutorium *acceperat*
Anast. 61 19 *abscederent.* ‖ sequenti autem anno ‖ idest sexto decimo imperii Theodosii ‖
Maruthas episcopus Mesopotamiae filium regis Persarum Hisdigerden a
demonio vexatum sanavit. interea Theodosius imperator multa benigni-
tate motus, licet Persas potentissime vicerit, parcens tamen Christianis, qui
habitabant in Perside, pacem amplectitur. cuius rei gratia mittit legata-
rios Helionem patricium, quem valde honorandum ducebat, et Anatolium
Orientis pretorem. Huararanes autem sciens superationem suam suscepit
legationem et ita persecutio cessavit, que in Christianos agitabatur. ‖
H. Tr. 11. 17 victoria siquidem auxilio dei a Persis collata Romani plurimi pollentes
eloquiis conscribebant laudes imperatoris. cuius uxor heroico metro poe-
mata multa confecit. erat enim eloquens, filia Leonti sophiste Athenien-
sis, a patre omnibus lectionibus erudita. quam dum imperator ducturus
esset uxorem, Christianam Atticus fecit episcopus et in baptismate, cum
Anast. 65 prius vocaretur Athenias, Eudocie nomen inposuit. ‖ eodem tempore ‖ erant
Gothi et gentes alie multe ac maxime trans Danubium Hyperboreis locis in-
habitantes, ex quibus rationabiliores quattuor sunt, Gothi scilicet, Ypogothi
Gepides et Wandali, nomen tantum et nihil aliud mutantes unaque lingua
utentes, omnes autem fidei erant Arriane malignitatis. isti sub Archadio et
Honorio Danubium transeuntes in terra locati sunt Romanorum. et Ge-
pides quidem, ex quibus postmodum divisi sunt Langobardi et Avares,
villas, que sunt circa Siggedonem et Syrmium, habitaverunt; Hipogothi vero
post Alarichum Romam depopulantes in Gallias habierunt et que ibidem
sunt optinuerunt; Gothi autem Pannoniam habuerunt primum, dein nono
decimo anno imperantis Theodosii iunioris Thrace villas habitaverunt et
per quinquaginta et octo annos in Thrace morantes Occidentis quoque opti-
nuerunt imperium; porro Wandali Halanis sibi sociatis et Germanis, qui
nunc Franci vocantur, ascitis transeuntes Ninum fluvium Modigisclo duce
habito habitaverunt in Hispania, que est prima Europe provinciarum ab
Anast. 65 occidentali oceano. ‖ interea ‖ Valentinianus non solum Brittaniam et Gal-
liam et Hispaniam salvare nequivit sed et occidentalem Libiam, que vide-
licet regio vocatur Afrorum, amisit hoc modo. duo pretores erant, quos
diximus, Etius scilicet et Bonifatius, quos Theodosius postulante Valen-
tiniano Romam direxit. cumque Bonifatius principatum occidentalis Lybiae
20 percepisset et *apud Africam potentiam gloriamque augeretur*, invidiam
flammatus Etius accusationem facit adversus eum tamquam rebellionem
meditantem et optinere Libiam satagentem et hec quidem Placidie fate-

1 ardurium m^1 ‖ 4 et *add. L* ‖ ante eum *om. An.* ‖ 11 idest — theodosii *add. L* ‖ 12 mesopotam* m^1 ‖ 19 a persis *add. L* ‖ 20 poemata] p**ta m^1 ‖ 25 aliae *om. An.* ‖ 28 arcadio m^1 ‖ 29 et] e m^1 ‖ 34 trace m^1 ‖ 35 occidentes m^1 ‖ 44 et *add. L*

198 batur Valentiniani matri. ceterum Bonifatio scribit 'quia si accersitus fueris, accedere noli: incusatus enim es et te dolose volunt imperatores'. hec suscipiens Bonifatius et veluti proprio servo Etio credens accersitus accedere distulit. tunc imperatores Etium quasi debotum receperunt ‖ et 21 *adversum Bonifatium Mabortius et Galbio mittunt. qui dum Bonifatium ob-* 23 *sidere parant, ab eo interempti sunt. rursus contra Bonifatium Sigisvuldus comes dirigitur. Bonifatius vero sentiens se non posse tuto Africam tenere cernensque sibi periculum instare in perniciem totius rei puplicae effervescens* ‖ 25 transfretans a Libia in Hispaniam ad Guandalos *Halanosque* venit. cum- Anast. 66 que Modigisclum invenisset mortuum et filios eius Gontharium et Gensericlum principatum moderantes hortatus est, ut Hesperiam Libiam in tres partes dividerent. polliciti sunt unicuique tertie parti se una cum ipsos principaturos, in communi tamen in quemlibet hostem ulturos. in talibus ergo professionibus Guandali *Halanique* fretum transmeantes Lybiam habi- 26 taverunt ‖ et *cunctam poene Africam*

199 1 *eodem tempore* ‖ quidam senatus Romani, amici Bonifatii, falsam accusatio- Anast. 66 nem Etii intimaverunt Placidie ostendentes quoque et Etii ad Bonifatium pridem scriptam epistulam, quam ad eos idem miserat Bonifatius. ast stupefacta Placidia Etium quidem in nullo lesit, Bonifatio vero verbum cum iuramentis misit exhortatorium. porro Gonthario mortuo Genserichus *Halanorum* Guandalorumque factus est imperator. Bonifatius ergo verbo suscepto contra Guandalos armatur exercitu magno sibi veniente tam a Roma quam a Constantinopoli, cuius Asperis erat magister. inito autem contra Genserichum prelio superatus est Romanorum exercitus. sicque Bonifatius cum Asperi Romam veniens suspicionem dissoluit rei veritatem 2 monstratam et *accepta* ab imperatore *magistri militum dignitate. qui cum resistente sibi Aetio proelio superavisset, paucis interiectis diebus morbo extinctus est.* porro Africa taliter est a Guandalis subacta. tunc et Marcianus, qui postmodum imperavit, cum miles esset et Aspari deserviret, 3 vivus a Genserieho comprehenditur. ‖ *Etius vero*

19 *cederet.* ‖ circa eadem tempora multi Iudeorum in Creta Christiani sunt facti H. Tr. 12. propter huiusmodi passionem. quidam seductor Iudeus finxit semetipsum esse Moysen et caelitus destinatus, ut Iudeos illam insulam habitantes per mare deduceret, ipsum se esse dicens, qui olim filios Israhel per rubrum mare salvaverat. circuibat itaque toto anno unamquamque illius insule civitatem suadebatque Iudeis, ut crederent, monens, ut omnes pecunias atque possessiones relinquerent, cum utique deducti per siccum mare ad repromissionis gaudia pervenire. at illi hac spe capti omne opus proprium neglegebant contemnentes etiam possessiones suas et dimittens eas quibuscumque personis. cumque venisset dies, quam designaverat seductor ille Iudaeus, eo precedente sequebatur omnis cum coniugibus et parvis etatibus. deduxitque eos ad quandam rupem declivius incumbentem iussitque, ut tomarum schemate semetipsos evolverent. hoc ergo faciebant priores et cum venirent ad rupes, repente moriebantur tam dilacerati acutis rupibus quam in aqua necati. plus tamen mori potuerunt, nisi deo providente quidam viri Christiani supervenissent piscatores atque negotiatores. qui

---

4 debotum *ex* deuotum *m*¹ ‖ 9. 14. 21 alanorum *mentionem e P add. L* ‖ 16 senatūs *ex* s*natus *m*¹ ‖ 26 et *et* ab imperatore *add. L* ‖ 29 milles *m*¹ ‖ 41 prece*te *cod.* ‖ etatibus] pueris *H. Tr.* ‖ 42 decliui** *m*¹ ‖ 43 tomorum *H. Tr.* ‖ semet *ex* semed *m*¹

199 alios, cum necarentur, eripientes recreaverunt. tum malum eorum stultitie
sentientes alios, ne semetipsos iactu interficerent, tenuerunt nuntiantes
eorum mortem, qui primo ceciderant. qui etiam cognoscentes seductionem
culpabant se eo quod facile ei credidissent. cumque voluissent illum peri-
mere seductorem, comprehendere nequiverunt, repente namque disparuit
deditque suspicionem, quia fuerit demon erroneus humano schemate cir-
cumamictus. pro hanc ita passione multi tunc Cretensium Iudeorum ad
12, 10 Christianam conversi sunt fidem. ‖ interea incendium in civitate Constanti-
nopolitana factum paulatim pervenit ad thermas, que vocantur Achilleae,
deinde ad locum, qui dicitur Pelargus, ita ut Novatianorum conprehende-
retur ecclesia. tunc fertur Paulum eorum episcopum inter flammas ecle-
siae restitisse supplicantem deo, ne eclesia pariter cremaretur. qui locus
ereptus est et hactenus XVI KLS. SEP. apud Novatianos collectio celebra-
tur. hunc tamen locum non solum Christiani sed etiam pagani ex eo
tempore venerantur. ‖ exigit nunc locus edicere de hanc heresem, unde
Anast. 35 exorta est. ‖ Novatus itaque presbyter eclesiae Romane, qui propter per-
secutionem, que sub Decio fuerat facta, se episcopum facere et Cornelium
37 eicere volens, ‖ faciens oblationes et dispertiens unicuique portionem et
tradens hoc iurare pro benedicere miseros homines cogit tenens utraque
manu manum accipientis et non dimittens donec iurans hec dicat ‘iura
mihi per corpus et sanguinem domini nostri Iesu Christi, quod numquam
aliquando me derelinquas et ad Cornelium redeas’; et infaustus homo
non prius gustat, quam sibi antea maledicat et pro eo, ut dicat accepto
H. Tr. 2, 13 pane illo ‘amen’ dicit ‘ulterius iam non redeam ad Cornelium’. ‖ dicitur
de hanc igitur religione volens imperator Constantinus pacisci eclesias,
Acesium episcopum ad concilium Nicenum evocavit. quem post finitione
fidei requisivit, si et ipse consentiret in fide et paschali festivitatis. at
ille ‘nihil’ inquit ‘novi, o imperator, synodus definivit. sic enim olim et
a temporibus apostolorum ipse percipi et terminum fidei et tempus Pascha-
lis festivitatis’. porro denuo imperatore requirente ‘cur ergo te a com-
munione separas?’ ille ea, que sub Decio gesta sunt persecutionis tempore,
replicavit et subtilitatem acervissime regule deduxit ad medium dicens
‘quia non oporteat eos, qui post baptisma peccant peccato, quod ad mor-
tem esse scripture divine pronuntiant, communicatione sacramentorum fieri
dignos sed invitandos quidem ad penitentiam, spem vero remissionis non
a sacerdotibus sed a deo solummodo sustinere, qui potestatem habet pec-
cata remittere’. haec cum dixisset Acesius, imperator ait ‘o Acesie pone
19 scalam et si potes ascendere, solus in caelum ascende’. ‖ igitur *Valenti-*
Anast. 64 et *nianus Augustus* ‖ Constantii et Galle filius *ad Theodosium principem suum* ‖
H. Tr. 12, 13 consobrinum ‖ *Constantinopolim profectus est filiamque eius* Eudoxiam nomine,
quam sibi Eudocia genuerat, *in matrimonium accepit* et Romam rediit ‖ con-
Anast. 61 sulatu Isidori et Senatoris. ‖ sequenti vero anno Theodosius imperator Eu-
dociam uxorem suam Hierusolymam misit gratificos hymnos oblaturam deo.
que plurima dona eclesiis contulit et adoratis tam sancta cruce quam co-
lendis locis reversa est ad regalia. tricesimo deinde imperii Theodosii
anno terremotus facti sunt magni Constantinopolim per quattuor menses

---

7 **ssione *m*¹ ‖ 15 exigit — 16 exorta est *add. L, cf. Paul. p. 209, 19* ‖ 15 h *in* heresem *sup. lin.* ‖ 16 itaque *add. L* ‖ 22 et *ante* ad *m*² *in ras. 2—3 litt.*, uel *An.* ‖ 27 pascali *m*¹ ‖ paschalis definitione festiuitatis *H. Tr.* ‖ 33 ad mor *in ras.* ‖ 38 igitur — 39 augus *m*¹ *in ras.*

199 ita, ut timentes Bizantii extra civitatem in loco, qui dicitur Campus, essent perseverantes una cum episcopo ad deum precibus et letaniis vociferantes. quadam ergo die fluctuante terra et omni pleve attentius exclamante kyrie eleison circa horam tertiam omnibus videntibus contigit a divina virtute sustolli quendam adolescentulum in aerem et audiri divinam vocem ammonentem eum episcopo ac populo nuntiare, ut letanias sic facerent et dicerent: 'sanctus deus sanctus fortis sanctus immortalis miserere nobis' nihil aliud apponentes. Proclus autem ‖ episcopus ‖ ac suscepta senten- Anast. 65 et H. Tr. 12, 14
tia precepit populo psallere sic et statim terremotus cessavit. porro beata Pulceria super miraculo una cum fratre supra modum ammirata sanxit per universum orbem divinum hunc psallere taliter hymnum et ex tunc receperunt omnes eclesiae per singulos dies hunc canere deo. ‖

21 *per idem tempus*

26 *postmodo* vero *suis*

200 8 201 7 *per hec tempora Attila rex Hunnorum* ‖ vir fortis atque superbus. *dum cum* Anast. 69

200 8 *fratre Bleba* super Hunnos principaretur, *Thracias et Ylliricum seva depopulatione vastavat* et omnes civitates et castella in servitutem redigens preter Hadrianopolim et Heraclium, que quondam Perinthum vocabatur, tunc *exercitus* Romanorum, *qui in Sicilia morabatur, ad defensionem orientalium provinciarum revertitur.* cogitur ergo Theodosius legationem Attile mittere et sex milia librarum ei pro recessu prebens mille librarum annuum tributum persolvere pollicetur. ‖ *sub his fere diebus*

30 *sepultus est.* fuit autem hic Theodosius ‖ sic sapiens, ut inter confabulantes H. Tr. 11, 17
experimentum omnium crederetur habere causarum. perdurabat in frigore similiter et in estu plerumque ieiunabat et maxime quarta feria et sexta studio Christianitatis nec aliter quam monasterium regalia videbantur; ipse namque matutino ad suas sorores pergens divinas dicebat laudes, quam ob rem etiam sacras litteras sine codice recitabat. loquentibus episcopis velut olim sacerdos factus ex divina lectione respondebat congregabatque sacros codices et quoscumque libet eorum interpretes seu expositores conscripsisse videbantur plus, quam Ptholomeus studuerat Philadelphus. patientia atque clementia universis hominibus eminebat. nam Iulianus imperator licet philosophus diceretur, non tamen Antiochensium portavit iniuriam sed maxima Theodoro tormenta indignatus inposuit. porro Theodosius multum gaudens syllogismis Aristotelis philosophiam exercebat operibus iram tristitiam lividinemque devincens et in nullo se ulcisci desiderans. dum igitur a quodam familiarum interrogaretur, cur nullum se ledentium morti subiceret, 'utinam' inquit 'esset mihi possibile ad vitam etiam mortuos revocare'. sic enim fuit clemens, ut siquando quispiam dignum aliquid morte committeret, nec usque ad civitatis portas moriturus perveniebat sed ex eius clementia continuo revocatio sequebatur. dum aliquo tempore ipse in ampitheatro Constantinopoleos expectare, cepit clamare populus 'crudeli bestie artifex parabulis pugnet'. at ille 'nescitis' inquit 'quia consuevimus nos expectare clementer'. tanta enim pietate precelluit, ut omnes quidem deo consecratos honoraret precipue tamen quos audiebat veneranda actione pollere. fertur autem, quia dum Constantinopolim episcopus Chebronensis fuisset mortuus, sagum eius valde

1 bizan*i m^1 ‖ 8 episcopus *om.* m^1 ‖ 15 attila rex hunnorum *et* dum cum fratre bleba *e P 201, 7* ‖ 17 et *ante* omnes *add. L* ‖ 19 romanorum *add. L* ‖ 21 annuum *ex* annum ‖ 30 quilibet *H. Tr.* ‖ 42 amphitheatro m^1 ‖ 43 parabolus *H. Tr.* ‖ 45 *prius* e *in* precelluit *in ras.*

200 sordidissimum quesierit eoque circumamictus sit credens aliquit se ex defuncti sanctitate promereri. cum aliquando aeris tempestas esset et ille circum propter populum expectaret, pleno circu tempestas vehementius agebatur multo imbre diffuso. dumque hoc fieret, suam voluntatem imperator aperuit fecitque per preconem clamari, quia melius esse spectaculum contemnere et omnes rogare deum ut inlesi ab imminente tempestate servarentur. quo dicto cuncto populo deo magno gaudio supplicantes hymnos concorditer offerebant et tota civitas velut una psallebat eclesia; in medio autem horum imperator existens privato schemate properabat. nec spe sua frustratus est; repente namque aer ad serenitatem rediit divina clementia revocatus annuum prebuit frugibus universis uberrimum. siquando bella moverentur, secundum David confugiebat ad deum sciens
121 P 1 cum preliorum auctorem inimicos orationibus superabat. ‖ *nec tamen vir*
Anast. 68 *iste vitiis caruit.* ‖ fuit enim mobilis omni vento circumdatus, unde et in
Anast. 69 chartis non lectis se subscribebat. ‖ interea ‖ beata Pulcheria nondum cuiquam fratris Theodosii imperatoris morte comperta Marciano accersito in religione ac pudicitia conversante sene videlicet et idoneo viro dicitque ei 'quoniam imperator mortuus est et ego te elegi tamquam bene placentem ex omni senatu, da mihi verbum, quo custodias virginitatem meam, quam deo commisi. et pronuntiabo te imperatorem'. quod illo sacramento pollicente accersito patriarcha Anatolio pariter et senatu pronuntiavit eum Romanorum imperatorem. ‖

LIBER XV (PAVLI XIIII).

200 32 *Anno ab urbe condita millesimo ducentesimo quarto defuncto Theodosio Marcianus quadragesimus* octavus ab Augusto *orientali aule praeficitur imperator*
201 9 *rabie,* ut dictum est, *devastarent*
Iord. G. 35 11 *imperium,* ‖ cuius (*Attilae*) exercitus quingentorum milium esse numero ferebatur. vir in concussione natus in mundo, terrarum omnium metus qui vulgata. erat namque supervus incessu huc atque illuc circumferens, ut elati potentia ipso quoque motu corporis appareret. bellorum quidem armator sed ipse manum temperans, consilio validissimus, supplicantium exorabilis, propitius in fide semel receptis, forma brevis, lato pectore, capite grandiori, minutis oculis, rarus barba, canis aspersus, semo nasu, teter colore, originis sue signa restituens. ‖ *erat siquidem*
Anast. 71 205 15 *solet.* ‖ erat autem Marcianus ammodum religiosus et timens deum, qui in letaniis Campi pedes excalciati incedebat, multa egentibus beneficia pre-
70 stans. ‖ inter hec ‖ Pulcheria beata et pia dormivit in Christo. que multa bona fecit et omnia sua pauperibus dereliquit, quem imperator Marcianus, cum multa essent, alacriter dispertivit. construxit autem eadem et multa oratoria domosque pauperibus et hospitibus nec non et sepulcra peregrinis
et 69 edificavit inter que ‖ beatae dei genitricis et virginis Mariae in Blachernis ‖

11 annum *m*[1] ‖ 13 nec — 14 ca *m*[1] *in ras.* ‖ 14 enim *add. L* ‖ 16 fratris theodosii *add. L* ‖ 20 sacramento *om. An.* ‖ 26 ut dictum est *add. m*[2] ‖ 36 excalciati *om. An.* ‖ 38 imperator *om. An.* ‖ 39 cum *sup. lin.*

205 16 et sancti Laurentii *levite et* martyris templa construxit. ‖ *dum haec geruntur, apud Brittanniam*

206 11 (*Valentinianus*) *a Transila Etii milite* per consilium Maximi, *cum triginta annis imperium gessisset, confossus interiit*

14 *mortuo Valentiniano regni iura* iam dictus *Maximus apud urbem invadens* ‖ et Anast. 71
Eudociae Valentiniani relicte vi sociatus; perque que namque quis peccat per ea quoque et corripitur. inter hec ergo Eudoxia coartata nullum fore auxilium a Constantinopolim existimans Theodosio patre suo et Pulcheria
15 amita sua defunctis accersit Genserichum *ex Africa* ad urbem Romam rogans et Maximi tyrannide liberari. magna vero cum classe e suis Gen-
16 serichus ad urbem Romam navigans *fultus insuper presidio Maurorum, cum adhuc Romane eclesiae beatissimus Leo ageret pontificatum. perculsis itaque Romanis tam terribili nuntio* plurimis e *novilibus* seu *popularibus ex urbe fugientes*, inter quos et Maximus tyrannus fugiens a Romanis perhimitur. preterea Genserichus ‖ nemine sibi resistente introivit Romam tertia die
19 Maximi fuge *occurrentem sibi portam*
21 *quattuordecim interim dies secura et livera scriptione omnibus opibus* et miraculis *suis Roma vacuata est*, in quibus erant ecclesiastica cimilia tota ex Anast. 71
auro et lapidibus pretiosis ornata et vasa Hebraica, que Titus Vespasiani
22 filius post captivitatem Hierusolymarum Romam detulerat. ‖ *multaque milia captivorum, prout cuique etate aut arte placuerant, cum regina Eudoxia, que* iam dictum *Genserichum ad hoc facinus invitaverat*, (*abducta sunt*)

LIBER XVI (PAVLI XV).

207 21 *Anno ab urbe condita millesimo ducentesimo undecimo post Marciani imperatoris interitum Leo* ‖ coronatus ab Anatolio patriarcha ‖ *quadragesimus* nonus ab Anast. 71
Augusto *regnum Romanorum apud urbem Constantinopolim Augustali potitus est dignitatem. qui deinceps sequenti tempore Leonem suum filium imperii consortem effecit.* ‖ eodem anno delatum est corpus sancte Anastasie a Anast. 72
25 Syrmio et repositum est in templo eius in porticipibus Domnini. ‖ *exemplo*

208 3 *cremata est* ‖ Marcianus autem oeconomus eclesiae sancte Anastasie ascendens Anast. 72 73
super tegulas eiusdem eclesie tenens evangelium orationibus et lacrimis illesam domum ab igne servavit. sequenti anno cum pictor quidam pingere Salvatorem secundum similitudinem Iovis presumsisset, arefacta est manus eius; quem peccatum suum confessum sanavit Gennadius episcopus Constantinopolitanus. aiunt enim quidam historicorum, quod crispis et raris capillis schema in Salvatore magis vernaculum sit. per idem tempus Leo imperator Zenonem generum suum magistrum totius Orientis fecit et Basiliscum fratrem Verene Auguste uxori sue magistrum Thrace constituit. eodem anno translatus est apud Alexandriam propheta Heliseus in mona-

1 leuite et *add. e 152 P 6* ‖ 3 per — maximi] maximus . . ualentinianum peremit *Anast. 71* ‖ 6 ualentiniani relicte *add. L* ‖ 9 amita sua *add. L* ‖ 10 classis m^1 ‖ e suis *et* 11 ad urbem *add. L* ‖ 13 plurimis e, seu, 14 inter quos et *add. L* ‖ 14 tyrannus *om. An.* ‖ 30 autem *add. L* ‖ oeconomus ascendens super tegulas s. anastasiae tenens *An.* ‖ 32 ab igne *add. L* ‖ 38 uxori sue *add. L*

208 sterium Pauli leprosi, leprosum enim sanavit et leprosum fecit et in ea
5 que leprosi erant translatus est. ‖ interea *totius consensu militie post Severi morte iura* Occidentis *imperii Anthemius suscepit*
23 (*Olibrius*) *regiam adeptus est potestatem* et Placidiam Valentiniani principis natam duxit uxorem. *Bilimer*
Anast. 74 210 2 *clausit extremum.* mox ‖ Basiliscus magistrus Thrace in Campo imperator est acclamatus, Marcum filium Cesarem fecit et Zenobiam uxorem suam
75 Augustam coronavit. ‖ interea Zeno magister totius Orientis cum Ariathne uxore sua ad regiam perveniens urbem susceptus est a populo ac senatu, Basiliscus vero fugiens ad ecclesiam imperiali deposita corona in divina mensa ad baptisterium confugit cum Zenobia uxore sua et *Zeno continuo Augustalem nanctus est dignitatem.* porro Hillus patricius cum Leontio et reliquis venit ad castellum Papyrii et educta Verena Augusta in Tarsum Cylicie fecit eam coronari extra civitatem apud sanctum Petrum. ‖ *Leonem itaque, de quo premissum est*
212 4 (*Leo*) *Theodericum Thiudimeris filium ex Arileuva concubina genitum a Wala-*
Anast. 76 *mere eius patruo obsidem accepit* vir ‖ utpote fortis et providus sed nec rationum inexpertus, cuius multus inter barbaros et Romanos est sermo. ‖ *occiso deinde a Scyris Walamere*
213 16 *Italiamque* (*Theoderico*) *per pragmaticum tribuens* (*Zeno*) *sacri etiam velaminis dono* id est per prandium sacratum *confirmavit*
Anast. 95 215 23 (*Hunuricus*) *linguas eorum* (*catholicorum*) ‖ a gutture ‖ *precidit*

LIBER XVII (PAVLI XVI).

216 10 *Cessante iam*
13 *anno ab incarnatione domini quadringentesimo nonagesimo secundo post Zenonis*
Anast. 78 *excessum* ‖ Longinus frater eius imperium temtans invadere ab Ariathne repulsus est et Anastasius Silentiarius ab Ariathne senatusque ac totius exercitus consultum induit purpuram. ita coronatus Ariathnen ducit ad
15 nuptias nondum ante uxori sociatus. ‖ *hic Romani decus imperii Euthiciane*
17 *hereseos illubie maculavit. huius temporibus Festus nobilissimus senator et*
80 *exconsul* ‖ urbis Romae missus regia urbe propter quasdam civiles utilitates memorias sanctorum apostolorum festivitate maior petiit celebrari; quod et tenetur actenus. Macedonius autem episcopus Constantinopolitanus ad Anastasium Romanum papam synodicum per Festum mittere volens prohibitus est ab imperatore. porro Festus rediturus Romam pollicitus est imperatori Anastasio persuadere Anastasio pape Zenonis enoticon recipere. quem vivum non reperiens pro hac re corrupit per pecunias multos simulque *cum exconsule Probino* elegerunt preter consuetudinem Romanorum
18 episcopum quendam Laurentium. *Faustus* autem *exconsul et ceteri* orthodoxiores consecraverunt Symmachum unum ex diaconibus. hinc ergo
20 turbationes multe ac hominum strages et rapine patrate sunt. *plerosque ex sacerdotali numero multos etiam clericorum perplures civium Romanorum*

8 magister totius orientis *om. An.* ‖ 9 uxore sua *add. L* ‖ 11 et *add. L* ‖ 25 nonage m^2 *in ras.* ‖ secundo m^2 *in ras.* ‖ 31 regia urbe *om. An.* ‖ 34 papa m^1 ‖ 37 simulque *add. L* ‖ 38 et alius exconsul probinus *P* ‖ preter] propter m^1 ‖ 39 autem *add. L*

216 *extincta sunt* per tres circiter annos, usque quo videlicet Theodericus princeps veniens tunc Romam tenens, quamquam Arrianus esset, synodo celebrata locali Symmachum quidem episcopum Rome firmavit, Laurentium vero in Nucerina civitate episcopum locari precepit. qui tamen nullo pacto quiescens sed seditiones commovens a Symmacho deponitur et in
217 1 exilium Dalmatia mittitur. et ita simultas cessavit. ‖ *eo tempore Transamundus*
6 *his ipsis apud Africam diebus dum Arrianus quidam Olimpius nomine* ‖ in Anast. 80
7 Elianensium balneo lavaretur, ‖ *indigna quedam et blasphema de sanctae trinitatis fide verba evomeret,* et *veniente subito ignito celitus iaculo visibiliter combustus est.* ‖ ceterum Deuterius episcopos Arianorum Bizantii baptizans Anast. 82
9 quendam virum nomine Barbam, ‖ *dum contra regulam*
13 *iuxta morem fidei baptismum Christi suscepit* ‖ et omnibus notum fecit mira- Anast. 82
culum. ‖ *Theodericus vero dum per idem tempus pacifice apud Italiam regnaret, per singula quoque celebriora loca regia sibi habitacula construxit.* interea ‖ Saracenorum incursus in Phenicem et Syriam rursus effectus est post 81
mortem Agari Vadicharimo fratre ipsius instar turbinis et adhuc velocius discurrente per loca. hoc etiam anno idest imperii Anastasii undecimo Vulgares per Ylliricum et Thracia discurrunt, priusquam agnoscerentur.
215 18 eamque *crudeliter devastant. Constantinopolim etiam ipsis diebus maximo conflagravit incendio.* deinde apud Neocesariam cum futurum esset, ut fieret terremotus, miles iter faciens duos milites super eam vidit et alium militem post tergum clamantem 'conservate domum, in qua sepulcrum Gregorii est'. cum autem terremotus factus fuisset, plurima pars civitatis corruit excepto domo Gregorii Thaumaturgi idest miraculorum operatoris. interea Iuliana illustrissima femina, que templum dei genitricis apud Ho- 86
noratas construxerat, valde pro Chalcedonensi synodo satagebat ita, ut ei nec imperator quidem multas adversus eam versutias adinvensiens Timotheo communicare persuadere valuerit. sed nec ipse Timotheus frequenter ad eam pergens hoc ei potuit persuadere. Pompeium quoque consobrinum illius et huius uxorem, que mulier erat ornata et concedendis beneficiis vacans, multis imperator angustiis humiliabat, ut zelatores synodi et eos, qui Macedonio episcopo largiebantur, in exilio, que necessaria erant. ‖ deinde ‖ quosdam ex principibus precepit in templo sancti Theodori Spha- 87
racii super ambonem trisagii additamentum ammittere ‖ idest ‖ qui cruci- 88
fixus est pro nobis ‖ ita, ut multitudines indignate per diem letanie illinc 87
egrederentur, quando et Timotheus per commonitorium scriptum omnibus eclesiis precepit trisagion in letaniis cum additamento dicendum, quod multi metuentes fecerunt. monachi vero alium psalmum psallendo venerunt; hos autem populus videns clamavit 'bene venerunt orthodoxi' simultasque multa facta est et incendium domorum multarum hac homicidia dena milia turba vociferante adversus Anastasium et Vitalianum imperatorem petente ita, ut fugeret Anastasius et latitaret ab ipsaque Arcadne laceraretur iniuriis utpote multorum causa malorum Christianis effectus. Alamundaro autem principe Saracenorum gentis baptizato Severus duos episcopos macula sue pravitatis infectos direxit ei communicandi. dei

---

1 extinguerent *P* ‖ circiter *om. An.* ‖ 20 eamque *add. L* ‖ 21 m *in* cum m^2 *in ras.* ‖ 22 milles m^1 ‖ 25 idest — 26 interea *add. L* ‖ 27 calcedonensi m^1 ‖ 35 id est — 36 indig *add.* m^2 *in ras.* ‖ 37 timotheum *An.* ‖ 45 s*racenorum m^1

215 autem providentia ille ab orthodoxis baptizatus fuerat, qui recipiebant concilium. cumque Severi episcopi subvertere principem a vero dogmate festinarent, mirabiliter eos arguit Alamundarus huiuscemodi fabula. ait enim ad illos 'litteras' inquit 'accepi hodie, quia Michahael archangelus mortuus est'. illis vero dicentibus hoc impossibile fore, ait princeps 'et quomodo deus secundum vos nudus crucifixus est, nisi naturarum esset duarum Christus, quandoquidem nec angelus moriturus?' et ita cum confusione 88 Severi recesserunt episcopi. ‖ igitur ‖ Vitalianus, quem populus imperatorem expetiverat, accepta tota Thrace Scythia et Mysia Vulgares habens secum et multitudinem Hunnorum cepit Anchialum et Odissopolim. comprehendit autem et Cyrillum magistrum militum Thrace et pervenit predas gerendo usque Bizantium. parcens vero civitati apud Sostenium castra metatus est. Anastasius autem desperatione consternatus mittit ex senatu quosdam rogans eum pacisci et iurare una cum senatu, quod ab exilio episcopos revocaret apud Heracliam Thrace. porro Vitalianus addidit, ut et principes uniuscuiusque scole iurarent istud sed et Macedonius et Flavianus, qui nequiter pulsi fuerant, suos reciperent thronos similiter et reliqui omnes episcopi et ita celebraretur synodus Romano et cunctis episcopis convenientibus et communi iudicio probarentur, que adversus orthodoxos sunt presumpta. itaque cum hec imperator senatus et reliqui principes populique iurassent et confirmassent ita fiendum, facta est pax et ad propria rediit. Hormisda vero Romanus episcopus molestiis fatigatus a Theoderico Vitaliano favente Ennodium episcopum misit et Vitalianum archidiaconum ad synodum celebrandam apud Heracliam. venerunt autem et episcopi ex diversis locis fere ducenti, qui illusi ab iniquo imperatore ac Timotheo episcopo Constantinopolitano recesserunt inefficaces. impius quippe imperator pacta transgrediens clam intimavit Romano pape, ne veniret. miserat enim Vitaliano sacram, quo transmitteret eam Romam, ut papa proficisceretur ad celebrandam apud Heraclyam synodum. omnis autem populus atque senatus in presentia maledicebat Anastasio tamquam periuro. porro Vitalianus indignatus adversus Anastasium ob periurium multa mala exercitibus Anastasii et relique rei puplice demonstravit occidens rapiens armis exuens et postremo ad iniurias eius unumquemque 88. 89 militem uno ereo nummo vendens. ‖ interea ‖ Hunni, qui dicuntur Saber, transeuntes Caspias portas Armeniam et Cappadociam Galatiam et Pontum depopulati sunt ita, ut Euchaitam quoque pene pervaderent. unde et fugiens Macedonius episcopus propemodum periclitaturus salvatus est apud Gangras. quo comperto Anastasius amare illic eum custodiri precepit mittens, ut aiunt, qui eum occideret. defunctus autem apud Gangras positus est in templo sancti martyris Callinici iuxta reliquias eius multas sanitates efficiens. quem cum exanimis iaceret, manu fertur se signaculo crucis signasse. Theodorus autem quidam ex his, qui cum eo erant, vidit eum in somnis sibi dicentem 'excipe et abiens lege Anastasio et dic 'ego quidem vado ad patres meos, quorum fidem servavi, non cessabo autem increscens domino, usque quo venias et in iudicium ingrediamur'. eodem anno Alexandrie multi viri et mulieres ac pueri atrociter a daemonibus obsessi repente latrabant. in somnis autem quidam vidit quendam dicen-

---

4 michael *m*[1] *et An.* ‖ 7 moritur *An.* ‖ 8 seueris *m*[1] ‖ 12 byzan* *m*[1] ‖ 23 theod*rico *m*[1] ‖ 31 aduersus *ex* aduersum *m*[1] ‖ 36 pene *om. An*

215 tem, quia propter anathematismos synodi Chalcedonensis patiuntur ista.
vicesimo deinde septimo imperii Anastasii anno vidit idem imperator in 9
visum virum terribilem portantem codicem, qui hunc aperiens et inveniens
nomen imperatoris dicit ei 'ecce propter malam fidem tuam deleo quat-
tuordecim' et delevit eos. expergefactus autem et advocato Adamantio
preposito dixit ei visionem. 'et ego' ait ille 'vidi hec ista nocte, quia
assistenti mihi imperio tuo porcus magnus veniens et comprehensa pre-
texta mea proiecit me in terram et interemit'. convocato ergo Proculo
coniectore et dixit ei, que fuerant visa. qui, quod ambo forent post pau-
217 16 lulum morituri, predixit. || *Anastasius itaque*
18 *direxit Ennodium,* ut supra memorabi, *Ticinensem episcopum*
218 1 *cum septimum et vicesimum imperii annum ageret* || mortuus est et imperavit Anast. 90
pro eo pius Iustinus vir senior et multum peritus, qui a militibus inci-
piens usque ad senatum profecit. quidam autem aiunt, quod divino ful-
3 mine percussus Anastasius a fulgore perierit. || *anno ab incarnatione domini*
4 *quingentesimo* || undecimo *Iustinus* Curopalates Yllirieus genere, || vir *catho-* Anast. 90
licus Augustali potitus est solio
8 *Hildericus eius filius ex* Eudocia *captiva Valentiniani principis filia hortus Wan-
dalorum adeptus est regnum*
14 *ex quo a Genserecho avio suo primitus apud Africam ecclesiae fuerant de-
structe.* || tertio igitur Iustini principis anno bello moto inter Romanos et Anast. 91
Persas misit idem Iustinus legatos et munera ad Zelieben regem Hunno-
rum et repromisit cum iuramentis se imperatori contra Persas auxilium
prestaturus. mittente autem et Chuade repromisit et ipsi. hoc sane Iu-
stinus ediscens tristatus est valde. porro direxit ad Persas Zeliebes bi-
ginti milia ad expugnandum Romanos. at vero Iustinus destinavit Chuadi
regi Persarum legationem pro pace et quasi super alio quodam scribens
etiam de Zeliebe significavit 'quia opitulationis iuramenta cum Romanis
habet et quia munera accepit multa et vult proditor Persarum fieri. et
quia oportet nos, cum simus fratres, ad amicitiam venire et non a cani-
bus istis illudi'. tunc Chuades accersiens secreto Zelieben sciscitatus est,
si accepisset a Romanis munera, hortatus adversus Persas. qui dixit
'etiam' et iratus Chuades occidit eum et per noctem missa multitudine
Persarum interfecit populum eius suspicatus, quod dolo venissent ad illum.
quotquot autem potuerunt fugire, redierunt ad propria. quinto anno im- 92
perii Iustini Zathus rex Lazorum recedens a regno Persarum regnante
Kabade et Zathum amante, qui etiam illum in regem Lazorum provexerat,
venit Byzantium ad Iustinum et rogavit eum, ut fieret Christianus et ab
ipso appellaretur imperator Lazorum. at imperator cum gaudio illo sus-
cepto illuminavit eum et filium appellavit. provectus autem imperator
Lazorum a Iustino portavit coronam et clamidem imperatoriam albam. quo
comperto Kabades Persarum rex significavit imperatori Iustino dicens
'quia cum amicitia et pax sit inter nos, que inimicorum sunt, agis et eos,
qui sub potestate Persarum a seculo erant, assumpsisti?' qui remisit ei
'nos quemquam subiectorum imperio tuo neque assumpsimus neque sub-
vertimus sed ascendens Zathus ad imperia nostra procidens deprecatus

---

1 chalcedonensis *add. L* || 2 deinde *add. L* || 4 ei m^1 *in ras. 2 litt.* || 11 ut supra memorabi *add.* m^2 || 15 a fulgore *om. An.* || 16 curopalates *om. An.* || 21 igitur *add. L* || 24 cuade m^1 || 25 et discens m^1 || biginti *ex* uiginti m^1 || 31 tunc ch *in ras.* || 38 byzan* m^1

218 est, ut ab scelesto et pagano dogmate impiisque sacrificiis et errore demonum liberaretur et accederet ad conditorem omnium deum et fieret Christianus. hunc nos baptizantes absolvimus ad propriam rationem'. ex
16 tunc ergo facta est inimicitia inter Romanos et Persas. ‖ *at vero in Orientis partibus, dum adhuc eo tempore per loca singula Arriana heresis vigeret,*
Anast. 92 *Iustinus* ‖ sexto imperii sui anno ‖ *ardore orthodoxe fidei omnimodis satagere cepit*
Anast. 92. 93 219 18 *praeficiunt.* interea ‖ Kabades Persarum rex filius Perozi multa milia Manicheorum cum episcopo eorum Indazaro uno die peremit una cum senatoribus Persis, qui sensus eorum erant. filium enim eius nomine Pthasuarsan Manichei a puero instruentes repromittebant ei dicentes 'quia pater tuus senuit et si contigerit eum mori, principes magorum unum fratrum tuorum faciunt imperatorem eo quod teneat dogma ipsorum. nos autem possumus per orationes nostras suadere patri duo abrenuntiare imperio et te promovere, ut ubique confirmes dogma Manicheorum'. qui repromisit hoc facere, si imperasset. cum autem hec Kabades cognovisset, iussit conventum fieri quasi facturus filium suum Pthasuarsan imperatorem et omnes iuvens Manicheos una cum episcopo eorum et mulieribus et liberis adesse conventui similiter et principem magorum Glonazen et magos et Christianorum episcopum Boazanen dilectum a Kabade utpote medicum optimum. et convocatis Manichaeis ait 'gaudeo super dogmate vestro et volo dare, dum vivo, filium meum Pthasuarsan ut consentaneum vestrum, sed segregate vosmet ipsos ad recipiendum eum'. qui freti fiducia semet ipsos segregaverunt. Kabades autem praecipiens exercitus suos ingredi omnes concidit gladiis cum episcopo ipsorum sub conspectu principis magorum et Christianorum antistitis. igitur cum terre motus apud Antiochiam adhuc teneretur, Eufrasius episcopus obrutus est a terremotu et mortuus est et omnis domus et ecclesia cecidit et pulcritudo civitatis exterminata est. non enim facta est talis divinitus ultio in alia civitate per omnes generationes. at piissimus imperator Iustinus his cognitis plurimum animo doluit ita, ut ablato diademate a capite suo et purpura lugeret in sacco sedens per dies multos adeo, ut in die festo procedens ad eclesiam non passus sit portare coronam vel clamidem. porro mense Aprili eiusdem quinte indictionis egrotus imperator Iustinus effectus provexit, dum adhuc viveret, in imperatorem Iustinianum sororis sue filium, qui et coimperavit ei mensibus quattuor. mense autem Augusto eiusdem
19 quinte indictionis *Iustinus* obiit ‖ *apud Constantinopolim, cum Augustalem dignitatem annis undecim amministrasset.*

---

3 rationem] regionem *An.* ‖ 24 seme* m^1 ‖ 26 igitur *add. L* ‖ 27 ant*am m^1, *4 litt. eras.*

LIBER XVIII (PAVLI XVI).

219 21 *Anno ab incarnatione domini quingentesimo bicesimo* ‖ primo ‖ *Iustinianus* Roma- Anast. 93
22 norum solus *Augustalem adeptus est principatum*
220 6 *interea* ‖ rex Herulorum Gretes nomine venit Constantinopolim cum populo Anast. 93
suo et petiit imperatorem, quo fieret Christianus. qui baptizatum in theophaniis suscepit eum ex baptismate repromittentem auxiliari ei, in quibuscumque voluisset. eodem anno adhesit Romanis mulier quedam ex Hunnis, qui dicuntur Saber, barbara nomine Boazer vidua habens secum Hunnorum milia centum. tum et rex Hunnorum, qui sunt iuxta Bosphorum, nomine Gorda accessit ad imperatorem et factus Christianus susceptus est ab imperatore et multis ei prestitis donis misit eum in regionem ipsius ad Romanas custodiendas res et Bosphorum civitatem, que pro eo, quod Romanis boves per singulos annos pro pecuniis inferebat, Bosphorus appellata est. locavit autem et numerum militum Romanorum et tribunorum custodire civitatem propter Hunnos et exigere tributa boum. promulgavit autem formam de episcopis et oeconomis et orphanotrophis et exenodochis, ne hereditate possiderent nisi, que, priusquam proveherentur, habuisse probarentur, de quibus et testamentum emittere potuissent; ab hora vero, qua promeretur, neminem habere licentiam disponendi sed omnia ipsius venerabilem domum hereditari. exposuit imperator leges validas contra lividinosos et multi puniti sunt et factus est timor multus et cautela. renovavit etiam contrarias leges faciens singularem codicem et vocans eum novellas constitutiones, in quibus non permittit principem in locis, quibus preest, emere possessionem aut edificare domum aut hereditari extraneam personam, nisi quis sibi cognatus existat. eodem anno passa est a divina indignatione rursus Antiochia post duos annos priori passionis et factus est terre motus magnus et tempestas gravissima et letaniam faciebant, qui remanserant, omnes dulciati clamantes et proicientes se pronos super nives clamantes kyrie eleison. apparuit autem in visu cuidam dei cultori homini, ut diceret omnibus residuis, quo suprascriberent in superliminaribus suis: Christus nobiscum, state. quo facto stetit ira dei et rursus imperator et Augusta multas pecunias donaverunt in recuperationem et edificationem Antiochensium civitatis, quam et cognominavit Theupolin. porro duodecimo kalendarum Apriliarum septime indictionis irruit Alamundarus Zecices regulus Saracenorum et depredatus est primam Syriam usque ad terminos Antiochiae in locum, qui dicebatur Litargum, et occidit multos et incendit exteriora Calcedonis. et audientes primores Romanorum exierunt adversus eum. quo comperto Saraceni una cum Persis sumpta preda seu captivis fugierunt. preterea Samarite et Iudaei in Phalestina imperatorem quendam Iulianum coronantes et arma contra Christianos moventes rapinas et homicidia et incendia operati sunt, quos deus tradidit in manus Iustiniani et interemit omnes et decollavit Iulianum tyrannum. tertio namque

2 bicesimo primo *m*2 *in ras.* ‖ 16 occomis *m*1 ‖ 17 hereditates *An.* ‖ 19 qua promouerentur *An.* ‖ 26 ant**ia *m*1 ‖ 28 dulciati] discalceati *An.* ‖ clamantes *om. An.* ‖ 33 ant**ensium *m*1 ‖ 36 antiochiae] ant** *m*1 ‖ 38 seu] cum *An.* ‖ 39 palestina *m*1 ‖ 42 tertio namque *in ras.*, interea tertio *An.*

220 imperii sui anno Iustinianus imperator promulgavit, ne militaret pagani nec heretici nisi soli orthodoxi Christiani, dans illis et indutias usque ad
6 menses tres ad conversionem. ‖ *interea Athalaricus Gothorum rex*
Anast. 95 221 2 *obiit.* ‖ septimo deinde imperii Iustiniani anno facta sunt Wandalica bella. episcopus autem quidam orientalis partis imperatorem Iustinianum deterruit dicens ex deo sibi visionem factam iuventem sibi ad imperatorem accedere et postulare, ut Christianos, qui erant in Lybia, liberaret a tyrannis. quibus imperator auditis retinere mentem ultra non potuit sed tam exercitum et naves armis circumdedit et victualia preparavit Bilisariumque im procinctu esse precepit in Lybiam pretorem mittendum, quem et pretorem imperator principaliter in omnibus statuit. erat autem cum eo et Procopius harum rerum conscriptor. proficiscentes autem a regia urbe adierunt Habidum. Bilisarius vero curabat, quatenus universus stolus simul navigaret et in predium idem ipsum diverteret. cumque ad Syciliam pervenisset, misit Procopium conscriptorem Syracusam, si forte inveniret quosdam, qui se in Libiam ducerent. ipse vero stolo accepto ad Caucanam properavit villam ducentis a Syracusa stadiis differentem. Procopius ergo Syracusam ingressus escas emit; consecutus quoque est inopinate virum, qui sibi fuerat amicus a puero quique experimentum habens Lybiae locorum et maris, tres tantum dies transierant, ex qua Kartagine venerat et asseverabat omnem securitatem habere illos et haud metuere quemquam eorum, quod adversus se moveretur exercitus ita, ut a quattuor mansionibus malis Gelimer moraretur. hunc ergo assumptum Proco-
96 pius ad Caucana perveniens Bilisario presentavit. quibus compertis Bilisarius transmeavit et exivit in quoddam predium aggeremque ac vallum profundum facientes castra metati sunt. ubi et cum locus inaquosus esset, vallo effosso terra protulit aquam ad omnem utilitatem animantibus et exercitibus. sequenti vero die populus ad predam prorupit. pretor autem his accersitis hec ad eos locutus est 'violentia quidem inferre alienisque pasci iniustitia est in omni tempore maximeque nobis in periculis constitutis. ego enim in hoc fisus in hanc vos terram transvexi, ut iustitia et opere bono tam deum placemus quam Afros ad nosmet attrahere procuremus. hec autem vestra intemperantia in contrarium vobis proveniet et aget, ut Afri Wandalis auxilientur. sed acquiescentes verbo meo ementes escas asportate et neque iniusti esse videamini neque amicitiam Afrorum in inimicitiam convertatis sed deum potius placare studete, cessate insilire in aliena et lucrum excutite periculis plenum'. mittens autem Bilisarius electum exercitum urbem sine labore comprehendit. noctu enim ad eam accedentes et una cum introeuntibus plaustris rusticorum ingredientes hanc optinuerunt et cum dies factus fuisset, tam sacerdotem quam huius primos captantes ad pretorem destinaverunt. Bilisarius itaque Cartagine capta commovebat milites dicens 'videte, quanta prospera facta sint nobis, quoniam sobrietatem erga Afros ostendimus, videte honestatem in Kartagine conservate et nequis quemquam opprimat nec quicquam ipsius subripiat; cum enim multa mala fuissent a Wandalis barbaris viris perpessi, imperator autem noster ad auxiliandum eis nos misit et ad libertatem donan-

1 anno fac m^2 *in ras.* ‖ uandalica m^1 ‖ 9 *in* uictualia *alt.* a *sup. lin.* ‖ b*lisariumque m^1 ‖ 13 bilisarius *ex* belisarius m^1 ‖ 15 pr*copium m^1 ‖ 31 oc m^1 ‖ 32 nosmet *ex* nosmed m^1 ‖ 34 *et* 45 uandalis m^1 ‖ 36 in *add.* m^2 ‖ 42 commonebat *An.* ‖ 44 conseruare *An.* ‖ 46 autem *add.* *L*

221 dam'. hec commonens Kartaginem introivit et ascendens palatium in Gelimeris solio sedit, ad quem accedentes negotiatores Kartaginis et quotquot iuxta mare manebant queritantes se rapinam a classibus pertulisse. at vero Kalonymum navium principem iuramento constrinxit, quatenus omnia, que rapta fuerant, asportaret et propriis dominis redderet. qui defraudans ex eis et peiurans non post multum vindictam exsoluit. nam extra sensus effectus suam ipsius linguam comedens obiit. ita vero pretor sine tumultu urbem possidebat, ut nec iniuriam quempiam inferret homini nec in foro quisquam obserare domum contingeret sed ementes milites manducabant. eos vero Vandalos, qui ad sacra confugerant, fide prestita educebat. murorum autem civitatis diligentiam exhibebat, cum antea neglegentia ruerent. porro dicebant et vetus verbum Kartagine dictum videlicet 'Gamma persequebatur Beta, nunc Beta Gamma'. quod videtur esse perfectum. prius enim Gensericbus Bonifatium insecutus est, nunc vero Bilisarius Gelimerem. preterea tot pecunias multitudo repperit, quod in nullo loco umquam esse contigerat. denique Romanorum principatum depopulantes pecunias multas in Lybiam transtulerunt. et cum ipsa regio optima et fecunda esset, pecuniarum reditus eis effecti sunt multi. nonaginta quippe et quinque annis Vandali Lybiam tenuerunt et cum multas divitias collegissent, in illa die in Romanorum manus omnes divitie redierunt. in tribus enim mensibus, cum pugnasset Bilisarius, idest a kalendis Septembribus usque ad kalendas Decembrias totam Lybiam subdidit. misit autem Iohannem Armenium cum ducentis electis persequi Gelimerem, donec eum vivum aut mortuum comprehenderet. qui preoccupans Gelimerem comprehensurus erat, nisi res contigisset huiusmodi. Huliares quidam ex Bilisarii armigeris erat cum Iohanne, qui vino inebriatus videns avem super arborem insidentem tenso arcu iecit adversus avem et avem quidem consecutus non est, Iohannem vero retro in cervicem percussit. qui plagatus mortuus est multum luctum tam imperatori Iustiniano et Bilisario quam cunctis Romanis et Kartaginiensibus derelinquens. taliter Gelimer effugiens illa die ad Maurusios properavit. quem Bilisarius persecutus in Papua monte in nobissimis Numidie circumclusit hunc obsidens per hiemem deficientibus ei omnibus necessariis. panis enim apud Maurusios non fit neque vinum neque oleum sed far et ordeum inmaturum ut irrationabilia animalia comedunt. hos Gelimer incidens scribit ad Pharan, quem dimiserat Bilisarius ad custodiendum eum, ut mitteret sibi cytharam et panem unum et sphongiam. Faras autem hesitabat, quidnam esset hoc, donec qui detulerat epistulam dixit 'quia panem quidem desiderat videre Gelimer non videns panem, ex quo ascendit in montem, sphongiam autem propter oculos non lotos ac per hoc lesos, quatenus hos sinceros sphongia reddat, porro cytharam, ut calamitatem eam lamentetur et defleat'. his auditis Faras condolens et fortunam humanam deplorans secundum eius scripta faciebat et omnia mittebat, quecumque Gelimer egebat. praeterea cum hiems transisset, metuens Gelimer obsidionem Romanorum et cognatorum misertus filiorum, qui vermes in eadem miseria fecerant,

2 accesserunt *An.* ‖ 8 quampiam *An.* ‖ 9 quospiam *An.* ‖ 13 persequebatur *ex* persequetur ‖ beta gamma quod uidetur *post add.* m^1 *ut vid.*, *om. An.* ‖ 14 b·lisarius m^1 ‖ 21 bilisarius *ex* belisarius m^1 ‖ idest m^1 *in ras.* ‖ sep *in* septembribus *in ras.*, octobribus *An.* ‖ 41 ea m^1, et *An.* ‖ 11 hiemps m^1

221 dissolutus est mente et ad Faran scripsit. quod fidei verbo recepto ipse et
Anast. 98 qui secum erant ad Bilisarium properarent. quo hunc certum iure iurando reddente assumptis omnibus Kartaginem venit. Bilisarius autem hunc gratanter recepit. at vero Gelimer ridendo ad Bilisarium introivit. quem alii quidem superfluitate passionis excessisse, que sunt nature, delerumque suspicabantur effectum; amici vero huius et sagacem hominem hunc esse cogitabant et cum fuerit rex et regii generis et virtutem validam pecuniasque magnas habuerit, quoniam in fugam versus est et mala in Papua pertulit et nunc ut captivus ductus est, nihil preter multo risu digna, que hominum sunt, arbitratum eum esse perhibebant. Bilisarius autem hunc cum principibus omnibus Vandalorum non in dehonoratione custodiebat, ut ad imperatorem Iustinianum Bizantium duceret. Kyrillo vero statim Bilisarius cum capite Ztatzonis fratris Gelimeris in Sardo insulam misso, que Kyrnus vocabatur, primum, hanc Romanis subegit. in Cesariam autem, quae est in Mauritania, Iohannem alium destinavit, que triginta dierum itinere a Kartagine distans penes Gadira et solis occasum iacet, aliumque Iohannem ex protectoribus unum in fretum, quod est in Gadiris et in castellum quod Septum vocant, direxit. porro in insulas, que iuxta Oceanum sunt, Maioricam scilicet et Minoricam Apollinarium destinavit virum bonum. misit autem et in Siciliam quosdam Afrorum et castrum Vandalorum comprehendere iussit. Gothi vero, qui hoc custodiebant, matri Atalarici hec nota fecerunt, quae scribit ad Bilisarium, ne idem castrum tyrannide caperet, quousque imperator Iustinianus sciret et quod sibi esset visum efficeret. in his ergo Vandalicum bellum finem accepit. verum invidiam utpote in magna felicitate fieri contigit etiam in Bilisarium. quidam enim derogaverunt ei penes imperatorem, quod tyrannidem meditaretur. at imperator misso Salomone temptat Bilisarii voluntatem, utrum cum Gelimere et Vandalis Bizantium veniret an manens illuc eos transmitteret. Bilisarius autem Bizantium profectus est Salomone pretore Lybie derelicto. cumque Bilisarius Bizantium una cum Gelimere et Vandalis pervenisset, magna premia percipere meruit, qualibus nimirum temporibus priscis Romanorum pretores in maximis victoriis digni efficiebantur. sexcentis enim annis transactis nemo ad talem pervenit honorem nisi Titus
99 Traianus et alii imperatores, qui magistratum contra barbaricas nationes optinentes mirabiliter triumpharunt. exuviisque ostensis et ex bello mancipiis in media urbe pompis hec puplicavit, quod triumphum vocant Romani; sic veteri quidem modo sed pedestri incedens in domo sua usque ad Yppodromum. erant autem exuvie, quotquot amministratorio principis ordini competebant, idest throni aurei et redae, quibus regum uxores vehuntur, ornatusque de lapidibus pretiosis compositis, argenti quoque multa milia talentorum et diversorum imperialium vasorum, que Gensenrichus Romano dispoliato palatio Africam tulit inter que et Iudaeorum vasa, que Vespasiani Titus post captam Hierusolimam Romam detulerat. mancipia vero erant ex triumpho tam ipse Gelimer vestimentum quoddam portans purpureum et cognatio eius universa, Vandalorum quoque quotquot valde prolixe stature ac boni corporis erant. cumque Gelimer in Yppo-

4 b*lisarium m^1 || 12 bizan*um m^1 || 24 uandalium m^1 || 25 fieri solet *An.* || 29 biz**um m^1 || 30 bizan** m^1 || 37 in] ex *An.* || 39 et redae] e* re* m^1 || 41 gensrichus m^1

221 dromum pervenisset et tam imperatorem supra tribunal sedentem quam ex utraque parte vulgus astans vidisset, non quiescebat clamans 'vanitas vanitatum omnia vanitas'. pertingentem autem eum iuxta imperatoris tribunal purpura eius ablata pronum cadere et adorare coegerunt imperatorem. at vero imperator Gelimeri predia in Galatia multa contulit et amoena et cum omnibus cognatis suis in his habitare permisit. verum hunc in patricii ordinem non provexit eo, quod ab Arrii secta discedere minime consentiret. Salomone preterea rem publicam moderante Maurusii prelium adversus Afros moverunt. porro Maurusii ex gentibus descendunt, quas Hiesus Nave ex regione Fenicum a Sidone ad Egyptum usque habitantes abegit. qui pervenientes Egyptum et non recepti ab eis ad Lybiam veniunt et hanc inhabitantibus eis nobissimo tempore imperatores Romani terram optinentes hanc Hoen nominaverunt statuentes titulos duos supra magnum fontem ex lapidibus candidis concavos habentes litteras Feniceas dicentes hec 'nos sumus, qui fugimus a facie Ihesu latronis filii Nave'. erant autem et alie gentes in Africa primum indigene habentes regem Asclepium, qui Eraclio corregnavitque Terre filium esse asseveraverunt, qui Kartaginem condiderunt. Salomon autem a Kartagine sumptis exercitibus contra Maurusios properavit. qui in fugam versi et se in precipitia dimergentes semetipsos interficiunt. mortua vero sunt in hoc bello Maurusiorum quinquaginta, Romanorum vero penitus nullus quin nec ictum quisquam eorum ullum accepit sed omnes incolomes victoriam consecuti sunt. plurimi vero principum ipsorum Romanis adiuncti 100 sunt mulierumque atque puerorum tantam multitudinem Romani ceperunt, ut ovis pretio servum Maurusium emere volentibus venundarent. et tunc eis vetus eloquium cuiusdam divine femine contigit 'quia maledictione multitudo eorum a viro sine barba perit'. Salomon quippe a puero eunuchus preter voluntatem effectus est pre passione genitales partes amittens. porro tota Lybiam percepta Kartaginem rediit. preterea vere incipiente missus est Bilisarius Siciliam Romanis facere tributariam. ubi eo hiemante Romani Libye contra Salomonem simultates fecerunt hoc modo. acceptis enim interemptorum uxoribus Vandalorum habebant et agros earum ut suos et solvere imperatori pro eis tributa nolebant. at vero Salomon commonebat eos, ne contradicerent imperatori sed huic, que deliberata fuissent, penitus redderent. ceciderunt autem quidam eorum maximeque Gothorum in Arrii sectam, quos sacerdotes eclesiae segregabant et nec liberos eorum baptizare volebant. unde et in die festo simultas effecta est. consiliati vero sunt milites Salomonem in templo perimere. qui hoc audito suadere eis recedere a seditione temptabat, quod non post 7 pauca optinuit. || *porro dum Agapitus pontifex*

222 11 *Bilisarius vero* || sedule a papa Silverio acriter increpatus, cur tanta ac talia Ignot. homicidia Neapolim perpetrasset, tandem correptus et penitens rursus proficiens Neapolim et videns domos civitatis depopulatas ac vacuas tandem reperto consilio recuperandi populi colligens per diversas villas Neapolitane civitatis viros ac mulieres domibus habitaturos immisit idest Cumanos Puteolanos et alios plurimos Liburia degentes et Plaia et Sola et Piscinula et loco Troccla et Summa aliisque villis nec non Nolanos et Syren-

17 corregnauit quem *An.* || 20 semet *ex* semed m^1 || 23 principium m^1 || 29 lybia m^1 || 34 nec m^1

222 tinos et de villa, que Stabi dicitur adiungens viros ac mulieres simulque et de populis Cimiterii adiunxit. non post longum tempus rursus Africam pugnaturus cum Wandalis pergens victoriam de eis adeptus est. ex quorum reliquus captivorum Africe terrae nec non et Siciliae et Syracuse civitatis simulque civitatum Calabrie idest Regium Maluitum Consentiam villarumque earum populos atque totius Apulie colligens depopulatam civitatem implevit. tamen sepissime in collectione populorum de singulis urbibus venientium solet accrescere stultiloquium: annualiter illis dirigebat pretor Sicilie virum novilem ac sapientem, qui iudicaret et discerneret ea, que illi minime sciebant.
12 at *vero Bilisarius Neapolim* ‖ *ordinatam relinquens Romam regressus est*
224 4 *(Totila) per Campaniam virique dei Benedicti patris caenovium iter faciens*
(Greg. dial. 2, 15) ab eo talia audire meruit 'multa mala facis, multa mala fecisti; iam ab iniquitate compescere. et quidem mare transiturus Roma ingressurus nono
5 anno regnas decimo morieris'. deinde a monasterio descendens *per Lucaniam ac Britiorum fines*
Anast. 105 16 *qui statim Narsim eunuchum suum cubicularium* ‖ exarchum ‖ Italie fecit et Romam *cum manu valida dirigit, ut afflicte Rome quantocius subveniret. is ad*
Paul.H.Lang 2, 1 *Italiam veniens* ‖ cum Langobardis faedus iniit et ad Alboin legatos dirigit, quatinus ei pugnaturo cum Gothis auxilium ministraret. tunc Alboin electa e suis manu direxit, qui Romanis adversum Gothos suffragium ferrent; qui
18 per maris Adriatici sinum transvecti sociati Romanis *magno* cum Gothis *certamine* inhierunt ‖ *quibus ad internicionem paene consumtis regem Totilam,*
Anast. 105 *qui ultra iam decem annos regnaverat, interfecit* ‖ et vestimenta eius cruentata cum coronam lapidibus pretiosis ornatam misit regiam urbem et iacta
107 sunt ad pedes imperatoris coram senatu. deinde urbes eorum munitas
19 duas capiens Veronam scilicet et Brexiam ‖ et Romanam civitatem *uni-*
Paul. H. L. *versamque Italiam ad rei puplicae iura reduxit* ‖ et Langobardos honeratos cum multis muneribus ad propria remisit omnique tempore quo Langobardi Pannoniam possiderunt, Romane rei puplice adversus emulos adiutores fuerunt.

---

2 rursus *add.* m^2 ‖ 11 ens *in* faciens m^1 *in ras. 10 litt.* ‖ 14 nas *in* monasterio m^1 *in ras. 3—4 litt.* ‖ 17 m cum m^1 *in ras.*

Reliqua, quae addit Landolfus libris XVIIII—XXVI, omnia fere ex Anastasio descripta omisimus; pauca, quae Anastasianis inseruit aliunde petita, haec sunt:

in fine libri XVIII: hic Iustinus initio imperii sui bonus fuit. post ‖ in omni Paul. H. L. 3, 11 avaritia incidit idest exemptor pauperum, senatorum expoliator. cui tanta fuit cupiditatis rabies, ut arcas iuberet ferreas fieri in quibuscumque rapiebat auri talenta congregaret. ‖ huius imperii anno undecimo ‖ quod est Anast. 10. Paul. H. L. 2, 7 annus divinae incarnationis quingentesimus sexagesimus octavus indictione prima in ipsis kalendis Aprilis egressi sunt Langobardi de Pannonia et secunda indictio ceperunt predare in Italia, tertia vero indictio ceperunt dominare Italiam.

ineunte libro XVIIII praemissis paucis ex Anastasio (*113, 15* anno ab incarnatione domini DLXXI imperare — *25* rogam multam): erat autem Ti- Paul. H. L. 3, 11 berius iustus utilis strenuus sapiens, in elemosinis largus, in iudiciis iustus, in victoria clarus, nullum despiciens sed omnes in bona voluntate complectens. hic cum multos de thesauris, quod Iustinus aggregaverat, pauperibus erogaret, Sophia Augusta frequentius eum increpabat, quod rem puplicam redigisset in paupertatem, dicens: 'quod ego multis annis congregavi, tu infra paucum tempus prodige dispergis'. agebat autem ille 'confido in domino, quia non deerit pecunia fisco nostro tantum, ut pauperes elemosinas accipiant aut captivi redimantur. hoc est enim magnum thesaurum dicente domino: thesaurizate vobis thesauros in celo, ubi neque erugo nec tinea corrumpit et ubi fures non effodiunt nec furantur. ergo de his, que dominus tribuit, congregemus thesauros in caelo et dominus nobis augere dignabitur in seculo'. ‖ quadam autem die ‖ deambulans per 12 palatium vidit in pavimento domus tabulam marmoream, in qua erat crux dominica sculpta, et ait 'crucem domini nostri frontem nostram et pectora munire debemus et ecce ea sub pedibus conculcamus'. et dicto citius iussit eam tabulam auferri defossamque tabulam atque erectam inveniunt subter et aliam hoc signum habentem. qui et ipsam iussit auferri. que amota reperiunt et tertiam. iussuque eius cum et hec fuisset ablata, inveniunt magnum thesaurum habentem supra mille auri centenaria. sublatumque aurum pauperibus adhuc abundantius, quam consueverat, largitur. Narsis quoque patricius Italie cum multis thesauris ab Italia ad supra memoratam urbem advenit ibique in domo sua occulte cisternam magnam fodit, in qua multa milia centenariorum auri argentique deposuit. interfectisque omnibus consciis uno tantummodo seni hec pro iuramentum ab eo exigens commendavit. defuncto quoque Narsete supradictus senex ad Cesarem Tiberium veniens dixit 'si mihi aliquid prodet, magnam rem tibi, Cesar, edicam'. cui ille 'dic' ait 'quod vis, proderit enim tibi, si quid

4 hic — fuit] erat . . iustinus . . ad omnia prosper *An.* ‖ 5 incidit] deditus *Paul.* ‖ idest *add. L* ‖ contemptor *Paul.* ‖ 6 quibuscumque] quibus ea quae *Paul.* ‖ 12 *Paul. l. l.*: (*Iustinus*) tiberium . . adsciuit hominem iustum utilem strenuum sapientem elemosinarium in iudiciis aequum in uictoriis clarum et quod his omnibus supereminet uerissimum christianum ‖ 21 captiuis redimatur *m*[1] ‖ 34 ab italia *add. L* ‖ 36 reposuit *Paul.* ‖ 37 uni *Paul.* ‖ per *Paul.* ‖ 38 quoque] uero *Paul.* ‖ 39 prodest *Paul.*

nobis profuturum esse narraveris'. 'thesaurum' inquit 'Narsetis reconditum habeo, quod in extremo vite positus celare non possum'. tunc Cesar Tyberius gavisus mittit usque ad locum pueros suos, recedente vero sene hi secuntur attoniti pervenientesque ad cisternam deopertamque ingrediuntur, in qua tantum auri vel argenti reopertum est, ut per multos dies vix a deportantibus potuissent evacuari. que ille pene omnia secundum suum
11 morem erogationem largifluam dispensavit egenis. ‖ denique et cum Roma temporibus Benedicti pape vastantibus omnia per circuitu Langobardis fame penuria laboraret, multa milia frumenti navibus ab Egypto dirigens eam
12 suae studio misericordie relevabit. ‖ hic cum Augustalem coronam acceptu-rus esset eumque iuxta consuetudinem ad spectaculum circi populus expectaret, insidias ei preparans alii adversarii, ut Iustinianum Iustini nepotem in dignitatem imperatoriam sublimarent. ille per loca sancta procidens, dehinc vocatum ad se pontificem urbis cum consulibus ac prefectis palatium ingressus, indutus purpura, diademate coronatus, throno imperiali impositus et immensis laudibus in regni est gloria confirmatus. quod eius adversarii audientes nihilque ei, qui in deo spem suam posuerat, officere valentes magno sunt confusione et pudore cooperti. transactis autem paucis diebus adveniens Iustinianus pedibus se proiecit imperatoris ob meritum gratie quindecim auri centenaria deferens. que ille secundum patientie sue ritum colligens sibi in palatio assistere iussit. Sophia quoque Augusta immemor promissionis, quam quondam in Tyberium habuerat, insidias ei temptavit ingerere. procedente autem eum ad villam, ut iuxta ritum imperialem triginta diebus ad vindemiam iocundaretur, vocato clam Iustiniano voluit eum sublimare in regno. quo comperto Tyberius cursu veloci Constantinopolim regreditur apprehensamque Augustam omnibus thesauris spoliavit solum ei victum cotidiani alimenti relinquens segregatisque pueris eius ab ea alios de fidelibus suis posuit, qui ei parerent, mandant prorsus, ut nullus de anterioribus ad eam haberent accessum; Iustinianum vero verbis solummodo abiurgatum tantum in posterum amore dilexit, ut filio eius filiam suam promitteret rursumque filio suo filiam eius expeteret. sed hec res nescio quam ob causam ad affectum minime pervenit.

in fine libri XXIIII: porro eodem tempore (*a. d. 775*) Adelgisus Langobardorum rex ad regiam veniens urbem imperatori se profugus contulit.

5 repertum *Paul.* ‖ 12 alii aduersarii *om. Paul.* ‖ 14 cum *supra scr.* ‖ 16 et] cum *Paul.* ‖ 18 confusionis pudore *Paul.* ‖ 21 quoque] uero *Paul.*

APPENDIX.

EXCERPTA EX PAVLI HISTORIA ROMANA

CODICVM

BAMBERGENSIS VATICANI VRBINATIS.

cod. Bambergensis E III 14 saec. XI
cod. Vaticanus 1984 saec. XI—XII
cod. Vrbinas 961 membr. saec. XIV

EPISTVLA.

Dominae Athelbergae clarissimae et magnae ductrici — quod vulgo ducissa dicitur — Paulus parvus et humilis. cum tu ad exemplum subtilissimi consimilis tui, qui nostro tempore solus sapientissimorum principum studia tenet, ipsa per suptilem sapientiam et per sapientissimum studium sapientum obscura perquiras in tantum, ut philosophorum clarissima verba et versificatorum dulcissima dicta tibi in manifesto sint, historiis etiam seu expositionibus tam caelestibus quam saecularibus es adiuncta, ipse ego, qui sapientiae tuae semper adiutor fui et modo legendam tibi Eutropii historiam optuli — idest dedi —, quam vero historiam cum tu, sicut solita es, sollicito animo perquisisses, hoc tibi in eadem historia displicuit — idest non placuit — absque eius brevitate, quia quasi homo gentilis nullam commemorationem fecit de divina historia. placuit itaque sapientiae tuae, ut ipsam historiam in aliquantis locis extenderem et dilatarem et aliquid de sacris scripturis in ipsa adiungerem, ut tempora, quibus ipsae causae actae sunt, apertissime notificarentur. sed ego, qui semper tuis imperiis obedire desidero, utinam imperata tua sic expleam, sicut coepi facere. et primo ab ipsa historia ordinem loquendi incipiens ego et ipsum ordinem pro loci merito extendens et aliquanta, quae temporibus istis merentur, de divina lege interposui et sic ad lucem sacrae historiae ordinem ipsum perduxi. et quia ipse Eutropius usque ad imperium Valentis historiam suam descripsit, ego ab ipso Valente scribere coepi et in sex libris, in quantum potui, ad Iustiniani tempora perveni et adiuvante deo, ut haec mea historia vestrae placeat voluntati, permitto vobis, ut si vitam mihi deus concesserit usque ad nostram aetatem ipsam historiam scribere.

Gaude domina mater divinis adiuvata auxiliis cum glorioso tuo consimile et tribus filiis gaudia habendo beata.

ystoria rom a paulo digest *praemittit Bamb.*, epistola pauli ad eđelbergam ductricem beneuent *O(xoniensis Magd. 14 saec. XIV)* ‖ 1 ađelbergae *O* ‖ ducisse *O* ‖ 2 consulis B^1 ‖ 3 studium *O* ‖ 5 seu etiam *O* ‖ 7 solita ex sollicita animo *O* ‖ 10 dilatarem] ulciarem *B* ‖ 12 sicut] sic *B* ‖ 14 istis] ipsis *O* 17 promitto *O* ‖ 20 *post* beata *add. O* historia de imperio et gestis romanorum secundum eutropium

LIBER I.

e cod. Vaticano 1984.

Incipit liber Romanae hystoriae Eutropii gentilis usque ad obitum Ioviani imperatoris, cui aliqua Paulus Aquilegensis diaconus addidit rogatu Adelpergae Beneventanae doctrici; deinde idem Paulus ex diversis doctribus colligens a Valentinianii imperio incipiens usque ad tempora Iustinianii, quem Landolfus Sagax secutus plura et ipse ex diversis auctoribus colligens in eadem hystoria addidit, et perduxit eam usque ad imperium Leonis; quod est annus dominicae incarnationis DCCCVI indic VII. amen.

Primus in Italia regnavit rex nomine Ianus, deinde quidam nomine (mine *cod.*) Saturnus, qui fugit de Graecia propter Iobem filium suum et venit in Ytaliam fecitque civitatem in partes Tusciae non longe a Roma miliario triginta tres. ad huc Roma condita non erat. qui dum civitate aedificavit, Saturnus in suo nomine Saturnia apellavit (appellans m^2). qem modo Sutrio appellantes eo quod sub tricesimo tertio miliario ab urbe situm est. et quia Saturnus in Italia latuit idest absconditus fuit, inde Latium appellaverunt Italiam. ipse namque Saturnus docuit populos ipsius terrae facere domos arare terras plantare vineas et vivere sicut homines, nam antea nesciebat laborare sed erat sicut bestiae manducantes glandes et pomas (poma m^2) et herbas et habitabant in criptis et cavernis petrarum et in castellis de frondibus coopertum; ipse enim monstravit facere nummos aereos, quos vulgo follares nominamus, et prae his omnibus, quae monstravit, a rusticis deus nominatus est.

Post Saturnus regnavit Picus filius eius, qui fuit pater Fauni regis, de quo fabulose dicitur, quod a quaedam famosissima maga circe nomine ob contemptum eius amorem in avem sui nominis sit mutatus (de quo — mutatus *add.* m^2 *i. m.*) post Picus regnavit Faunus, qui fuit pater Latini (*add.* m^2) regis; huius mater Carmentis Nicostrata nomine, qui Latinas litteras invenit; deinde regnavit Latinus, qui Latinam linguam emendavit et Latini suo nomine appellati sunt. isti praedicti regis regnaverunt centum quinquaginta annos, cum apud Ebreos Laban tertium sui principatus annum ageret, et apud Assirios Tautanes, apud Aegyptios Thous

e cod. Bambergensi.

et dicunt alii.

Primus in Italia regnavit rex nomine Ianus, deinde quidam nomine Saturnus fuit (fugit m^2) de Graecia Iovem filium suum et venit in Italiam fecitque civitatem in partibus Tuschiae non longe a Roma, quae de suo nomine Saturnia dicta est et quia Saturnus in Italia latuit idest absconditus fuit, inde Latium appellaverunt Italiam. iste namque Saturnus docuit populum ipsius terrae facere domos laborare terras plantare vineas et vivere sicut homines, nam antea nesciebant laborare sed erant sicut bestiae manducantes glandes et habitabant in criptis et in casellis de frondibus coopertis; ipse enim monstavit facere nummos aereos, quos vulgo follares nominamus, et prae his omnibus, quae monstravit, a rusticis deus appellatus est.

Post Saturnum regnavit Picus filius eius, post Picum Faunus filius eius, qui fuit pater Latini; huius mater Carmentis Nicostrata dicitur, quia Latinas litteras invenisset; deinde regnavit Latinus, qui Latinam linguam emendavit et Latini de suo nomine appellati sunt. isti praedicti reges regnaverunt per centum quinquaginta annos.

per paginas 380—391 in ima pagina apponitur cod. Vrbinatis discrepantia a cod. Bamberg. textu.

1 et] ut ‖ 3 nomine quidam ‖ fuit] qui fugit ‖ 4 iobem ‖ 5 et fecit ‖ tusciae ‖ 6 a] ab ‖ 8 latius ‖ 9 populos ‖ ipsius *om.* ‖ 10 plantare — 12 laborare *om.* ‖ 13 in *ante* casellis *om.* ‖ casellis] castellibus ‖ 14 monstrauit

e cod. Vaticano.

regnaret expletis a mundi principio annis IIII XVIIII, a diluvio anni mille DCCLXXVII, a nativitate Abrahae quadragesimo tertio anno Nini regis Assiriorum anni DCCCXXXV, a nativitate Moysi anni CCCCX, ante urbem autem conditam anni CCCCIIII, ante primam quoque olimpiadem anni quadringenti sex.

Inter haec Troia a Graecis capta est, ut superius diximus, et Aeneas Veneris et Anchises filius in Italiam venit anno tertio post Troiae excidium (anno — excidium *add. m*[2]) et cum Turno, ut supra dictum est, pugnavit et occidit eum eiusque sponsam Lavineam Latini regis filiam in coniugio accepit, de cuius etiam nomine Lavinium oppidum, quod construxerat, appellavit. regnavit igitur Aeneas super Latinis annis tribus et mortuus est. mortuo itaque Aeneas accepit regnum Ascanius, qui et Iulius, eiusdem Aeneae filius, quem apud Troiam ex Creusa coniuge genuerat et secum in Italiam veniens acduxerat.

Qui Ascanius derelicto novercae suae Laviniae regno Albam Longam condidit et Silvium Postumum fratrem suum ex Lavinia filium summa pietate educavit. deinde Ascanius genuit filium, quem Iulius nominavit, a quo et familia Iuliorum exorta est. parvulus, quia necdum regendis civibus idoneus erat. Ascanius, cum XXXIIII annis regnasset, Silvium Postumum fratrem reliquit heredem.

Silvius igitur Postumus regnavit annis XXXVIIII, Posthumius autem inde dictus est, quia post mortem patri sui natus est, Silvius appellatus est, quia in silva natus est; inde et omnes reges Albanorum Silvii nominati sunt. post quem regnavit Aeneas Silvius annis XXXI. deinde Latinus Silvius regnavit annis L, quo etiam tempore apud Hebraeos David regnavit.

Post cuius obitum regnavit Egyptum sibextis eius filius annis XXIII, deinde Capi Silvius superioris regis filius annis XXVIII, qui Capuam in Campaniam construxit. item Carpentus Silvius regnavit annis XXXVIIII, post quem Tiberinus Carpenti filius anni VIIII; ab huius nomine Tiberinus fluvius dictum est eo, quod in eum cecidit et mortuus est ibi, nam antea Albula dicebatur ipse fluvius. successit huic Agrippa Silvius regnans annis quadraginta, cuius temporibus Homerus fuisse in Graecia perhibetur. deinde Remus Silvius Agrippa superioris filius regnavit annis XVIIII. iste praesidium Albanorum inter montes, ubi nunc Roma est, posuit: qui ob

e cod. Bambergensi.

Inter haec Troia a Graecis capta est, et Aeneas Veneris et Anchisae filius in Italiam venit et cum Turno, ut supra dictum est, pugnavit et occidit eum et sponsam eius Laviniam filiam Latini regis uxorem accepit. et post mortem Latini tenuit regnum eius et regnavit annis tribus. Mortuo itaque Aenea accepit regnum Aschanius filius eius, qui et Iulius dictus est, quem de Troia secum adduxerat.

Inter haec relinquens Ascanius Laviniam suam novercam, quae vulgo matrinia dicitur, et fecit sibi civitatem, quam Albam Longam nominavit. Lavinia vero genuit post mortem Aeneae filium ex ipso creatum (cretum *m*[1]) quem appellaverunt Posthumium. Ascanius vero tulit eum et cum magno amore nutrivit. deinde Ascanius genuit filium, quem Iulium appellavit, de quo generatio Iulii descendit. Ascanius autem cum regnasset per viginti octo annos mortuus est et dimisit regnum fratri suo Postumio.

Post Postumius autem Silvius regnavit annis viginti et novem, Postumius autem inde est dictus, quia post mortem patris sui natus est, Silvius dictus est, quia in silva fuit nutritus, unde et omnes reges Albanorum Silvii nominati sunt. post hunc Aeneas Silvius regnavit annis triginta unum, deinde Latinus Silvius regnavit annis quinquaginta.

Post mortem eius Alba Silvius regnavit annis quadraginta, post hunc Aegyptus sive Athis filius eius regnavit annis viginti quattuor, deinde regnavit Capis Silvius annis viginti octo; iste fecit Capuam in Campania. Item Carpentus Silvius regnavit annis tredecim. post istum Tyberius Carpen regnavit annis novem. de istius nomine dictus est Tyberis fluvius, quia cadens ibi mortuus est, nam antea Albula dicebatur ipse fluvius. post istum regnavit Agrippa Silvius annis quadraginta; istius tempore dicitur fuisse in Graecia Homerus doctor. deinde regnavit Silvius Agrippae filius annis decem et novem. post hunc regnavit Aventinus Silvius annis triginta

2 italia || 4 latini regis filiam || 5 et *om.* || 7 itaque] autem || 11 matrinea || et *om.* || 12 albaniam || 15 postumum || 17 nominauit || et *ante* generatio *add.* || 19 octo *om.* || 20 postumo || 21 *et* 22 postumus || et *om.* || est *post* dictus || 23 est natus || 24 dictus est *om.* || et *om.* || 27 uno || (*et* 29. 31. 32. 34. 35 annos || 30 quadraginta — 31 annos *om.* || 33 campaniam || siluius] filius eius || 34 tresdecim || 35 carpentus || 36 tyberius || quia — 38 fluuius *om.* || agripa || 39 temporibus istius || 41 filius agrippae || 42 albentinus

e cod. Vaticano.

impietatem fulmine ictus interiit. post hunc regnavit Aventinus Silvius annis XXXVII, qui fuit Aremuli superioris regis filius quique in eo monte, qui nunc pars urbis est, mortuus ac sepultus aeternum locum vocabulum dedit idest mons Abentinus nominatur usque in praesentem diem.

Successor extitit Procas Silvius eiusdem Aventini filius, qui regnavit annis XXIII. qui regnante Fidon Argivus mensura et pondera repperit, cum apud Hebreos Azarias in Iuda et Hieroboam in Israel regnarent. isti quoque Amolius succedens eius iunior filius regnavit annis XLIII. Numitor Procae regis maior a fratre Amulio de regno suo eiectus et in agro suo vixit. Rea Silvia eiusdem Numitoris filia adimendi partus gratia virgo Vestalis electa est. postea concubuit cum ea deus Martis et nati sunt ex ea duo filii Remus et Romulus. mater vero illorum propter adulterium, quod commisit, iuxta legem eorum in terra viva defossa est. verum parvulos prope ripam fluminis expositos Faustulus regis pastor armenti ad Accam Laurentiam uxorem suam detulit, quae ob pulchritudinem et rapacitatem corporis sui eo quod multum lucrum adquirebat de suo corpore, eius vicini appellabant eam lupam, unde usque hodie memoriam meretricum cellulae lupanaria dicuntur. pueri cum adolevissent et crevissent, collecta pastorum et latronum multitudo et habeuntes occiderunt intra civitatem Albam Amulium, qui avum illorum de regno eiecerat et praedictum avum suorum Numitorem in regnum restituerunt.

e cod. Bambergensi.

tribus et de istius nomine dicitur mons Aventinus, quia ibi sepultus est.

Deinde successit ei in regnum Procax Silvius eiusdem Aventini filius, qui regnavit annis viginti tribus; post istum regnavit Amulius eius filius parvulus annis quadraginta tribus. iste iactavit Numitorem fratrem suum de regno et habitavit ipse Numitor in rebus suis. Rea Silvia filia eiusdem Numitoris electa est, ut esset virgo deae Vestae in templo eius. postea concubuit cum ea deus Martis et nati sunt ex ea duo filii Remus et Romulus. mater vero illorum propter adulterium, quod commisit, viva sepulta est secundum legem, quae aput illos erat instituta, filios eius idest Remum et Romulum iactaverunt prope ripam Tiberis (Tiberi *m*²) fluminis. videns autem eos quidam pastor gregis nomine Faustulus levavit eos et portavit ad Accam Laurentiam uxorem suam et nutrivit eos. ipsa vero Acca Laurentia propter quod erat formosa et meretrix et multum lucrum quaerebat de corpore suo, vicini eius appellabant eam lupam, unde et ab illo tempore cellulae, ubi meretrices habitabant, lupanaria nominata sunt. praedictus vero Romulus et Remus cum crevissent, collegerunt pastores ac latrones et abeuntes occiderunt intra civitatem Amulium, qui avum illorum de regno eiecerat, et praedictum avum suum Numitorem in regno restituerunt.

cod. Bamberg.

Romanum igitur imperium a Romulo et Remo initium accepit et sicut in primo, quando exortum est, minus fuit omnibus aliis regnis, ita postea crescendo exaltatum est super alia regna. praedicti vero Remus et Romulus cum haberent annos decem et octo et latrocinarentur inter pastores, fecerunt civitatem parvam in Paletino monte. post hanc civitatem factam, quam de nominibus suis Romam vocaverunt, a qua et Romani nomen acceperunt, hoc consilium habuit Romulus: fecit templum, quod nominavit asilum idest templum misericordiae et permisit, ut quicumque malefactor ibi fugisset non aliquid malum pateretur; propter hanc causam omnes vicini eius, qui mala in sua terra faciebant, fugiebant ad illud. denique elegit centum senatores, per quorum consilia omnia faceret et propter illorum senectutem nominavit eos senatores et quia habebant curam de omnibus appellavit eos praetores (patres *m*²); mille etiam pugnatores elegit, quos a millenario numero mili-

1 albentinus ‖ 4 albentini ‖ 6 iactauit] eiecit ‖ 9 eiusdem numitoris filia ‖ 11 mars ‖ 12 romulus et remus ‖ 14 apud ‖ constituta erat ‖ 17 fastulus ‖ 21 acquirebat ‖ 23 habitant ‖ 26 ac] et ‖ et abeuntes *om.* ‖ 27 eiecerat de regno ‖ 28 autem *ante* auum *add.* ‖ 31 minor ‖ alia] omnia ‖ 32 romus et remus ‖ 33 palatino ‖ 34 romolus ‖ 36 fuisset ‖ malum] mali ‖ terra sua ‖ 37 illum ‖ senes ‖ faceret omnia ‖ 39 patres

cod. Vatic. inde a verbis: Romanum igitur imperium *Pauli verba apponit, quibus inserit haec*

10 P. 1 nominavit et quia habebat curam de omnibus nominavit eos patricios, mille etiam pugnatores elegit quos a millenario numero milites appellavit.

12 P. 1 Byzanzium condita a Pausamo repathanorum (*e Landolfo*) quae

22 21 *post* Gallis *add.* *m*²: collecta multitudine de agrariis

tes appellavit. cumque ille et populus eius uxores non haberent, per fraudes rapuerunt filias Sabinorum. tunc coeperunt pugnare contra eos Sabini Caecinenses Antemnates Crustumii et Fidenates (Fidentes *m*[1]), propter quod rapuerunt filias eorum, et hos omnes Romulus vicit cum suo populo. fecerunt tamen amicitias Romani cum Sabinis, quorum filias rapuerunt, in tantum, ut rex Stacius cum Romulo de Sabinis regnaret, Sabini quoque et Romani efficerentur unus populus. illo namque tempore, ut firmaret Roma amicitiam cum Sabinis, nomine suo vocabant filios suos et praenomina illis inponebant de Sabinis similiter faciebant Sabini Romanis et ex illo tempore exiit consuetudo, ut nullus Romanus esset absque praenomine. propter istam autem societatem habuit praenomen Romulus Quirinus eo quod lingua Sabina hasta longa quiris nominatur, quam semper Romulus in manu portabat, unde et Romani ab hastis longis Quiriti appellati sunt. postea Favius (Fabius *m*[2]) dux Romuli per consilium Romuli Remum occidit fratrem eius et tenuit solus Romulus ipsum regnum. postquam regnavit annis triginta novem, abiit ad quendam paludem, quae Capraea dicitur, et nusquam comparuit. post mortem autem illius per unum annum rexerunt senatores regnum eius.

Postea Numa Popilius (Pompilius *m*[2] *semper*) rex ordinatus est, ipse legem Romanis dedit; nam antea per consuetudinem pugnandi quasi latrones et barbari erant. regnavit autem praedictus Numa Popilius rex annis quadraginta et unum. eo mortuo succesit in regnum Tullius Ostilius; hic primum purpura indutus est et gloria honoratus. iste iterum pugnare cepit (pugnam recepit *m*[2]) et Albanos vicit, qui erant longe a Roma miliaria duodecim; Vegetes et Fidentes similiter vicit, qui erant longe a Roma alia decem et octo miliaria alia sex. Romam ampliavit adiucto ibi Caelio monte et cum regnasset per triginta et duos annos, fulmine percussus cum toto domo sua arsit. in his temporibus Byzancium civitas facta est a Pausanio rege Sparthanorum, quae postea Constantinopolim dicta est. eo mortuo post illum Ancus nepos eiusdem Numae Popilii suscepit imperium; contra Latinos pugnavit, Aventinum et Ianiculum montes Romae adiunxit, sexto decimo miliario ab urbe Roma condidit osti civitatem supra mare. regnavit annis viginti tribus et mortuus est. deinde Priscus Tarquinius suscepit imperium; iste vero constituit, ut ducenti essent senatores, nam Romulus antea solummodo centum senatores constituit, ut supra dictum est. Circum in Roma aedificavit, iocos Romanos ordinavit, Sabinos pugnando superavit, primus Romam intravit cum triumpho idest cum victoria, muros Romae fecit et cloacas, quae vulgo clavaca dicuntur, ipse coepit fabricare Capitolium. regnavit annis triginta septem. post istum regnavit Servius Tullius; iste quoque subiugavit Sabinos et adiunxit Romae tres montes idest Quirinalem Viniralem atque Esculinum fossam circa muros fecit; primus omnium ordinavit, ut censum daretur, quae causa adhuc incognita erat in mundo. isto mortuo Lucinius Tarquinius Superbus invasit imperium; iste primum excogitavit omnia genera tormentorum catenas exilium carceres ferrum in pedibus mitere (mittere *m*[2]). Gabios civitatem et Suessam et Pomeciam subiugavit. postea cum sederet ad expugnandam Ardeam civitatem, quae octavo decimo miliario fuit ab urbe Roma, regnum perdidit; nam cum ipse Tarquinius super Ardeam civitatem cum exercitu sederet, monuit (movit *m*[2]) se inde filius eius et venit Romam et adulteravit quandam feminam nomine Lucreciam, quae erat uxor Collatini. illa vero manifestavit marito et patri et amicis suis de adulterio, quod commisit cum ea filius Tarquinii, et de nimio dolore occidit se ante omnes; pro ista causa coepit Brutus pater eius concitare omnem populum contra Tarquinium et tulit imperium eius; nam in ipso campo, ubi sedebat super Ardeam, dimisit eum ipse exercitus et reversi sunt Romam; quando venit ipse rex Tarquinius ad por-

---

1 fraudem ‖ 2 caecinens ‖ antemnates] autem noctes ‖ 3 romulus] homines ‖ 4 fecerunt autem romani amicitias ‖ tatius ‖ sabinorum *add. post* tatius ‖ 5 romolo ‖ de sabinis *om.* ‖ quoque] que ‖ 6 ut confirmarent romani amicitias ‖ pronomina ‖ 7 imponebant sabini similiter faciebant de romanis ‖ exiuit ‖ 8 romanorum ‖ pronomine et propter ‖ pronomen ‖ 9 in manu *om.* ‖ 10 astis ‖ quiritae ‖ 11 romuli *post* dux *om.* ‖ occidit remum ‖ 12 autem *post* postquam *add.* ‖ quandam ‖ capraeae ‖ 13 nusquam] non ‖ 14 illius populi *ante* rex *add.* ‖ romanis legem ‖ 16 successit ‖ regno ‖ 17 iste] est ille ‖ 18 miliarias *m*[1] ‖ regentes et fidenates ‖ 19 alia sex *om.* ‖ adiuncto ‖ 20 regnaret ‖ tota ‖ 21 bizantium ‖ spathanorum ‖ 22 nepos] neptis ‖ 23 abentinum ‖ 24 osti] hostiam ‖ autem *add. post* regnauit ‖ 26 instituit ‖ in roma] romae ‖ 27 iocos] lucos ‖ sabinos – superauit *om.* ‖ 28 clauaga dicimus ‖ 29 fabricare] aedificare ‖ annos ‖ regnauit post illum seruus ‖ 30 et uicit *add. post* sabinos ‖ uiniralem] umiralem ‖ et exculinum ‖ 31 fossatos ‖ daretur] tolleretur ‖ 32 lucius ‖ primus ‖ 33 hatenas ‖ et exilium carceres *post* mittere ‖ in] com ‖ 34 suesam ‖ pometiam ‖ expugnandum ‖ 35 ab urbe roma fuit ‖ 36 mouit ‖ 37 lucretia ‖ uxor *om.* ‖ colatini ‖ 38 comiserat ‖ 39 de] pro ‖ per istam causam ‖ incitare ‖ omnem *om.* ‖ 41 ciuitatem *add. post* ardeam ‖ reuersus est ‖ tarquinius rex

tam Romae, non dimiserunt intrare. tenuit imperium triginta quinque annis et fugit cum uxore et filius. usque ad illud tempus, quo Tarquinium eiecerunt a se Romani, regnaverunt super eos reges per annos ducentos quadraginta.

Post haec autem habuerunt consilium et pro uno rege ordinaverunt duos consules, ut si unus propter hoc fortior esse voluisset, alter eum constringeret et non consentiret ei facere, quod non esset rectum, et placuit eis, ut non amplius quam unum annum regnarent consules, nisi (nesi *m*2) plus regnarent, elevarentur in superbiam; proinde expleto anno regnabant alii, ut semper cognoscerent se esse similes de aliis civibus. primum namque ordinaverunt consules Lucium et Iunium Brutum, qui multum decertaverat, ut Tarquinius Superbus eieceretur de Roma, simulque maritus Lucreciae, quia nomen habebat Tarquinius Collatinus, et ipsum eiecerunt de Roma; placuerat enim omnibus, ut nullus iam in Roma esset, qui Tarquinius diceretur. interea Tarquinius Superbus, qui eiectus fuerat de Roma, adunavit populum multum et coepit pugnare contra Romam, ut posset redire in regnum. in prima pugna Arruns filius Tarquinii et Brutus consul occiderunt se ambo, Romani tamen habuerunt victoriam. secundo quoque anno iterum coepit decertare Tarquinius, ut reciperetur in regnum, et pugnam fecit cum Romanis fuitque illi in adiutorium Persenna rex de Tuscia et prope fuit, ut Romam apprehenderet. tercio anno cum videret Trarquinius, quia non posset redire in regnum eo quod et Persenna rex de Tuschia faceret pacem cum Romanis, abiit in civitatem nomine Tusculum, quae non longe est a Roma, et ibi fuit per quattuordecim dies et annos. nono anno post reges ieiectos de Roma congregavit gener Tarquinii exercitum propter vindicandam iniuriam soceris suis (sui *m*2); crevit honor, qui dictatura nominabatur, forcior honor erat quam consolatus. in ipso anno factus est magister equitum, qui ministrabat dictatori. sexto decimo anno postquam reges expulsi sunt, populi Romani dicebant, quod a senatu et a consulibus premerentur, et pro ista causa iterum fecerunt tribunos, qui essent sicut iudices et defensores contra ipsum senatum. sequenti vero anno gens Bulscorum contra Romanos pugnam paravit sed victi sunt a Romanis eciam unam civitatem optimam, quam habebant, perdiderunt, quae dicebatur Coriolos. postea vero Quitus Marcius dux Romanus, qui prius Bulscorum civitatem apprehenderat, a Romanis expulsus est de urbe; ille iratus perrexit ad Bulscos et petivit ab eis adiutorium; accepto vero adiutorio pugnavit cum Romanis et vicit eos. denique Romani miserunt ad eum missos, ut pacem facerent; ille vero despexit eos. deinde abiit mater nomine Bethuria et uxor Velumnia et rogaverunt eum et sic pacem cum eis fecit. iste fuit secundus post Tarquinium, qui contra patriam suam pugnavit. postea trecenti nobiles de gente, quae dicebatur Fabia, promiserunt se ire soli et pugnare contra Vegetes; sed dum irent omnes ibi mortui sunt et tantum unus ex eis remansit, qui nuncium inde portaret.

Anno trecentesimo primo cessaverunt regnare duo consules et pro duobus consulibus ordinaverunt decem, ut ipsi haberent potestatem et a numero decem decemviri dicti sunt; primo anno bene fecerunt, secundo anno quidam Appius Claudius ex eisdem decemviris virginem filiam cuiusdam Romani corrumpere voluit, sed pater suus occidit eam, ne turpitudinem a decimo viro (decemviro *m*2) sustineret; ingressus ad milites monuit eos, ut a decemviris potestas tolleretur, quod et factum est. anno trecentesimo quinto decimo Fidentes (Fidenates *m*2) contra Romanos bellum habuerunt; erant his in adiutorium Vegentes, quae ambae civitates tam vicinae sunt Romae, ut decem et octo miliaria prope sint. victi sunt ab Aemilio dictatore et Lucio Quintio Cincinnato et Fidelis civitas capta est et eversa. post viginti autem annos Vegentes rebellaverunt se; missus est contra eos Furius Camillus; obsidens eos cepit civitatem valde ditissimam de Italia; postea cepit eo Fidiscos non minus de nobili civitate; sed habuerunt Romani invidiam contra eum, quasi non bene dividisset ipsam praedam; pro hac causa dampnatus et eiectus est de civitate. igitur Galli (*delet* *m*2) Senones cum duce Brenno pugnaverunt

---

1 eum *add. post* dimiserunt ‖ ipse *add. post* tenuit ‖ quinque *om.* ‖ fugiit ‖ 4 habuerunt consilium et *om.* ‖ 5 fortis ‖ eum *om.* ‖ 6 ne si ‖ 8 de *om.* ‖ 9 decertauerant ‖ eiceretur ‖ maritum lucretiae qui ‖ 10 tarquinii colatinus ‖ 13 arrutis ‖ 15 persena ‖ 16 apprehenderent romam ‖ 17 et *om.* ‖ turscia ‖ fecerat ‖ abii ‖ 18 tusculam ‖ et] atque ‖ quatuordecim ‖ dies et *om.* ‖ post regis eiectionem de roma et congregasset ‖ pro uindicanda iniuria ‖ soceri sui ‖ 20 qui] que ‖ nominatur ‖ fortior ‖ consulatus ‖ 21 ministrabant ‖ 22 fuerant ‖ 23 fecerunt iterum ‖ 24 anno *om.* ‖ sed] et ‖ etiam ‖ 25 quintus ‖ 26 ciuitatem bulscorum ‖ de urbe expulsus est ‖ 27 perexit ‖ ipse uero accepto ‖ 28 missos ad eos ‖ 29 denique abiit mater bertulia et uxor eius uelumina ‖ cum eis pacem ‖ 31 uegetes] gentes ‖ 32 unum ‖ inde portaret] reportaret ‖ 33 anno tricesimo primo ‖ 35 apius ‖ 36 decemuiris ‖ 37 ad milites] amiles ‖ trecentesimo] tricesimo ‖ 38 fidenates ‖ contra romam ‖ eis ‖ 39 begetes ‖ 40 emelio ‖ quintio *om.* ‖ cincinato ‖ uersa ‖ 41 uegestes ‖ et *add. post* se ‖ et obsidens ‖ 42 ualde] multum ‖ ditissimam et antiquissimam ‖ cepit et sidiscos non minus is nobilem ciuitatem ‖ 43 eos ‖ propter hanc causam ‖ 44 gallis

cum Romanis aput Alliam fluvium et vicit eos; deinde venerunt et apprehenderunt Romam; solummodo ipsum Capitolium non potuerant apprehendere. illi vero, qui in eodem Capitolio inclusi erant, dederunt praedictis Gallis (*delet m*²) mille libras auri et sic liberaverunt se. sed audiens hoc Furius Camillus, qui de Roma per invidiam eiectus fuerat, secutus est eos et occidit ex eis multos et recollegit ab eis ipsum aurum et omnem praedam, quam de Roma portabant, tulit ab eis.

E LIBRO XIIII.

e cod. Vaticano.

Interea Attila rex Vnnorum cum Bleva fratre suo regnum intra Scithiam et Daciam tenebat (tenebant *m*²). inde exiens iam dictus Attila crudeliter dissipavit Macedoniam Misiam et Achaiam, deinde fratrem suum occidit; confisus itaque in multitudine (et *ins. m*²) fortissimis gentibus quas subiugaverat posuit in animo suo venire ad dissipandum occidentalem imperatores; erant namque subiecti sub eius potestate nominatissimus Ardaricus rex de Iepidis Gualarmur rex Gothorum fortissimae nihilominus gentes Marcomanni sive Squadi Heroli Turcilinni seu ex Rugi cum propriis regibus suis et aliae barbarae gentes, quae habitabant in parte Aquilonis in eius erant adiutorio.

Horum omnium Attila superbus imperio quamvis speraret se faceret (facere *m*²), quae vellet per virtutem tantarum gentium tamen et per astutiam sperabat se vincere. itaque dum esset nimis astutus et subtilis timens, ne forte Gothi, qui intra Gallias habitabant, iugeretur (iungeretur *m*²) in adiutorium Romanis, finxit se Gothis mandare dicens, quia non valet ille pugnare cum eisdem Gothis set contra Romanos pugnare vellet; ex alia parte mandabat ad Romanos, ut amicitiam cum eis firmaret, dicens, quia contra Gothos pugnare vellet. hoc itaque faciebat ut per astutiam ut si Romanos a Gothis dividere posset, postea bene posset separatim illos et illos vincere.

Intellegens Aetius patricius astutiam Attilae mandavit missos ad Theoderitum regem Gothorum, qui illo tempore apud Tolosam regnabat, ut pacem cum eo firmaret (ret *in ras.*). consensit in hoc Theodericus rex Gothorum et firmissimam pacem cum Aetio patricio confirmavit promisitque ei patimus (mus *in ras.*) pugnare contra Attilam regem Vnnorum. fuerunt in adiutorio Aetii patricii Burgundiones Alani

e cod. Bambergensi.

Interea Attila rex Vnnorum, cum Bleva fratre suo regnum intra Scithiam et Daciam tenebant. inde exiens iam dictus Attila crudeliter dissipavit Macedoniam Misiam Achaiam, deinde et fratrem suum occidit; confisus itaque in multitudine de fortissimis gentibus, quas sibi subiugaverat, posuit in animo suo venire ad dissipandum occidentale imperium. erant namque sub eius potestate nominatissimus Ardaricus rex de Gypidis et Gualamir rex Gothorum nec non et fortissime gentes Marcomani Suebi Quadi Heroli Turcilingi seu et Rugi cum propriis regibus suis et aliae barbarae gentes, quae habitabant in parte Aquilonis. hae itaque omnes in eius adiutorio erant.

Horum omnium Attila superbus imperio quamvis speraret se posse facere, quod vellet per virtutem tantarum gentium tamen et per astutiam sperabat se vincere. itaque dum esset nimis astutus et subtilis, timens, ne forte Gothi, qui intra Gallias habitabant, iungerentur Romanis in adiutorium, finxit se Gothis mandare dicens, quod non vellet pugnare cum eisdem Gothis sed contra Romanos pugnare vellet. ex alia parte mandabat Romanis, ut amicitiam cum eis firmaret dicens, quod contra Gothos pugnare vellet. hoc itaque faciebat per astutiam, ut si Romanos a Gothis dividere posset, postea bene posset separatim illos et illos vincere.

Intellegens Aetius patricius astutiam Attilae mandavit missos a Theodericum regem Gothorum, qui illo tempore apud Tolossam regnabat, ut pacem cum eo firmaret. consensit in hoc Theodericus rex Gothorum et firmissimam pacem cum Aetio patricio faciebat promisitque ei pariter pugnare contra Attilam. fuerunt in auxilio Aetii patricii Burgundiones Alani Franci

1 apud tilliam fluuium || 2 potuerunt || adprehendere || erant] fuerunt || 5 ab] ex || 6 atilla *semper* || bleda || 7 regnum *post* daciam || sithiam || tenebat || 9 et achaiam || 10 et *om.* || 11 de *om.* || sibi *om.* || 13 occidentalem || 14 subiecti *ante* sub || arderadicus || 15 gepidis || et *om.* || gualamus || gothorum fortissimae nihilominus gentes || 16 marcomanni || sueui || eroli || 17 rui || 19 hae — 20 erant] in eius erant adiutorio || 22 posse *om.* || faceret || 26 in adiutorium romanis || 28 quod] quia || ille *ante* pugnare || 29 set || 30 mandauit ad romanos || 31 quia || 33 posset bene || 35 intelligens patricius eius astutiam mandauit || 36 theodoricum || 37 tholosam || 39 firmissimam] firmauit || 40 etio || faciebat] firmauit || 41 *post* attilam *add.* regem unnorum || auxilium || 42 atii

e cod. Vaticano.

Franci Saxones Riparioli Brittones Sarmatae Armoriciani, quos omnes in auxilium suum vocaverat Aetius patricius.

Convenerant omnes in campos Catalaunicos qui centum in longitudinem habuit leuguas, sicut Franci mensurari (mensurare m^2) solent, et septuaginta in latitudine, quod fiunt in longitudine miliaria centum quinquaginta et in latitudine miliaria centum quinque. cumque ad locum venissent, ubi iam pugnare deberent, interrogavit Attila divinos suos, quod ei dicerent de ipsa pugna. illi autem ex parte diabolica nuntiaverunt ei, quod vincere non deberent, tamen dixerunt ei, quod a parte inimicorum eius magnus homo morire (mori m^2) deberet. sperans Attila, quod Aetius patricius in ipsa pugna periret, cuius ille mortem sitiebat, non habuit curam de perditione suorum hominum nec dubitavit committere pugnam, tantum possit occidere inimicum, qui ei resistebat. coepit pugnare inter horam nonam et vesperam et hac perinde fecit, ut si fortasse perditionem haberet, posset se liberare sub ipsa nocte.

Facta est pugna nimium dura et fortis et tantus ardor erat pugnandi inter ambas partes, ut neque illa pars neque illa requiem daret pugnando, donec nox superveniret. mortui sunt in ea pugna centum septuaginta milia homines et tantus ibi sanguis effusus est, quod parvulus rigus (rivus m^2), qui ibi decurrebat, in tantum subito de sanguine repletus est, ut corpora mortuorum ante se minaret. Attilae vero quidem etiam morte sitiebat, fefellit ei sua cogitatione (cogitatio m^2), quod magnus homo in ipsa pugna moriretur (moreretur m^2). mortuus est ibi rex Gothorum Theoderitus, Aetius patricius sanus de ipsa exiit. altero vero die fecit sibi Attila ponere carra ex omni parte et ille cum suis intus stabat clausus et quia foris non auderet exire ad pugnandum, tamen non cessabat intus cum tubis et clamorem sonitum facere.

Filius vero eius (eiusdem m^2) Theoderici regis Gothorum dolens de morte patri (patris m^2) sui ordinavit, qualiter obsideret eundem Attilam et eius exercitu dissiparet. iam desperans Attila, quod non haberet spem vivendi, fecit congregare multas sellas equorum et fecit ponere una super alteram, ut si videret, quia (quod m^2) vinceret (vincerent m^2) eum Gothis (Gothi m^2) ille ascendere

e cod. Bambergensi.

Saxones Riparioli Briones Sarmatae Armoriciani Liticiniani, quos omnes in auxilium suum Aetius patricius provocaverat.

Conveniuntur (conveniunt m^2) omnes in campos Catalaunicos, qui centum in longitudine habent leuguas, sicut Franci mensurare solent, et septuaginta in latitudine, quod fiunt in longitudine miliaria centum quinquaginta et in latitudine miliaria centum quinque. cumque ad locum venissent, ubi iam pugnare debuerant, interrogavit Attila divinatores suos, quid ei dicerent de ipsa pugna; illi per artem diabolicam nunciaverunt ei, quod vincere non deberet, tamen dixerunt ei, quod a parte inimicorum eius magnus homo mori deberet. sperans Attila, quod Aetius patricius in ipsa pugna periret, cuius mortem ille desiderabat, non habuit curam de perditione suorum hominum nec dubitavit committere pugnam tantum, ut posset occidere inimicum, qui ei resistebat. coepit pugnare inter horam nonam et vesperam et hoc ideo fecit, ut si forte perditionem haberet, sub ipsa nocte liberare posset.

Facta est pugna nimium dura et fortis et tantus amor erat pugnandi inter ambas partes, ut neque illa pars neque illa requiem sibi daret a pugna, donec nox superveniret. mortui sunt in ea pugna centum septuaginta milia et tantus ibi sanguis effusus est, quod parvus rivulus, qui ibi decurrebat, in tantum subito de sanguine oscisorum augeretur, ut corpora mortuorum ante se expelleret. Attila vero, qui de Aetii morte sitiebat, fefellit eum sua cogitatio et sicut divinatores ei dixerunt, ut magnus homo in ipsa pugna moreretur, mortuus est ibi rex Gothorum Theodericus et Aetius patricius sanus exinde rediit. altero vero die Attila praecepit sibi ponere carras ex omni parte et ille cum suis intus stabat clausus et quamvis foras non auderet exire ad pugnandum, tamen non cessabat intus cum tubis et clamore sonitum facere.

Filius vero Theoderici regis Gothorum dolens de morte patris sui cogitavit, qualiter illum obsideret Attilam et eius exercitum dissiparet. iam desperans Attila, quod non haberet spem vivendi praecepit congregare multas sellas equorum et ponere unam super alteram, ut si videret, quia vincerent eum Gothi, ascenderet

2 liticiniani *om.* || 4 conueniunt || 5 catalannicos || habuerunt || 6 sicuti || 7 quae || 10 deberent || 11 diuinos || 17 desiderabat] sitiebat || 21 ideo] perinde || forte] fortasse || 22 posset se liberare sub ipsa nocte || 24 amor] ardor || 25 neque alia requiem daret ad pugnandum donec || 27 homines *post* milia *add.* || 28 paruulus || 30 oscisorum *om.* || augeretur] repletus est || 31 expelleret] minaret || morte etii || 32 cogitatione || diuini ei || 33 ut] quod || 34 ibi *om.* || 35 sanus de pugna exiit || 36 die fecit sibi attila ponere || 37 carra || 41 uero *om.* || 42 de *om.* || cogitauit] ordinauit || 43 *post* obsideret *add.* in eundem || 45 praecepit] fecit || 46 et fecit illas ponere || 47 ille ascenderet

e cod. Vaticano.

(ascenderet m^2) super easdem sellas et faceret ponere focum suptus, ut ibi eum incenderet, ne rex tantarum gentium in potestate inimicorum deveniret.

Timens autem Aetius patricius, ne mortuo Attila Gothi postea contra Romanos insurgerent, dedit consilium Thederico (Theoderico m^2), ut reverteretur ad domum suam et apprehenderet regnum patris sui, quia si frater eius regnum invaderent (invaderet m^2) peiora illi esset cum fratribus suis pugnare quam cum inimico. hoc consilium cum bona voluntate recepit Theoderico (Theodericus m^2), quia salvationes eius dixerat, et revertens ad domum suam regnum patris sui accepit.

Aetius vero patricius perinde tale consilium illi dedit, ut posset liberare Attilam cumque speravit melius sibi facere, fecit peius. nam videns Attila, quia inimici eius recessissent ab eo, exaltatus in gloria rediit in Pannonia multumque populum congregans meliorem, quam prius habuit, cum magna ira in Italia (Italiam m^2) intravit. primum namque Aquileiam coepit depraedare et per tres annos possedit illam. coepit inter haec exercitus eius murmurare, quia non possent sustinere penuriam famis. cumque quodam die Attila circuiret civitatem, ut videret, quali parte posset eam expugnare, subito vidit, quia ciconiae, quae in ipsa civitate filios genuerant, uno impetu exirent de civitate et filios suos elevatos in ore foris deportabant; quod cum viderant (viderat m^2) praedictus Attila, dixit exercitibus suis: videtis aves, quae de nidis suis filios suos foris portant; sciunt enim perituram esse istam civitatem, perinde filios suos foris excutiunt. et tunc coepit oppugnare eandem civitatem fortiter et eam apprehenderunt et incenderunt.

In ea quoque civitatem fuerat nobilissima femina nomine Digna nimis speciosa, qui habitabant (quae habitabat m^2) in altissima domo supra muros ipsius civitatis, sub qua currebat Natissa fluvius; qui (quae m^2) dum viderat ab inimicis civitate (civitatem m^2) ipsam comprehensam, ut non inveniret in potestate inimicorum et ne eam adulterarent, iactavit se in ipso flumine de ipsa turre et mortua est.

e cod. Bambergensi.

super eas et faceret ponere focum subtus, ut ibi incenderetur, ne rex tantarum gentium in potestatem inimicorum deveniret.

Timens autem Aetius patricius, ne mortuo Attila Gothi supervenirent postea Romanis, dedit consilium Torismundo, ut domum reverteretur et custodiret regnum patris sui, quia si frater eius regnum invaderent, peius illi esset cum fratribus suis pugnare quam cum inimicis. hoc consilium (consolium m^1) cum bona voluntate recepit Torismundus, quia salvationem eius dixerat, et revertens domum regnum patris sui accepit.

Aetius vero patricius proinde tale consilium dedit illi, ut posset liberare Attilam, cumque sperasset melius sibi facere, fecit peius: nam vidit Attila, quia inimici eius recesserunt ab eo, exaltatus in gloria rediit in Pannoniam multumque populum congregans meliorem, quam prius habuisset, cum magna ira in Italiam intravit; primum namque Aquileiam coepit depraedare (depraedari m^2) et per tres annos possedit illam; coepit inter haec exercitus eius murmurare, quia non possent sustinere penuriam famis; cumque quadam die idem Attila circuiret civitatem, ut videret, ex quali parte posset eam expugnare, subito aspexit, quia ciconiae, quae in ipsa civitate filios genuerant, uno impetu exirent de civitate et pullos eorum in ore deportarent; quod cum videret praedictus Attila, dixit militibus suis: videtis aves, quae a nidis suis filios foris portant; sciunt enim perituram esse istam civitatem, eo (pro eo m^2) filios suos foris excutiunt. tunc coepit obpugnare eandem civitatem fortiter et eam apprehenderunt et incenderunt et multa milia hominum ibi occiderunt.

In ea denique civitate fuerat nobilissima femina nomine Digna et nimis erat speciosa, quae habitabat in altissima domo supra muros civitatis ipsius, sub quam currebat Natiscus fluvius. et dum videret ab inimicis civitatem esse comprehensam, ne veniret in potestatem inimicorum et ne eam adulterarent, iactavit se de ipsa turre in fluvium et mortua est.

---

1 super easdem sellas ‖ suptus ‖ 2 incederetur ‖ 4 timens autem] tim ‖ 5 gothi postea contra romanos insurgerent ‖ 6 reuerteretur ad domum ‖ 7 custodiret] apprehenderet ‖ 8 inuaderet ‖ esset illi ‖ 12 ad domum suam ‖ sui *om.* ‖ 14 patricius uero ‖ perinde ‖ 15 liberari attila ‖ 16 speraret sibi melius ‖ uidens ‖ 17 recessissent ‖ 18 gloriam ‖ 20 habuerat ‖ 21 aquilegiam intrauit et coepit ‖ 22 possedit] obsedit ‖ 24 posset ‖ 27 aspexit] uidit ‖ 28 exire ‖ 29 et filios suos eleuatos in ore foras portare quod ‖ 30 militibus] exercitibus ‖ 31 a] de ‖ foris suos portant filios ‖ 33 eo] perinde ‖ foris *om.* ‖ 34 et tunc ‖ oppugnare ‖ 35 et multa — occiderunt *om.* ‖ 38 digna nimis speciosissima quae ‖ 39 ipsius ciuitatis ‖ 40 qua ‖ natissa ‖ 41 et] haec ‖ ciuitatem ab inimicis ‖ esse] ipsam ‖ comprehendere ‖ 42 potestate ‖ 43 in ipso flumine de ipsa turre

e cod. Vaticano.

Deinde multa castella idem Attila comprehendit dissipavit et incendit nec non et apprehendit Concordiam et Altimum civitates et inde venientes per Bizentiam Beronam Pergamum et Brexiam, quae sunt Venetiae civitates, seu et per alias venientes civitates nemo eis resistebat. Mediolanum, quoque et Ticinum similiter depraedaverunt tamen nec occidebant nec incendebant. venientes in illo loco, ubi Mincius fluvius in Padum intrat, castra posuerunt illuc.

Habebant autem idem Attila dubitationem in animo, si veniret contra Romanos an non; timebat enim ne adveniret ei, sicut Alarici (Alarico *m*2) regis Gothorum, qui postquam Romam apprehendit, modicum tempus vixit. dum vero istam cogitationem in animo revolveret, repente illi legatio placidissima a Roma advenit; nam per se vir sanctissimus Leo papa ad eum pervenit, qui cum a rege barbarorum introgressus est, omnia ei concessit Attila, unde idem Leo papa rogavit, non solum Romae sed etiam totius Italiae salutem reportavit. dei namque potestate territus fuerat eidem Attila nec aliud Christi sacerdoti ac pontifici loqui potuit, nisi quod ipse voluerat. fertur namque post discessum pontificis interrogaverunt Attilam sui homines, quare quod facere solitus non erat, qui tanta ei obedientiam habuisset erga eundem papam. ille respondit, quia non hoc fecisset pro persona illius, qui venerat, sed dicebat vidisse alium stantem iuxta eum in habitu sacerdotali forma augustiore canitie venerabilem, qui tenebat evaginatum gladium et terribiliter eius mortem minantem, si non compleret ei omnia.

Post haec Attila tali modo repressus a sua crudelitate exibit de Italia et rediit in Pannoniam. habebat autem Valentinianum principem sororem nomine Onoriam, quem habebat sub custodia, ut non fornicaret. tunc absconse direxit castratum suum ad praedictum Attila mandans ei, ut eam sibi peteret a fratre ad uxorem habendam. audito hoc nuntio Attila, quia iam exierat de finibus Italiae nec propter fatigationem populi sui poterat se retornare mandans Valentiniano imperatori minando, quia nisi eum

e cod. Bambergensi.

Deinde multa castella idem Attila comprehendit dissipavit et incendit nec non et apprehendit Concordiam et Altinam civitates, quae erant vicinae Aquileia et inde venientes per Vinzentiam Veronam Pergamum et Brexiam (Frixiam *m*1), quae sunt Venetiae civitates ac et per alias venientes civitates nemo eis resistebat. Mediolanum quoque et Ticinum similiter depraedaverunt tamen nec occidebant nec incendebant. venientes autem in illo loco, ubi Mincius fluvius Padum intrat, castra posuerunt.

Habebat autem idem Attila dubitationem in animo, utrum veniret contra Romam an non, timens, ne ei similiter accidisset sicut Alarico rege Gothorum, qui postquam Romam apprehendit, modicum tempus vixit. dum vero istam cogitationem in animo revolveret, venit ad eum missus a Roma sanctissimus Leo papa, qui cum ad regem barbarum intrasset, omnia ei concessit loqui Attila, unde eum idem Leo papa interrogavit. dei namque potestate territus fuerat Attila et non aliud loquebatur eidem papae nisi quod ipse voluit. itaque postquam ipse papa abiit, interrogaverunt Attilam sui homines, quare quod facere solitus non erat, tantam obedientiam habuisset erga eundem papam. ille respondit, quod non hoc fecisset pro persona illius, qui venerat, sed dicebat vidisse se alium stantem iuxta eum in similitudine sacerdotis, qui tenebat evaginatum gladium et terribiliter ei minabatur, si non omnia compleret.

Post haec Attila tali modo repressus a sua crudelitate exivit de Italia et rediit Pannoniam. habebat autem Valentinianus princeps sororem nomine Honoriam, quam habebat sub custodia, ut non fornicaret. tunc occulte direxit castratum suum ad praedictum Attilam et mandavit ei, ut eam peteret sibi ad uxorem. audito hoc nuncio Attila, quia iam exierat de finibus Italiae nec propter fatigationem populi sui poterat revertere (reverti *m*2), mandavit Valentiniano imperatori minando, quia nisi ei suam sororem di-

2 dissipauit et incendit *om.* ‖ 3 altinum ‖ 4 uicinae ciuitatis aquileiae ‖ 5 uizentiam ‖ brexiam pergamum ‖ 6 ac] seu ‖ 11 minzius ‖ in padum ‖ 12 in animo suo ‖ 13 utrum] si ‖ timebat enim ne adueniret ei sicut alarici regi ‖ 17 reuolueret] uersaret ‖ uenit *om.* ‖ 18 sanctissimus *om.* ‖ 19 barbarorum ‖ 20 loqui *om.* ‖ eum *om.* ‖ rogauit ‖ 21 *ante* attila *add.* idem ‖ 23 uoluisset ‖ ipse *om.* ‖ 27 quod] si ‖ hoc non ‖ 28 sed] se ‖ se alium *om.* ‖ 29 similitudinem s. hominem qui ‖ 30 terribiliter nuntiabat ei mortem si non compleret ei omnia ‖ 33 ad pannoniam ‖ 34 ualentinianum ‖ principes ‖ sororem — 35 honoriam *om.* ‖ 36 occulte] absconse ‖ castrum ‖ 37 apud dictum attila mandans ei ut eam peteret sibi ad fratrem uxorem habendam ‖ 39 nuntio ‖ qui ‖ 40 sui *om.* ‖ 41 reuertere] se retornare

e cod. Vaticano.

suam sororem dirigeret, iterum intraret in Italiam et peiora ibi faceret, quam fecisset.

Reversus autem Attila ad proprias sedes tulit uxorem nomine Ildicco supra multas alias uxores, quas habebat. fecit convivia multam et bibit multum vinum, quantum numquam antea biberat; solitus namque ei erat exire sanguis de naribus. qui cum supinus iaceret, descendit ei sanguis de naribus in gutture et suffocatus est. in ipsa nocte apparuit Dominus in sompnis Marciano imperatori in Constantinopolim et demonstravit ei arcum Attilae fractum eo, quod gens Vnnorum multum confidebant in sagittis.

e cod. Bambergensi.

rigeret, iterum intraret in Italiam et peiora ibi faceret, quam fecisset.

Procidens (reversus *m*²) autem Attila ad proprias sedes tulit uxorem nomine Hildiguth super multas alias uxores, quas habebat. fecit itaque convivia multa et bibebat vinum, quantum numquam antea bibebat; solitus namque erat ei exire sanguis de naribus (et suffocatus est in ipsa *pergit m*¹ *del. m*²). qui cum supinus iaceret, descendit ei in gutture (guttur *m*²) sanguis de naribus et suffocatus est. in ipsa nocte apparuit dominus in somnis Marcellino imperatori in Constantinopolim (Constantinopoli *m*²) et demonstravit ei arcum Attilae fractum eo, quod gens Vnnorum multum confidebant in sagittis.

LIBER XVI.

e cod. Vaticano.

INCIPIT EIVSDEM LIBER XVI.

Cessante iam Romanae urbis imperio utiliusque aptiusque mihi videtur ab annis dominicae incarnationis supputationis lineam deducere, quo facilius, quid quo tempore actum sit, possit agnosci.

Anno ab incarnatione Domini CCCCXCII post Zenonis excessum Anastasius imperium accepit, qui septimus et quadragesimus in regnum numero extitit. hic Romani decus imperii Euthicianae haereseos inluvie maculavit. huius temporibus magna discordia facta est Romae propter electionem Symachi et Laurentii; alii namque elegerant Laurentium et alii Symachu, ut Faustus senatorum nobilissimus et exconsul et alius exconsul Probinus Laurentii partibus faventes adversus Faustum exconsulem caeterosque, qui Symacho adhaerebant, pontifici bellum inferrent, multasque caedes et homicidia in medio urbis facientes plerosque exacerdotali numero, multas (*corr. in* multos) etiam clericorum, perplures civium Romanorum extinguerent; tamen ad ultimum vicerunt illi, qui ex parte Symachi erant et ipsum ordinaverunt papa.

Eo tempore Transamundus, qui Hunnurucum fratri suo apud Africam in regnum Guandalorum successerat, fratris vel patri Geiserici secutus perfidiam clausis catholicorum ecclesiis et ducenti viginti episcopos mandavit in exilio in Sardinia, quibus beatus papa Symachus cotidiana subsidia ministrare non destitit. in ipsis

e cod. Bambergensi.

Cessante iam imperio de Roma aptum mihi videtur, ut ab annis dominicae incarnationis computemus, ut possit homo agnoscere, quid quo tempore factum sit.

Anno ab incarnatione domini quadringentesimo nonagesimo secundo post mortem Zenonis imperatoris Anastasius imperium accepit in Constantinopolim (Constantinopoli *m*²), qui heresem Euticii heretici secutus est. istius temporibus magna discordia facta est Romae propter electionem Simmachi et Laurentii; alii namque elegerant Laurencium et alii Simachum, pro qua causa multa homicidia in medio Romae facta sunt, tamen ad ultimum vicerunt illi, qui ex parte Simachi erant, et ipsum ordinaverunt papam.

Eodem tempore Trasamundus, qui Honorico fratri suo apud Africam in regno Guandalorum successerat, clausit omnes ecclesias catholicas et ducentos viginti episcopos mandavit in exilium in Sardinia; beatus vero papa Simmachus cotidie mandavit eisdem episcopis illuc in Sardiniam, unde viverent. in ipsis diebus fuit in

3 reuersus est ‖ 4 propriam sedem et tulit ‖ nomine ildico quam amauit super ‖ 5 et fecit ‖ 6 itaque *om.* ‖ bibit ‖ 7 antea *om.* ‖ biberat ‖ 12 dominus *om.* ‖ sompnis ‖ marciano ‖ 13 et | quidam et ‖ 15 confidebat ‖ 16 imperatore ‖ 17 michi ‖ 20 cccc·ii· ‖ 24 temporibus facta est contentio inter romanos ‖ 26 symachi *semper* ‖ 27 laurentium ‖ 32 honorifico ‖ 33 affricam ‖ in *om.* ‖ regnum ‖ 37 mandabat

e cod. Vaticano.

diebus fuit in Africa Arrianus quidem nomine Olimpius; qui cum se in balneo lavaret, indigna quaedam et blasphemia verba diceret de sanctae trinitatis fide evomeret ac diceret, subito venit gladius ignito de caelo, qui visibiliter eum combusit. iterum fuit quidam Arrianus episcopus nomine Barbas, qui dum contra regulam fidei dicebat minore filium patris simulque et spiritum sanctum et cum quadam die venisset baptizare et dixisset: baptizo te, Barbas, in nomine patris et filii in spiritum sancto, statim aqua, quae ad baptizandum allata fuerat, nusquam comparuit; quo aspiciens qui baptizandus erat, confestim ad ecclesiam catholicam fugiens iuxta more fidei baptismum Christi suscepit.

Theodericus vero dum per idem tempus pacifice apud Italiam regnaret, per singula quaeque celebriora construxit loca regia sibi abitacula.

Anastasius itaque dum in here*m (heresem m^2) perseveraret, quam ceperat, duasque in Christo naturas, deitatis videlicet et humanitatis, Euthicius heresiarce sequens denegaret, Hormisda papa, qui Simacho successerat, direxit Ennodium Ticiniensem episcopum aliosque cum eo Constantinopolim legatos cum catholicae fidei scripto, quatenus Anastasium ad ecclesiae reducerent (*ex* reduceret m^1) gremium. is non solum salubria eorum monita sprevit, sed insuper etiam a suis conspectibus non sine contumelia expulit navique fragili idest vetere inpossitos mandat, ne uspiam quempia per totam Graeciam ad aliquam civitatum accederent; quam eius impiam temeritate divina continuo ultio subsecuta est; nam cum iam septimum et vicesimum imperii annum ageret, fuminis (fulminis m^2) percussus interiit.

Anno ab incarnatione domini D XVIII punito Anastasio haeretico Iustinianus catholicus accepit imperium. aud hanc ob causam redintegrandae fidei beatus Hormisda direxit ad eum vir sanctitate praecipuus Germanus Capuanae urbis episcopus, quem Iustinianus (Iustinus m^2) digne suscepit; idem Germanus episcopus multos, qui in haeresim ceciderat (ceciderant m^2) ad fidem rectam revocavit.

Eo tempore apud Africam mortuo Transamundo Arriano rege Guandalorum Hildericus eius filius, qui natus fuerat de filia Valentiniani principis, qui captivam eam adduxerat de Roma, regnum Guandalorum accepit. qui non patrem

e cod. Bambergensi.

Africa Arrianus quidam nomine Olimpus, qui cum se in balneo lavaret et verba blasfemiae diceret de fide sanctae trinitatis, subito venit gladius igneus de caelo, qui visibiliter eum percussit. iterum fuit quidam Arrianus nomine Barbas, qui dicebat minorem esse filium patri simulque et spiritum sanctum et cum quadam die venisset baptizare et dixisset: baptizo te ego, Barbas, in nomine patris per filium in spiritum sanctum, subito aqua, ubi baptizare debebat, nusquam comparuit; ille autem qui baptismum, accipere volebat, videndo tam novam causam subito abiit ad catholicam ecclesiam et secundum consuetudinem rectae fidei baptismum Christi suscepit.

Theodericus vero infra ista tempora dum in pace in Italia regnaret, per singula loca regalia sibi habitacula praeparavit.

Anastasius itaque imperator dum in herese permaneret, quam ceperat, tunc Ormisda papa, qui post Simmachum ordinatus fuerat, transmisit missos suos Constantinopolim, ut praedictum imperatorem ad regulam catholicae fidei revocarent. ille vero despexit monita eorum et suo (de suo m^2) conspectu cum iniuria eiecit insuper etiam fecit illos ponere in navim veterem et praecepit, ut in nullam civitatem apud Graeciam intrarent. non post multum tempus divina vindicta percussit (*ex* percussis m^1) eum, nam a tonitruo percussus vitam finivit.

Anno ab incarnacione domini quingentesimo octavo decimo Iustinianus (Iustinus m^2) catholicus accepit imperium. tunc Ormisda papa direxit ad illum Germanum suum (*delet* m^2) Capuanae civitatis episcopum, quem Iustinianus (Iustinus m^2) cum honore recepit. idem vero Germanus episcopus multos, qui in haeresim ceciderant, ad fidem rectam revocavit.

Eo tempore mortuo apud Africam Trasamundo Hildericus filius eius Guandalorum regnum accepit, quia fuerat natus de filia Valentiniani principis et portaverat eam Gensericus captivam de Roma in Africam. praedictus vero

1 affrica ‖ 2 blasphemiae ‖ 5 arrianus episcopus ‖ 6 dicebat filium minorem patre ‖ 9 ego *om.* ‖ 18 praeparauit] fecerat ‖ 19 heresem ‖ 21 simachum ‖ 22 in constantinopolim ‖ 23 reuocaret ‖ 24 a suo ‖ 26 imponere in naui ueteri ‖ 27 de graecia ‖ 28 post non uero ‖ temporis ‖ eum percussit ‖ 30 percussus mortuus est ‖ 31 incarnatione ‖ CCCCXVIII ‖ 32 iustinus ‖ 34 capuae ‖ 35 iustinus ‖ 38 uocauit ‖ 39 affricam ‖ transemundo ‖ 40 ildericus ‖ eius *om.* ‖ uandalorum ‖ 41 qui ‖ 43 affricam

e cod. Vaticano.

haereticum, sed matris catholicae monita sequens rectae fidei cultor enituit; hunc pater Transamundus ad morte veniens, quia cernebat eum catholicae parti favere, sacramenti modis abstringeret curavit, ne umquam in suo regno catholicis christianos haberet. qui mox ut suus genitor vita caruit, prius etiam quam regni iura adsumeret, universos episcopos, quos Transamundus in exilium mandaverat, regredi fecit eisque ecclesias restauraret praecepit; nam a tempore Genserici, qui primitus apud Africam ecclesiae fuerat destructae et usque ad tempora istius Dulderici, qui eas restaurare fecit, annis sunt LXXIIII.

Ad vero ex orientibus (in orientis *m*²) partibus dum adhuc et tempore loca singula Arriana haeresis vigeret, Iustinianus ardore catholicae fidei decertabat, ut ereticos dissiparet et ordinavit, ut illorum ecclesias catholici episcopi consecrarent. hoc audiens Theodericus, qui in Italia regnabat et Arrianus erat (erat *add. m*¹ *delet m*²), direxit missos suos in Constantinopolim ad Iustinianum (Iustinum *m*²) imperatorem Iohannes papa simulque cum eo Theodorum Inportunum atque Agapitum consulares viros aliumque Agapitum patricium Constantinopolim ad Iustinum principem dirigit: mandans illi minando, quia nisi redderet ad ipsos hereticos ecclesias suas ac dimitteret eos in pace vivere, omnes populos de Italia ad gladium dissiparent. venientes praedicto (praedicti *m*²) missi ad eundem imperatorem, quem imperatore cepit illos honorifice; tunc coeperunt cum magno fletu rogare eundem imperatorem, ut quamvis iniustam causam videretur esse, quam petebant, tamen concedere eis illam hoc est, ut Arrianos in sua potestate esse. videns Iustinus imperator eorum fletibus permotus, quod petebatur concessit Arrianosque in sua potestate esse dimisit. cumque praedicti misi aliquantum tempus in itinere demorarentur, incitatus Theodericus rabie incitatus Symachum patricium et Boetium senatorem et exconsulem catholicis viros gladio iussit interfici. Iohannes vero pontifex revertens a Constantinopolim cum his, cum quibus ierat, profectus ad Theodericum Ravennam fuisset, Theodericus ductus malitia, quod eum Iustinus catholicae pietatis defensor honorifice suscepisset, eum simul cum sociis carceris afflictione peremit. sed hanc eius inmanissimam crudelitatem mox animadversio

e cod. Bambergensi.

Hildericus noluit permanere in herrore (errore *m*²) Trasamundi patris sui, qui fuerat Arrianus sed magis secutus est matris suae (catholicae *add. m*²) monita et erat rectus Christianus. verumtamen praedictus Trasamundus quando ad mortem venit, cum videret, quia filius eius catholicus Christianus esset, tulit ei sacramentum, ut non aliquando in suo regno catholicos christianos haberet; ille autem, ubi pater suus mortuus est, prius etiam quam regnum apprehenderet, praecepit revocare omnes episcopos, quos pater eius in exilium mandaverat et praecepit eis restaurare ecclesias; nam tempore Genserici (usque ad tempora Hilderici *add. m*²) per septuaginta annos ecclesiae catholicae in Africa destructae erant.

Interea in partibus Orientalibus illo adhuc in tempore per singula loca Arriana haeresis erat. Iustinianus (Iustinus *m*²) vero pro ardore catholicae fidei decertabat haereticos dissipare et praecepit, ut illorum ecclesias catholici episcopi consecrarent. hoc audiens Theodricus, qui in Italia regnabat et Arrianus erat, direxit missos suos in Constantinopolim ad Iustinianum (Iustinum *m*²) imperatorem mandans illi minando, quia nisi redderet ad ipsos haereticos ecclesias suas et dimitteret eos in pace vivere, omnes populos de Italia cum gladio dissiparet. venientes praedicti missi ad eundem imperatorem recepit illos honorifice. tunc coeperunt cum magno planctu rogare eum, ut quamvis iniusta causa videretur esse, quam petebant, tamen concessit (concederet *m*²) eis illam hoc est, ut Arrianos in sua potestate esse dimitteret et non dissiparet Theodericus Italiam. videns Iustinianus angustiam illorum concessit eis, quod petebant, Arrianosque in sua potestate esse dimisit. cumque praedicti missi per aliquantum tempus in via demorerentur (demorarentur *m*²), incitatus Theodericus rabie iniquitatis suae gladio occidit Simachum patricium et Venetium (Boetium *m*²) senatorem. Iohannes vero papa rediens a Constantinopoli abiit Ravennam ad Theodericum; ille vero in carceris afflicione illum occidi praecepit cum sociis suis, cum quibus Constantinopolim fuerat, et hanc impietatem pro nimia crudelitate sua fecit Theodericus contra eundem papam propter quod Iustinianus, qui erat defensor catholicae fidei, receperat eundem papam honorifice; pro ista namque sua impia crudelitate divinum iudicium venit super eum; nam post nonaginta et octo dies, postquam talia ma-

1 ildericus || errore || 2 trasemundi || 3 est catholicae monita matris suae et || 5 trasemundus || 10 quam etiam || 11 praecepit] fecit || 12 eius pater || 13 omnes ecclesias suas || genserici et usque ad tempus istius ilderici || 15 affrica || 16 fuerant || 17 in orientis partibus adhuc in illo tempore || 21 praecepit] ordinauit || *in verba* episcopi consecrarent *desinit codex Vrbinas.*

e cod. Vaticano.

divina ultio secuta est; nam post nonaginta et octo dies postquam talia mala fecit, subita morte defunctus est, cuius animam solitarius quidam apud Lipparam insulam vir magnae virtutis et ipse vidit animam eiusdem Theoderici, quomodo portabatur inter Iohannem papa et Symachum patricium et progecerunt illam in ollam Bulgani, quae in ipso loco proxima erat.

Igitur Theodorico tali modo punito Gothi sibi Athalaricum, de quo praemissum est, ex Theodoricis regis filia procreatum cum eadem Amalasuinta matre sua in regnum praeficiunt. ad vero Iustinus cum Augustalem dignitatem annis XI amministrasset, apud Constantinopolim in pace quievit.

Anno ab incarnatione domini sexcentesimo (sex *m*² *in ras.*) vicesimo ** nono Iustinianus accepit imperium, qui fuerat natus de sorore praedicti Iustini prioris; statim ut imperialem accepit potestatem, ad reparandum reipublicae statum animum intendit. ac primum per Belisarium patricium ingentem virum Persas egressus (ingressus *m*²) est, qui transgressis Romanorum terminis eorum regiones populabantur, quos Bellisarius magnis proeliis fudit; atque ex voluntate principis Constantinopolim triumphans ingressus est.

Interea Athalaricus rex Gothorum necdum suppletis quattuor annis in regno inmatura morte praeventus vitae subtractus est, mater vero eius Amalasuintha post eius morte Theodatum sibi sociavit in regnum; ille vero oblitus est bona, quae illa in eo fecerat, et post aliquot dies fecit ea (eam *m*²) strangulari in balneo et quia illa, quando cum ipso filio suo Athalarico regnabat, conmendaberat se et suum filium Iustiniano imperatoris, audiens mortem illius idem imperator in gravi ira ascendit contra Theodatum.

Sentiens Theodatum (Theodatus *m*²) quia iratum haberet imperatorem, beatum papam Agapitum direxit Constantinopolim ad Iustinianum, veniam et gratiam impetraret. pergens praedictus pontifex ad Iustinianum imperatorem coepit cum eo habere conloquium de fide catholica. qui repperit eum in doctrinam Euthicetis heretici cecidisse, a quo primitus graves beatus antistes minas perpessus est. sed cum illius inconcussa fide catholicam costantiam invenisset Iustinianus, siquidem ad hoc usque verbis progressum fuerat, ut talia a praesule audiret: ego ad Iustinianum imperatorem Christianissimum venire desideravi, sed Diocletianum inveni, tandem ex voluntate dei eius monitis adquiescens ad catholicae fidei confessionem cum multis pariter, qui similiter in herrore seducti erant revocavit. tunc hisdem Agapitus papa publice convincit Anthimum Constantinopolitanum episcopum, qui eandem heresem defendebat, et

e cod. Bambergensi.

la fecit, subita morte defunctus est. erat autem quidam solitarius magnae virtutis et ipse vidit animam eiusdem Theoderici, quomodo portabatur inter Iohannem papam et Simmachum patricium et proiecerunt illam in ollam Vulcani, quae in ipso loco (prae, *ut vid.*, *inserit m*¹) Lipari proxima erat.

Igitur mortuo Theoderico fecerunt sibi Gothi regem Athanaricum nepotem illius. Iustinianus (Iustinus *m*²) vero imperator cum per undecim annos apud Constantinopolim regnasset, in pace quievit.

Anno ab incarnatione domini quingentesimo vicesimo nono Iustinianus accepit imperium, qui fuerat natus de sorore praedicti Iustiniani (Iustini *m*²) prioris. statim vero ubi imperialem accepit potestatem, posuit animum ad reparandam causam publicam; primum namque Velisarium patricium contra Persas direxit ad pugnandum, qui intraverat (intraverant *m*²) infra terminos Romanorum et fortiter dissipabat (dissipabant *m*²) terras illorum. audiens autem idem Velisarius pugnavit cum praedictis Persis et victor ab eis reversus est.

Interea Athalaricus rex Gothorum non completis quattuor annis in regno mortuus est, mater vero eius nomine Amalasuintha sociavit sibi in regnum Theodatum. ille vero oblitus est bonorum, quae illa in eo fecerat, post aliquot dies fecit eam stranguillari in balneo et quia illa, quando cum ipso filio suo Athalarico regnabat, commendaverat se et suum filium Iustiniano imperatori, audiens mortem illius idem imperator in gravi ira accendit se contra Theodotum (Theodatum *m*²).

Sentiens Theodotus (Theodatus *m*²), quod iratum haberet imperatorem, ad (*delet m*²) beatum papam Agapitum direxit Constantinopolim, ut gratiam imperatoris per eum posset acquirere. pergens praedictus pontifex ad Iustinianum imperatorem coepit cum eo habere colloquium de fide; invenit illum tenere doctrinam Euticetis haeretici; primitus namque multum minavit (minatus est *m*²) idem imperator iam dicto papae, ille vero immobilis stabat in fide catholica; videns praedictus imperator firmum animum beati Agapiti in fide catholica ex voluntate dei acquievit eius monitis et cum multis aliis, qui eundem herrorem (errorem *m*²) sequebantur, sicut et ille, reversus est ad catholicam fidem. nam dixerat illi Agapitus pontifex: ego desideravi venire ad Iustinianum imperatorem christianissimum sed, ut video, Dioclecianum inveni. revertente autem eodem imperatore ad fidem catholicam tunc isdem Agapitus papa

e cod. Vaticano.

privavit illum a communione, insuper suasit imperatori, ut eundem episcopum in exilium mandaret. hoc facto non multo post idem Agapitus pontifex ibi in Constantinopolim defunctus est.

Interea cum iam per multos annos Guandali tenerent Africa, misit contra eos Iustinianum imperator Belisarium patricium cum exercitu. commissa pugna cum Guandalis multos ex eis occidit Hegismerum regem ipsorum vivum conprehendit et direxit eum in Constantinopolim. Chartago quoque post annum suae excessionis nonagesimum sextum recepta est. Belisarium patricium multis iam proeliis gloriosum Iustinianus adversus Theodatum eum dirigit utque etiam Italiam a Gothorum servitio liberaret Belisarius — liberaret *bis scripsit* m^1, Belisarius — dirigit *delet* m^2. Belisarius itaque dum aliquantum temporis apud Sycíliam moram faceret, rex Gothorum Theodatus mortuus est. huius in loco Guitigis successit. quia mox ut regnum invasit, Ravennam prophectus Amalasuintham reginae filiam per vim auferens sibi in matrimonium iunxit.

Egressus de Sycilia Belisarius ad Campaniam in Neapolim pervenit. Neapolitani noluerunt eum recipere: iratus Belisarius coepit cum tota virtute expugnare Neapolim cumque per aliquantos dies ibi pugnaret, per virtutem apprehendit illam: qui ingressus est in ea. tanta fuit illius ira contra eos non solum super Gothos, sed etiam in hominibus ipsius civitatis, ut nulli hominum parceret non senibus neque iubenibus iuvenibus m^2: etiam [illegible] ante faciem de suis uxoribus decollari facibat faciebat m^2 et ipsas uxores de illi illis m^2, qui quos m^2 occidi fecerat, captivas exinde portavit una cum filiis illarum: omnia depraedavit etiam ipsas sanctas ecclesias expoliavit.

Exiens de Neapolim babiit Roma Romam m^2; intrante intrantem m^2 eo in Roma tunc Gothi, qui ibi habitabat habitabant m^2, egredientes exinde nocte et portas apertas relinquentes fugierunt Ravennam. Guitigis autem ut talia cognovit, statim cum magno exercitum venit Romam contra Belisarium. videns Belisarius, quia non habet aptum tempus ad pugnandum, clausit se intus Romam et posuit custodes qui eam ex omni parte custodiret custodirent [illegible] et omnia per circuitum depraedabant. quantoscumque Romanis Romanos m^2 inveniebant gladio extinguebant. cuncta loca sacra denudantes ipsis etiam venerabilium martyrum tumulus tumulis m^2 manus impias inferunt. deinde fortiter ipsam civitatem expugnabant, sed per securam vigilantiam Belisario Belisarii m^2 optime de-

e cod. Bambergensi.

publice convicit Antimum Constantinopolitanum episcopum, qui eandem heresem defendebat et privabit privavit m^2 illum a communione. insuper et suasit imperatorem, ut eundem episcopum in exilium mandaret. hoc facto non multo post idem Agapitus pontifex in Constantinopoli defunctus est.

Interea cum iam per multos annos Guandali tenerent Africam, misit contra eos Iustinianus imperator Velisarium patricium cum exercitu. commissa pugna *add.* m^2 Belisarius cum Guandalis multos ex eis occidit Gelismerum regem ipsorum vivum comprehendit et direxit Constantinopolim et sic recollegit Africam. pro his omnibus quae fortiter Belisarius faciebat, coepit gloriosus esse apud Iustinianum imperatorem et direxit eum ad pugnandum contra Theodatum, qui super Gothos in Italia regnabat, ut Italiam a servicio Gothorum liberaret. veniens itaque Belisarius in Siciliam cum aliquantum tempus ibi moraretur, rex Gothorum Theodatus mortuus est: successit in regnum eius Guitigis statim autem ut regnum invasit, abiit Ravennam et tulit ibi filiam Amalasguinthae sibi ad uxorem.

Egressus de Sicilia venit ad Campaniam in Neapolim. Neapolitani vero noluerunt eum recipere: iratus Belisarius coepit cum tota virtute fortiter expugnare Neapolim cumque per aliquantos dies ibi pugnaret, per virtutem apprehendit illam et ingressus in eam. tanta fuit illius ira non solum super Gothos, qui ibi habitabant, sed etiam in hominibus, qui *delet* m^2 ipsius civitatis, ut non *delet* m^2 nulli homini parceret non senibus non iuvenibus: etiam nec sanctimonialibus feminis pepercit. maritos de uxoribus suis decollari praecepit et ipsa ipsas m^2 uxores captivas exinde portavit una cum filiis illarum. omnia depraedavit etiam et ipsas sanctas ecclesias exspoliavit.

Exiens de Neapoli abiit Romam. tunc Gothi, qui ibi habitabant, nocte egredientes urbem et portas apertas relinquentes fugerunt Ravennam. Guitigis autem ut talia cognovit, statim cum magno exercitu venit Romam contra Belisarium. videns Belisarius, quia non haberet aptum tempus ad pugnandum, clausit se intra Romam et posuit custodes, qui eam ex omni parte custodirent. interea Gothi obsidere coeperunt Romam et omnia per circuitum depraedabant et incendebant. quantoscumque Romanorum inveniebant gladio extinguebant. cuncta loca sacra exspoliabant. deinde fortiter ipsam civitatem expugnabant, sed per circuitum cura et vigilantia Belisarii optime defendebatur. auxi-

e cod. Vaticano.

fendebatur. angustiabantur (angustiabatur *m*2) Roma a (ad *m*2) foris per Gothos, qui ibi pugnabant, intus vero famis penuria cruciabatur, tanta siquidem ipso anno fames fuit per universum mundum maxime apud Liguriae (Liguriam *m*2), ut, sicut vir sanctissimus Datius episcopus Mediolanae civitatis dixit, multae matres filios suos commederent. cumque per integrum annum possiderent Gothi Romam, inmissus est terror super eos et fugerunt Ravennam. Belisarius autem veniens ineapolim et ordinavit eam et iterum reversus est Romam statimque ei a Theodora Agusta praeceptio allata est, ut papam Silverium convictum accusatione falsorum testium in exilium truderet eo quod Anthimum haereticum Constantinopolitanum episcopum recuperare noluisset. quod Belisarius licet nolens nihil moratus effecit; pulsus denique papa Silverius ad Pontias insulam est missus, in qua et exulans obiit.

Iterum Guitigis congregato magno exercitu Gothorum venit contra Belisarium ad pugnandum cum eo; commissa pugna multi ex parte Vitigis mortui sunt, ille vero fugiens, quem Iohannes magister militum cognomento Sanguinarius noctu fugiente persequens vivum conprehendit Romamque ad Belisarium adduxit. post hanc factam victoriam rediit Belisarius Constantinopolim et Guitigis secum portavit. videns Iustinianum (Iustinianus *m*2) imperator eundem Guitigis magnum gaudio (gaudium *m*2) ex eo habuit et post non multum tempus fecit eum patricium et dedit illi ad regendam terram iusta fines Persarum ibique mortuus est; Belisarius (Belisarium *m*2) vero dignis honoribus exaltavit Iustinianum (Iustinianus *m*2) imp̄ et remisit eum ad Africam adversus Guintarith, qui regnum Guandalorum apprehenderat et eos sociaverat ad rebellandum; cumque ad Africam Belisarius pervenisset, tunc statim per fraudem occidit Guintarith et Guandalos sub potestate ipsius imperii subiugavit. exinde victor Belisarius Romam venit, auream crucem centum librarum de preciosissimis gemmis exornatam (*ex* exornatum *m*1), in qua suas victorias descripserat, beato Petro per manus papae Vigilii optulit.

In ipsis temporibus aput castrum, quod Casinum dicitur, beatissimus pater Benedictus solitariam vitam ducebat. illo etiam tempore gens Longobardorum, quae tunc amica populo Romano erant (erat *m*2), apud Pannonias habitabat et regnabat super eos Alboin. at vero apud urbem Romam papa Vigilius ob eandem causa (causam *m*2), qua et decessor (praedecessor *m*2) suus, indignatione (indignationem *m*2) Augustae per Anthimum scribonem ductus Constantinopolim indeque in exilium aptus est. interea postquam captus est Guitigis, tunc Gothi transpadini fecerunt super se regem quodam (quen-

e cod. Bambergensi.

stiabatur Roma a foris per Gothos, qui ibi pugnabant, intus vero famis penuria cruciabatur; tanta siquidem in ipso anno fames fuit per universum nundum maxime apud Liguriam, ut, sicut vir sanctissimus Dacius episcopus de Mediolano dixit, multae matres filios suos comederent. cumque per integrum annum possedissent Gothi Romam, inmissus est super eos terror et fugerunt Ravennam. Belisarius autem veniens in Neapolim ordinavit eam et iterum reversus est Romam.

Iterum Guitigis congregato exercitu Gothorum venit contra Belisarium ad pugnandum cum eo; commissa pugna multi ex parte Guitigis mortui sunt, ille vero fugiens, quem Iohannes magister militum persecutus est vivumque illum comprehendit et Romam ad Belisarium adduxit. post hanc factam victoriam rediit Belisarius Constantinopolim et Guitigis secum portavit. videns Iustinianus imperator eundem Guitigis magnum gaudium ex eo habuit et non post multum tempus fecit eum patricium et dedit illi ad regendum (regendam *m*2) terram iuxta fines Persarum ibique mortuus est; Belisarius (Belisarium *m*2) vero dignis honoribus exaltavit Iustinianum imperatorem (Iustinianus imperator *m*2) et remisit eum ad Africam contra Guintarium, qui regnum Guandalorum apprehenderat et eos sollicitaverat ad rebellandum; cumque ad Africam Belisarius pervenisset, statim per fraudem occidit Guintarium et Guandalos sibi subiugavit. exinde victor Belisarius Romam rediens adduxit secum crucem auream, quae centum libras auri habuit et fuit exornata de preciosissimis gemmis, in qua etiam suas victorias descripserat, et optulit illam beatro Petro per manus Vigiliae papae.

In ipsis temporibus apud castrum, quod Casinum dicitur, beatissimus pater Benedictus habitabat. illo etiam tempore gens Longobardorum, quae tunc amica populo Romano erat, apud Pannonias habitabat et regnabat super eos Alvuin. interea postquam captus est Guitigis a Belisario patricio, sicut iam superius diximus, tunc Gothi transpadini fecerunt super se regem

e cod. Vaticano.

dam m^2) homine (hominem m^2) nomine Heldebadum, qui in ipso anno occisus est; cui successit Aerarius et ipse necdum anno expleto iugulatur. deinde constituerunt super se rege (regem m^2) Baluilam, qui et Toti•la dicebatur et congregato undique exercitum (exercitu m^2) totam Italia (Italiam m^2) invaserunt. exinde per Campaniam et beati Benedicti monasterium iter faciens inde per Lucania (Lucaniam m^2) ac Britiorum fines transeuntes venerunt in regnum; inde transeuntes mare apprehenderunt Sycilia (Syciliam m^2). revertentes quoque de Sycilia venerunt Romam eamque obsidere coeperunt; tanta namque penuria (penuriam m^2) famis Roma patiebatur, ut prae nimia fame carnes filiorum suorum commedere vellent.

Lassis iam nimium Romanis cum non possent ipsam civitate (civitatem m^2) defendere, Totila a porta Hostiensi ingressus est; qui parcere Romanis cupiens tota nocte (per totam noctem m^2) fecit sonare bucinam, ut a Gothorum gladiis aut in ecclesiis se defenderet ipse populus aut quibuscumque modis posse, absconderet se. habitabit (habitavit m^2) autem aliquantum tempus cum Romanis quasi pater cum filiis. sed ista animi benignitate, ut estimo, ex alia causa advenit: ut monita beati patris Benedicti ferocitas mitigavit. inter haec egressi sunt de senatoribus afflicti (afflictis m^2) et angustiati vadunt Constantinopolim et annuntiant imperatori, sub quali angustia Roma posita est; qui statim Narsim eunuchum suum cubicularium cum manu valida misit, ut afflictae Romae quantotius subveniret. veniens idem Nãsi ad Italiam magnum certamen habuit pugnando cum Gothis et prope ad mortem adduxit illos regemque eorum Totilam occidit, qui ultra decem annos regnaverat universamque Italiam ad reipublicae iura reduxit.

Quia vero restant adhuc, quae Iustiniani Augusti felicitate dicantur, insequenti deo praesule libello promenda sunt.

e cod. Bambergensi.

quendam nomine Heldevatum, qui in ipso anno occisus est. deinde fecerunt super se alium regem, qui et ipse non expleto anno occisus est; deinde constituerunt super se Totilam regem et congregato undique exercitu totam Italiam invaserunt. exinde per Campaniam et beati Benedicti monasterium venientes inde per Lucaniam atque Bricciam transeuntes venerunt in Regium; inde transeuntes mare apprehenderunt Siciliam. revertentes quoque de Sicilia venerunt Romam eamque obsidere coeperunt; tantam namque penuriam famis Roma paciebatur, ut prae nimia fame carnes filiorum manducare vellent.

Lassis iam nimium Romanis cum non possent defendere civitatem, Totila ad portam Ostensi intravit; volens autem parcere Romanis praecepit sonare bucinam per totam noctem, ut a Gothorum gladiis populus Romanus aut in ecclesiis se defenderet aut quibuscumque modis posset, se abscondere. habitavit autem aliquantum tempus cum Romanis quasi pater cum filiis. sed ista animi benignitas, ut estimo, ex alia causa advenit, hoc est propter admonitionem beati Benedicti quam fecit ei, quando ad illum abiit, ut probaret, si firmum propheciae spiritum haberet beatus Benedictus, nam antea idem Totila nimium crudelis fuit. Congressi sunt inter haec aliqui de senatoribus Romae et afflicti vadunt Constantinopolim adnunciantes imperatori, sub quali angustia Roma posita esset. ipse vero imperator praesentaliter mandat cum multo populo Narsim eunuchum suum cubicularium, ut festinanter succurret Romae, quae in tali affliccione posita erat. veniens isdem Narsis ad Italiam magnum certamen habuit pugnando cum Gothis et prope ad mortem deduxit illos regemque eorum Totilam occidit, qui super decem annos regnavit et universam Italiam sub potestatem ipsius imperii revocavit.

LIBER XVII.

Pauli Historiae Romanae codices neque multi neque antiqui addunt librum de rebus usque ad Leonis Isaurici imperium gestis, totum ex Pauli historia Langobardorum conflatum. ad eum a nobis adhibiti sunt codices Berolinensis (B) Lat. IV, 4 saec. XIII antiquissimus omnium, quos hoc additamentum continere nobis constat, et Parisinus (V) 14695 (S. Victor 289) saec. XIV. ex codicibus historiae Langobardorum familiae eius quam potissimum excerpta haec sequuntur, sunt codices Sangallensis 635 saec. VIII. IX (apud Waitz. F), et Giessensis 668 saec. IX (apud Waitz. G); quos in varia lectione ubi opus erat adhibuimus secundum editionem Waitzianam; P significatur consensus codd. hist. Lang. omnium aut plerorumque, (P) lectiones unius aut nonnullorum.

Cum iam, ut premissum est, Romanorum desineret apud Italos imperium plurimaeque gentes
I, 25 irruerent contra ipsos ad rus, qui pertransierat Pelaseum, ‖ *hac tempestate Iustinianus Augustus Roma-*
num felici sorte regebat imperium, qui et bella prospere gessit et in causis civilibus mirificus extitit; nam
per Belisarium patricium Persas fortiter devicit, per quem ipsum Belisarium Vundalorum gentem capto eo-
rum rege Gelismero usque ad internitionem delevit Africamque totam post annos XCVI Romano imperio re-
stituit rursumque Belisarii viribus Gothorum in Italia gentem capto Withigiso eorum rege superavit. Mau-
ros quoque post hoc Africam infestantes eorumque regem Attalam per Iohannem exconsulem mirabili virtute
prostravit, pari etiam modo alias gentes belli iure compressit; quam ob causam propter horum omnium victo-
rias, ut Alamannicus Gothicus Francicus Germanicus Anticus Alanicus Wandalicus Africanusque diceretur,
habere haec nomina meruit. leges quoque Romanorum, quarum prolixitas nimia erat et inutilis dissonantia, mi-
rabili brevitate correxit; nam omnes constitutiones principum, quae utique in multis voluminibus habebantur,
intra XII libros coartavit, idem quoque volumen codicem Iustinianum appellari praecepit rursumque singulorum
magistratum sive iudicum leges, quae usque ad duo milia paene libros erant extensae, intra quinquaginta libro-
rum numerum redegit eumque codicem digestorum sive pandectarum vocabulo nuncupavit, quattuor etiam insti-
tutionum libros, in quibus breviter universarum legum textus comprehenditur, noviter composuit, novas quoque
leges, quas ipse statuerat, in unum volumen redactas idest codicem novellam nuncupari sancivit. extruxit quo-
que idem princeps intra Constantinopolim urbem Christo domino, qui est sapientia dei patris, templum, quod
Graeco vocabulo agian sophian idest sanctam sapientiam nominavit, cuius opus adeo cuncta aedificia excellit, ut
in totis terrarum spatiis huic simile non possit inveniri. erat enim hic princeps fide catholicus, in operibus rectus,
in iudicio iustus ideoque ei omnia concurrebant in bonum. huius temporibus Cassiodorus apud urbem Romam
tam saeculari quam divina scientia claruit, qui inter cetera, quae nobiliter scripsit, psalmorum occulta prae-
cipue potentissime reseravit; hic primitus consul deinde senator ad postremum vero monachus extitit; hoc
etiam tempore Dionisius abba in urbe Roma constitutus paschalem calculum miranda argumentatione com-
posuit. tunc quoque apud Constantinopolim Priscianus Caesariensis grammaticae artis, ut ita dixerim pro-
funda rimatus est. tuncque nihilo minus Arator Romanae ecclesiae subdiaconus poeta mirabilis apostolorum
26 *actus versibus eametris exaravit.* ‖ *his quoque diebus beatissimus Benedictus pater et prius in loco, qui*
Sub lacu dicitur, qui ab urbe Roma XL milibus abest, et postea in castro Casini, quod Arum appellatur,
II, 1 *et magnae vitae meritis et apostolicis virtutibus effulsit.* ‖ *igitur cum circumquaque frequenter Longobardo-*
rum victoriae personarent, Narsis cartularius imperialis, qui tunc praeerat Italiae, bellum adversus Totilam
Gothorum regem praeparans, cum iam pridem Longobardos foederatos haberet, legatos ad Alboin dirigit,

---

incipit liber XVII *BV*, *V pergit:* quem ex winilorum idest langobardorum istoria decerpsimus a praefato quem constat auctore editam.

1 desieret *V* ‖ 2 ad rus quis *V* ‖ pelasgum *V* ‖ eundem *post* romanum *add. V* ‖ 3 imperium *ante* felici *P* ‖ 4 bellisarium *V*, *plerumque* ll ‖ patricium — belisarium *om.* V^1 ‖ per quem *FG*, perque *P* ‖ 5 per *B* ‖ 6 italiam *V* ‖ guitichisi *V*, witichis *P* ‖ 7 hoc *F*, haec *P* ‖ rege *V* ‖ atalam *V*, amtalan *P*, attalam *F e corr.* ‖ 8 protriuit *P* ‖ et alias *P* ‖ 9 anticus *om. B* ‖ 10 haec nomina] agnomina *P*, hac nomina *F*, ha(e)c nomina *G* ‖ 11 multis in *P* ‖ 12 idem quoque] eodemque *P* ‖ 14 eumque *V in ras.* ‖ iustinianum *post* codicem *add. B* ‖ instinctionum *V* ‖ 16 statuerant *V* ‖ id est] eodem *P* ‖ nouellum *B* ‖ 17 urbem constantinopolim *P* ‖ 19 hic *om. B* ‖ 21 occulta* *B* ‖ praecipue occulta *P* ‖ 23 paschale *V* ‖ 24 tunc quoque — 25 rimatus est *ed. Murat exh. post* dereliquerat (397, 7) ‖ 25 diaconus *B* ‖ 26 exametris *P* ‖ 27 sublacu *FG*, sublacus *P* ‖ cassini *P praeter G* ‖ arum] arx *P*, arum (*P*) ‖ 28 cum *om. B* ‖ langobardorum *P*, *semper* lang. ‖ 29 narsus *B semper* ‖ totil* V^1

quatenus ei pugnaturum cum Gothis auxilium ministraret. tunc Alboin electam e suis manum direxit, qui
Romanis adversum Getas suffragium ferrent; qui per maris Adriatici sinum in Italiam transvecti sociati
Romanis pugnam inierunt cum Gothis; quibus usque ad internitionem pariter cum Totila suo rege deletis
honorati multis muneribus victores ad propria remearunt omnique tempore, quo Longobardi Pannoniam
possiderunt, Romanae rei publicae adversum aemulos adiutores fuerunt || his temporibus Narsis Buggellino II. 2
duci bellum intulit, quem Theudepertus rex Francorum, cum in Italiam introisset, reversus ad Gallias cum
Amingo alio duce ad subiciendam Italiam dereliquerat; qui Buggellinus cum paene totam Italiam direptionibus
vastaret et Theudeperto suo regi de praeda Italiae munera copiosa conferret, cum in Campania hiemare
disponeret, tandem in loco, cui Eannetum nomen est, gravi bello a Narsete superatus extinctus est. Amin-
gus vero dum Widin Gothorum comiti contra Narsetem rebellanti auxilium ferre conatus fuisset, utrique
a Narsete superati sunt, Widin captus Constantinopolim exiliatur, Amingus vero, qui ei auxilium prae-
buerat, Narsetis gladio perimitur. tertius quoque Francorum dux nomine Leutharius Buggellini germanus,
dum multa praeda onustus ad patriam cuperet reverti, inter Veronam et Tridentum iuxta lacum Benacum
propria morte defunctus est. || habuit nihilominus Narsis certamen adversus Sinduald Brentorum regem, 3
qui adhuc de Herulorum stirpe remanserat, quos secum in Italiam veniens olim Odoacar adduxerat. hic
Narsis fideliter sibi primum adhaerenti multa beneficia contulit, sed novissime superbe rebellanti et regnare
cupienti bello superatum et captum celsa de trabe suspendit. eo quoque tempore Narsis patricius per
Dagisteum magistrum militum virum bellicosum et fortem universos Italiae fines obtinuit. hic Narsis prius
quidem cartularius fuit, deinde propter virtutem meritorum patriciatus honorem promeruit. erat autem
vir piissimus, in religione catholicus, in pauperes munificus, in recuperandis basilicis satis studiosus, vigiliis
et orationibus in tantum studens, ut plus supplicationibus ad deum profusis quam armis bellicis victoriam
obtineret. || inter haec Iustiniano principe vita decidente Iustinus minor rem publicam apud Constantinopolim 4
regendam suscepit. his quoque temporibus Narsis patricius, cuius ad omnia studium vigilabat, Vitalem
episcopum Altinae civitatis, qui ante annos plurimos ad Francorum regnum confugerat, hoc est ad Agon-
thiensem civitatem, tandem comprehensum apud Siciliam exilio damnavit. || igitur deleta, ut dictum est, vel 5
superata Narsis omni Gothorum gente his quoque, de quibus diximus, pari modo devictis dum multum auri
sive argenti seu ceterarum specierum divitias adquisisset, magnam ab his, pro quibus multa contra hostes
laboraverat, invidiam pertulit. qui contra eum Iustino Augusto et eius coniugi Sophiae in haec verba sug-
gesserunt dicentes, quia expedierat Romanis Gothis potius servire quam Graecis, ubi Narsis eunuchus im-
perat et nos servitio premit et haec noster piissimus princeps ignorat; aut libera nos de manu eius aut
certe et civitatem Romanam et nosmet ipsos gentibus tradimus. cumque hoc Narsis audisset, haec breviter
retulit verba 'si male feci cum Romanis, male inveniam'. tunc Augustus intantum adversus Narsetem
commotus est, ut statim in Italiam Longinum praefectum mitteret, qui Narsetis locum obtineret. Narsis
vero his cognitis valde pertimuit et in tantum maxime ab eadem Sophia Augusta territus est, ut regredi
ultra Constantinopolim non auderet; cui illa inter cetera, quia eunuchus erat, haec fertur mandasse, ut
cum puellis in genitio lanarum faceret pensas dividere, ad quae verba Narsis dicitur haec responsa dedisse
talem se eidem telam orditurum, qualem ipsa dum viveret, deponere non posset. itaque odio metuque ex-
agitatus in Neapolim Campaniae civitatem secedens legatos mox ad Langobardorum gentem dirigit mandans,
ut paupertina Pannoniae rura desererent et ad Italiam cunctis refertam divitiis possidendam venirent,
simulque multimoda pomarum genera aliarumque rerum species, quarum Italia ferax est, mittit, quatenus
eorum ad veniendum animos possit illicere. Langobardi laeta nuntia et quae ipsi praeoptabant, gratanter
suscipiunt denique futuris commodis animos adtollunt. continuo apud Italiam terribilia noctu signa visa

---

1 pugnaturo V^2 || 2 getas idem idem (*bis* V^1) gothos *V*, gothos *B*, getas *P* [gentes *F* (*corr.* gothos) *G sup. scr. al. m.* uel gothos] || 3 internitiem *B* || 5 buccellino *P semper* cc, bucellino *V* || 6 teudepertus *V* (*P*) || 7 italiam direptionibus uastaret derelinquerat *V* || 8 teudeperto *V* || deferret *B* || campaniam *B* || 9 qui *B* || cãnentum *V*, tannetum *P*, tamnetum (*P*) || nomen est] uocatur *B* || a narsete bello *B* || 10 windin *VFG* || nasartem *V* || rebellandi *B* || 11 a narsete] anasetes *V* || uindin *V* || uero *om. B* || 12 lentharius *V* || buccellini *V* || 14 sinduald *V* || 15 he*rulorum *V*, herolorum *B* || quod *B*, quem *VG* || solim (solum V^2) odoaccar *VB* || 16 rebellandi B^1 || rebellantem et regnare cupientem *P* || 17 narsi V^1 || 19 cartholarius *V* || uirtutum *P*, uirtutem *G* || merito *VFG*, merita *P* || 20 paupere V^1, paupertate *B* || recuperandis *V* || 22 optineret *V*, *semper* opt. || 24 anno B^1 || angantiensem *V* || 27 his] romanis *P* || 28 iustiniano *P*, *corr. in* iustino *FG* || 29 quod *B* || gothi *B* || potius *om. V* || 34 egredi *B* || 36 cum *V*(*P*) || pensa *P*, pensas (*P*) || ad quae *ex* atque V^1, atque *F* || 37 ordinaturum *B* || 38 ciuitatem campanie *B* || longobardorum *B et in sequ. plerumque* long. || 39 refertam] repletam refertamque *V* || ueniret *BFG* || 40 pomorum V^2P || quas italia fert *B* || 41 et *om. B* || 42 deque *P*, denique (*P*)

sunt hoc est igneae acies in caelo apparuerunt eum scilicet, qui postea effusus est, sanguinem coruscantes. ||

11 *Narsis vero de Campania Romam regressus ibidem non post multum tempus ex hac luce subtractus est, cuius corpus positum in locello plumbeo cum omnibus eiusdem divitiis Constantinopolim est perlatum.* ||

III, 11 *per haec tempora apud Constantinopolim, ut supra praemissum est, Iustinus minor regnabat vir in omni avaritia deditus, contemptor pauperum, senatorum spoliator, cui tanta fuit cupiditatis rabies, ut arcas iuberet ferreas fieri, in quibus ea quae rapiebat auri talenta congereret. quem etiam ferunt in haeresim Pelagianam dilapsum. hic cum a divinis mandatis aurem cordis averteret, iusto dei iudicio amisso rationis intellectu amens effectus est. hic Tiberium Caesarem ascivit, qui eius palatium vel singulas provincias gubernaret, hominem iustum utilem strenuum sapientem elimosinarium in iudiciis aequum in victoriis clarum et quod his omnibus supereminet verissimum Christianum. hic cum multa de thesauris, quos Iustinus aggregaverat, pauperibus erogaret, Sophia Augusta frequentius eum increpabat, quod rempublicam redigisset in paupertatem, dicens 'quod ego multis annis congregavi, tu infra paucum tempus prodige dispergis'. aiebat autem ille 'confido in domino, quia non deerit pecunia fisco nostro tantum, ut pauperes elemosinam accipiant aut captivi redimantur; hic est magnus thesaurus dicente domino: thesaurizate vobis thesauros in caelo, ubi neque aerugo neque tinea corrumpit et ubi fures non effodiunt nec furantur. ergo de his quae dominus tribuit, congregemus thesauros in coelo et dominus nobis augere dignabitur in saeculo'. igitur Iustinus, cum undecim annis regnasset, amentiam quam incurrerat tandem cum vita finivit. bella sane, quae per Narsetem patricium Gothis et Francis illatą superius per anticipationem diximus, huius temporibus gesta sunt. denique et cum Roma temporibus Benedicti papae vastantibus omnia per circuitum Longobardis famis penuria laboraret, multa milia frumenti navibus ab Aegipto dirigens eam sub studio miseri-*
12 *cordiae revelavit.* || *mortuo igitur Iustino Tiberius Constantinus Romanorum regum quinquagesimus sumpsit imperium. hic cum, ut superius diximus, sub Iustino adhuc Caesar palatium regeret et multas cotidie elimosinas faceret, magnam ei dominus auri copiam subministrabat; nam deambulans per palatium vidit in pavimento domus tabulam marmoream in qua erat crux dominica sculpta et ait 'cruce domini frontem nostram et pectora munire debemus et ecce eam sub pedibus conculcamus' et dicto citius iussit eandem tabulam auferri defossa; qua levata tabula atque erecta inveniunt subter et aliam hoc signum habentem, qui et ipsam iussit auferri. qua amota reperiunt et tertiam iussuque eius cum haec fuisset ablata, inveniunt magnum thesaurum habentem supra mille auri centenarii sublatumque aurum pauperibus adhuc habundantius quam consuetus fuerat largitur. Narsis quoque patricius Italiae cum in quadam civitate intra Italiam domum magnam haberet, cum multis thesauris ad supra memoratam urbem advenit ibique in domo sua occulte cisternam magnam fodit, in qua multa milia centenariorum auri argentique reposuit, interfectisque omnibus consciis uni tantummodo seni haec per iuramentum ab eo exigens commendavit. defuncto vero Narsete supradictus senex ad Caesarem Tiberium veniens dixit 'si, inquit, mihi aliquid prodest magnam rem tibi Cesar dicam'; cui ille 'dic, ait, quod vis, proderit enim tibi, siquid nobis profuturum esse narraveris'. 'thesaurum', inquit, 'Narsis reconditum habeo, quem in extremo vitae positus celare non possum'. tunc Caesar Tiberius gavisus mittit usque ad locum pueros suos, recedente vero sene hi sequuntur attoniti pervenientesque ad cisternam deopertamque ingrediuntur; in qua tantum auri vel argenti repertum est, ut per multos dies vix a deportantibus potuisset evacuari; quae ille pene omnia secundum suum morem erogatione largiflua dispensavit egenis. hic cum Augustalem coronam accepturus esset eumque iuxta consuetudinem ad spectaculum circi populus expectaret, insidias ei praeparans, ut Iustinianum Iustini nepotem ad dignitatem imperatoriam sublimaret, ille per loca sancta prius procedens deinde vocatum ad se pontificem urbis cum consulibus ac praefectis palatium ingressus indutus purpura diademate coronatus throno imperiali impositus cum inmensis laudibus in regni est gloria confirmatus; quod eius adversarii audientes nihilque ei, qui in domino spem suam posuerat, officere valentes magno sunt confusionis pudore cooperti. transactis autem paucis diebus adveniens Iustinianus pedibus se proiecit imperatoris ob meritum gratiae quindecim ei auri centenaria deferens; quem ille secundum patientiae suae ritum colligens sibi in palatio assistere iussit. Sophia vero Augusta inmemor promissionis, quam quondam in Tiberium habuerat, insidias ei temptavit ingerere. procedente autem eo ad villam, ut iuxta ritum imperialem triginta diebus ad vindemiam*

1 coruscantem *B* (*P*) || 3 eius *P* || 9 elemosinarium *B* || 11 suffia *P* || redegisset *V* || 14 hoc est enim (*om. FG*) magnum thesaurum *P* || 16 dominus] *P*, dis *B*, d'o *V* || 18 et] uel *P* || 20 sub] suae *P*, suo *G* || 21 releuauit *P*, reuelauit *G* || 23 elemosinas *B* || subministrauit *P* || 26 auferri defossa(m)que tabula(m) atque erecta(m) inueniunt *P* || quam *B* || 27 et *om. B* || et haec *P* [et *om.* (*P*)] || 28 centenaria *P* || 29 quam consuerat l. *P* || 31 interfectis V^1 || 32 exiens *B* || 34 quod] quem V^1 || 35 quod *P* || 37 perueneruntque V^2 *sup. lin.* || discopertamque V^2, dis *in ras.* || 38 a *om. B* || omnia pene *B* || 40 sophia augusta *add. ed. Mur. post* praeparans || ut — 41 dignitatem *om. V* || 41 dein *B*, dehinc *P* || 42 diadema V^1 || 44 deo *P* || confusionis] consuetudinis B^1, consuetudine B^2 || 45 autem *om. B* || 48 ut *om. B* || ut uindemia *B*

iucundaretur, vocato clam Iustiniano voluit eum sublimare in regno; quo comperto Tiberius cursu veloci Constantinopolim regreditur apprehensamque Augustam omnibus thesauris expoliavit solum ei victum cotidianum in alimentum relinquens segregatisque pueris eius ab ea alios de fidelibus suis posuit, qui ei parerent, mandans prorsus, ut nullus de anterioribus ad eam haberet accessum. Iustinianum vero verbis solummodo obiurgatum tanto in posterum amore dilexit, ut filio eius filiam suam promitteret rursumque filio suo filiam eius expeteret; sed haec res, quam ob causam nescio, ad effectum minime pervenit. huius exercitus ab eo directus Persas potentissime debellavit victorque regrediens tantam molem praedae cum viginti pariter elephantis detulit, ut humanae crederetur posse sufficere cupiditati. ‖ Tiberius igitur Constantinus postquam imperium VII rexerat annis, sentiens sibi diem III, 15
mortis imminere una cum consilio Sophiae Augustae Mauricium genere Cappadocem virum strenuum ad imperium elegit ornatamque suam filiam regalibus ornamentis ei eam tradidit dicens ‘ sit tibi imperium meum cum hac puella concessum, utere eo felix memor semper, ut aequitate et iustitia delecteris’. haec postquam dixit de hac luce ad aeternam patriam migravit magnum luctum populis de sua morte relinquens; fuit enim summae bonitatis in elemosinis promptus, in iudicio iustus, in iudicando cautissimus, nullum despiciens, sed omnes in bona voluntate complectens; omnes diligens ipse quoque est dilectus a cunctis. quo defuncto Mauricius indutus purpura redimitus diademate ad circum processit adclamatisque sibi laudibus largita populo munera primus ex Graecorum genere in imperio confirmatus est. ‖ hoc tempore Mauricius imperator 17
Hildeberto regi Francorum quinquaginta milia solidos per legatos suos direxit, ut cum exercitu super Longobardos irrueret eosque de Italia exterminaret; qui cum innumera Francorum multitudine in Italiam subito introivit. Longobardi vero in civitatibus se communientes intercurrentibus legatis oblatisque muneribus pacem cum Hildiberto fecerunt. qui cum ad Gallias remeasset, cognito imperator Mauricius, quia cum Longobardis foedus inierit, quod ei ob Longobardorum detrimento dederat, repetere coepit, sed ille suarum virium potentia fretus pro hac re nec responsum reddere voluit. ‖ his itaque gestis Authari rex Brixellum civi- 18
tatem super Padi marginem positam expugnare aggressus est, in qua Doctrulf dux a Longobardis confugerat seque partibus imperatoris tradens sociatus militibus Longobardorum exercitui fortiter resistebat. iste ex Suavorum hoc est Alamanorum gente oriundus inter Longobardos creverat, quia erat idoneus, ducatus honorem emeruerat. sed cum occasionem ulciscendae suae captivitatis repperit, contra Longobardorum ilico arma surrexit. adversus quem Longobardi gravia bella gesserunt tandemque eum cum militibus, quos iuvabat, exuperantes Ravennam cedere compulerunt. Brixellum capta est, muri quoque eius solum adusque destructi sunt. post haec Authari rex cum Smaracdo patricio, qui tunc Ravennae praeerat, usque in annum tertium pacem fecit. ‖ denique per Benedictum papam Pelagius Romanae ecclesiae pontifex absque 20
iussione principis ordinatus est eo quod Longobardi Roma per circuitum obsiderent nec posset quisquam a Roma progredi. hic Pelagius Heliae Aquiliensi episcopo nolenti tria capitula Chalcedonensis synodi suscipere epistolam satis utilem misit, quam beatus Gregorius, cum esset adhuc diaconus, conscribit. ‖ rursum 22
Mauricius Augustus legatos ad Hildibertum mittens eum, ut contra Longobardos in Italiam exercitum dirigeret, persuasit. Hildibertus existimans suam adhuc germanam apud Constantinopolim vivere legatis Mauricii adquiescens, ut suam possit sororem accipere, iterum adversus Longobardos Francorum exercitum ad Italiam direxit; contra quos dum Longobardorum acies properarent, Franci et Alamanni discessionem inter se habentes sine ullius lucri conquisitione ad patriam sunt reversi. ‖ eo tempore fuit aquae diluvium in 23
finibus Venetiarum Liguriae seu ceteris regionibus Italiae, quale post Noe tempora creditur non fuisse; factae sunt lacunae possessionum seu villarum, hominumque pariter et animantium magnus interitus, destructa sunt itinera, dissipatae viae. tantum tunc Athesis fluvius excrevit, ut circa basilicam beati Zenonis martyris, quae extra Veronensis urbis murum sita est, usque ad superiores fenestras aqua pertingeret, licet sicut beatus Gregorius postea papa scripsit, in eandem basilicam aqua minime introierit. urbis quoque eiusdem Veronensis muri ex parte aliqua eadem sunt inundatione subruti. facta est autem haec inundatio XVI Kl. Nov., sed et tantae coruscationes et tonitrua fuerunt, quantae vix fieri aestivo tempore solent. post duos quoque menses eadem urbs Veronensium magna ex parte incendio concremata est. ‖ in hac diluvii 24
effusione intantum aput urbem Romam fluvius Tiberis excrevit, ut aquae eius super muros urbis influerent

---

1 curs* *V*[1] ‖ 2 spoliauit *P* ‖ uictus cottidiani alimentum *P* ‖ 3 pararent *V* ‖ 4 interioribus *B* (*P*) ‖ 5 filia eius expeteretur *B* ‖ 6 prouenit *B* ‖ 8 die *B*[1] ‖ 9 conscilio *V*, *semper* consc. ‖ 10 ornatamque regalibus ornamentis suam filiam ei tradidit *B* ‖ 11 et *om.* *B*[1] ‖ 15 largitus *V*[2] ‖ 16 *verba* firmatus est — 400, 1 alueum eiusdem *in V consulto erasa sunt* ‖ 17 childeperto *P*, *semper* child. ‖ 18 eoque *B*[1] ‖ 19 oblegatisque *B*[1] ‖ 21 quos *P* ‖ 22 ita *P* ‖ brexillum *P* ‖ 23 droctulft *P*, doctrulf *G* 25 et quia erat forma (*om.* *FG*) idoneus *P* ‖ 26 meruerat *P*, *om.* *FG*, em. *suppl.* ‖ 28 brexillus *P* ‖ 30 post *P* ‖ 31 romam *P* ‖ 32 aquileiensi *P*, aquiligensi *G* ‖ 33 conscripsit *P* ‖ 36 recipere *P*, accipere *F* ‖ 37 dissensionem *P*, dissessionem *G* ‖ 39 et liguriae *P* ‖ tempore *P* ‖ 40 lauinae *P* ‖ 41 tuncque *P* ‖ 42 muros *P* ‖ 43 sicut et (*om.* *F*) beatus gr. post p. *P* ‖ 45 et *om.* *P* ‖ fieri uix *P*

et maximas in ea regiones occuparent. tunc per alveum eiusdem fluminis cum multa serpentium multitu-
dine draco etiam magnae miraeque magnitudinis per urbem transiens usque ad mare descendit. subsecuta
statim est hanc inundationem gravissima pestilentia, quam inguinariam appellant, quae tanta strage po-
pulum devastavit, ut de inaestimabili multitudine vix pauci remanerent, primumque Pelagium papam virum
venerabilem perculit sine mora extinxit, deinde pastore interempto sese per populum extendit. in hac tanta
tribulatione beatissimus Gregorius, qui tunc levita erat, a cunctis generaliter papa electus est. qui dum
septiformem letaniam fieri ordinasset, intra unius horae spatium, dum hi deum deprecarentur, octuaginta
ex eis subito ad terram corruentes spiritum exalarunt. septiformis autem letania ideo dicta est, quia omnis
urbis populus a beato Gregorio in VII partibus deprecaturus dominum est divisus: in primo namque choro
fuit omnis clerus, in secundo omnes abbates cum monachis suis, in tertio omnes abbatissae cum congrega-
tionibus suis, in quarto omnes infantes, in quinto omnes laici, in sexto universae viduae, in septimo omnes mu-
lieres coniugatae. ideo autem de beato Gregorio plura dicere obmittimus, quia iam ante aliquot annos eius vi-
tam deo auxiliante texuimus; in ea quae dicenda erant, iuxta tenuitatis nostrae vires universa descripsimus. ‖
III, 25 hoc tempore idem beatus Gregorius Augustinum et Mellitum et Iohannem cum aliis pluribus monachis timen-
26 tibus deum in Brittaniam misit eorumque praedicatione ad Christum Anglos convertit. ‖ his diebus defuncto
Helia Aquilegensi patriarcha postquam XV annos sacerdotium gesserat, Severus huic succedens regendam susce-
pit ecclesiam; quem Smaracdus patricius veniens de Ravenna in Gradus per semetipsum ex basilica extrahens
Ravennam cum iniuria duxit cum aliis tribus ex Istria episcopis idest Iohanne Parentino et Severo atque Vin-
demio nec non etiam Antonio iam sene ecclesiae defensore; quibus comminans exilia atque violentiam inferens
communicare compulit Iohanni Ravennati episcopo trium capitulorum dampnatori, qui a tempore papae Vigilii
vel Pelagii Romanae ecclesiae desierant societate. exempto vero anno ex Ravenna ad Gradus reversi sunt;
quibus nec plebs communicare voluit nec ceteri episcopi eos receperunt. Smaracdus patricius a daemonio non
iniuste correptus successorem Romanorum patricium accipiens Constantinopolim remeavit. post haec facta est
synodus decem episcoporum in Mariano, ubi receperunt Severum patriarcham Aquilegensem dantem libellos
erroris sui, quia trium capitulorum dampnatoribus communicarat a Ravenna. nomina vero episcoporum, qui
se ab hoc scismate cohibuerunt, haec sunt: Petrus de Altino, Clarissimus, Ingenuinus de Sabione, Agnellus
Trientinus, Iunior Veronensis, Horontius Vincentius, Rusticus de Tarvisio, Fonteius Feltrinus, Agnellus de
Acilo, Laurentius Vellunensis, Maxentius Iuliensis et Adrianus Pollensis. cum patriarcha autem commu-
IV, 26 nicaverunt isti episcopi: Severus, Parentinus Iohannes, Patricius, Vindemius et Iohannes. ‖ igitur Mauricius
Augustus postquam unum et XX annis rexit imperium, cum filiis Theodosio et Tiberio et Constantino a Fo-
cace, qui fuit strator Prisci patricii, occiditur. fuit autem utilis rei publicae, nam saepe contra hostes dimi-
33 cans victoriam obtinuit. Huni quoque, qui et Avares appellantur, eius virtute devicti sunt. ‖ his diebus de-
functo Severo patriarcha ordinatur in loco eius Iohannnes abbas in Aquileia vetere cum consensu regis et
Gisulfi ducis. in Gradus quoque ordinatus est a Romanis Candidianus antistes. rursum mense Novembrio
et Decembrio stella cometis apparuit. Candidiano vero defuncto apud Gradus ordinatur patriarcha Epipha-
nius, qui fuerat primicerius notariorum, ab episcopis, qui erant sub Romanis, et ex illo tempore coeperunt
36 duo esse patriarchae. ‖ Focas igitur, ut praemissum est, extincto Mauricio eiusque filiis Romanorum regnum
invadens per octo annorum curricula principatus est. hic rogante papa Bonifatio statuit sedem Romanae
et apostolicae ecclesiae, ut caput esset omnium ecclesiarum, quia ecclesia Constantinopolitana prima se om-
nium ecclesiarum scribebat. idem alio papa Bonifatio petente iussit in veteri fano, quod Pantheum voca-
batur, ablatis idolatriae sordibus ecclesiam beatae semper virginis Mariae et omnium martyrum fieri, ut ubi
quondam omnium non deorum, sed daemoniorum cultus agebatur, ibi deinceps omnium fieret memoria sancto-
rum. huius tempore Prasini et Veneti per Orientem et Aegyptum civile bellum faciunt ac sese mutua caede
prosternunt. Persae quoque adversus rem publicam gravissima bella gerentes multas Romanorum provin-

2 magnae miraeque] mirae *P* ‖ 3 tantae B^1 ‖ 4 inextimabili *V* ‖ 5 et sine *P* ‖ per *add.* V^2 ‖ populos *P*, populum *G* ‖ 7 horae] lxe *V* ‖ precarentur *VG* ‖ octoaginta *V* ‖ 12 omittimus *B* ‖ 13 et *ante* in *add.* V^2 ‖ in qua quae *P* ‖ fuerant *P* ‖ tenuitates B^1 ‖ 14 isdem *P* ‖ et *om.* *B* ‖ 15 angelos B^1 ‖ 16 aquileiensi *B* ‖ 17 smaragdus *V*, *semper* -gd ‖ ex] e V^2P ‖ 18 uendemio *V* ‖ 19 cumminans *V* ‖ 21 uel pelagii *om.* *V* (*P*) ‖ a romanae *P* ‖ descripserant *B* descripserat (*P*), desciuerant *P* ‖ e *P* ‖ et rauennam *B* ‖ grados *P*, gradus *G* ‖ 23 iuste V^1, iniuste *ex* iuste *G* ‖ correctus *V* ‖ romanum V^2P ‖ 24 numariano *B* ‖ aquileiensem *B* ‖ libellum *P* ‖ 25 a rauenna] rauennae *P*, * rauennae *F* *2 litt. eras* ‖ 27 tridentinus *P* ‖ uicentinus *P* ‖ ueltrinus *B* ‖ 28 lunensis *B*, bellunensis *P* ‖ polensis *P*, pollensis *F* ‖ 30 qui *ante* postquam *V* ‖ theudosio *P* ‖ focate *P* ‖ 31 structor *B*, stractor V^1 ‖ 32 uni *V* ‖ qui *add.* V^2 ‖ 33 aquilegia *V* ‖ 34 ducis] regis ducis V^1 ‖ a *om.* *P*, *exh.* (*P*) ‖ roma *B* ‖ rursum — 35 apparuit *om.* *B* ‖ 35 uero] quoque *P* ‖ 37 focax *V* ‖ extincto mauricio *om.* *V* ‖ filius V^2P, filiis (*P*) ‖ 39 ut *om.* *P* ‖ esse *P*, esset *F* ‖ primam *B* ‖ 40 pantheon *V* (*P*), on *in ras.* ‖ 42 deorum] *P*, deorum omnium *V*, iudaeorum *B*

cias et ipsam Hierosolimam auferunt et destruentes ecclesias sancta quoque profanantes inter ornamenta locorum sanctorum vel communium etiam vexillum dominicae crucis abducunt. contra hunc Focacem Eraclianus, qui Africam regebat, rebellavit atque cum exercitu veniens eum regno vitaque privavit remque publicam Romanam Eraclius eiusdem filius regendam suscepit. ‖ his diebus defuncto Eraclio Augusto apud IV. 49
Constantinopolim Eraclones eius filius cum matre Martina regni iura suscepit rexitque imperium duobus annis; quo vita decedente successit in loco eius Constantinus germanus eiusdem alius filius Eraclii imperavitque mensibus sex; hoc etiam mortuo Constantinus eiusdem filius ad regni dignitatem ascendit tenuitque regnum annis XXVIII. ‖ circa haec tempora regis Persarum coniux nomine Caesara de Perside exiens 50
cum paucis suis fidelibus privato habitu propter Christianae fidei amorem Constantinopolim venit. quae ab imperatore honorifice suscepta post aliquot dies, ut desiderabat, baptismum consecuta est, ab Augusta de sacro fonte levata est. quod vir eius Persarum rex audiens legatos Constantinopolim ad Augustum direxit, quatenus eidem suam uxorem redderet. qui ad imperatorem venientes verba regis Persarum nuntiant, qui requirebat suam reginam. imperator haec audiens remque omnino ignorans eis responsum reddidit dicens 'de regina, quam quaeritis, fatemur nos nihil scire praeter quod ad nos hic aliqua mulier privato habitu advenit'; legati vero responderunt dicentes 'si placet vestro conspectui, velimus hanc dictam mulierem videre'. quae cum iussu imperatoris advenisset, mox ut eam legati conspiciunt, ad eius vestigia provolvuntur eique venerabiliter, quia eum suus vir requireret, suggerunt. quibus illa respondit 'ite renuntiate regi vestro et domino, quia nisi, sicut ego iam credidi, ita ipse et in Christum crediderit, me iam ultra consortem thori habere non poterit'. quid multa: reversi legati ad patriam universa quae audierant suo regi renuntiant, qui nihil moratus cum sexaginta milibus viris Constantinopolim pacifice ad imperatorem venit, a quo gratanter et satis digne susceptus est. qui cum universis Christum dominum credens pariter cum omnibus sacri baptismatis unda perfusus et ab Augusto de fonte levatus catholica fide confirmatus est multisque muneribus ab Augusto honoratus accepta sua coniuge laetus et gaudens ad suam patriam repedavit. ‖ his diebus Constantinus Augustus, qui et Constans est appellatus, Italiam a Langobar- V. 6
dorum manu eruere cupiens Constantinopolim egressus per litoralia iter habens Athenas venit indeque mare transgressus Tarentum applicuit. qui tamen prius solitarium quendam, qui prophetiae spiritum habere dicebatur, adit studiose ab eo sciscitans, utrum gentem Langobardorum, quae in Italia habitabat, superare et obtinere posset; a quo cum servus dei spatium unius noctis expetisset, ut pro hoc ipso dominum supplicaret, facto mane ita eidem Augusto respondit: 'gens Langobardorum superari modo ab aliquo non potest quia regina quaedam ex alia provincia veniens basilicam beati Iohannis Baptistae in Langobardorum finibus construxit et propter hoc ipse beatus Iohannes pro Langobardorum gente continue intercedit: veniet autem tempus, quando ipsum oraculum habebitur despectui et tunc gens ipsa peribit'. quod nos ita factum esse probavimus, qui ante Langobardorum perditionem eandem beati Iohannis basilicam, quae utique in loco, qui Modicia dicitur, est constituta, per viles personas ordinari conspeximus ita, ut indignis et adulteris non pro vitae merito sed praemiorum datione isdem locus venerabilis largiretur. ‖ igitur cum, ut diximus, 7
Constans Augustus Tarentum venisset, egressus exinde Beneventanorum fines invasit omnesque paene per quas venerat Langobardorum civitates cepit. Luceriam quoque opulentam Apuliae civitatem expugnatam fortius invadens diruit et ad solum usque prostravit. Agerentiam sane propter munitissimam loci positionem capere minime potuit. deinde cum omni suo exercitu Beneventum circumdedit et eam vehementer expugnare coepit, ubi tunc Romuald Grimoaldi filius adhuc iuvenculus ducatum tenebat. qui statim ut imperatoris adventum cognovit, nutricium suum nomine Sesualdum ad patrem Grimoaldum trans Padum direxit obsecrans eum, ut quantotius veniret filioque suo ac Beneventanis, quos ipse nutrierat, potenter succurreret. quod Grimoaldus rex audiens statim cum exercitu filio laturus auxilium Beneventum pergere coepit; quem plures ex Langobardis in itinere relinquentes ad propria remearunt dicentes, quia expoliasset palatium et iam non reversurus repeteret Beneventum. interim imperatoris exercitus Beneventum diversis machinis vehementer expugnabat, econtra Romuald cum Langobardis fortiter resistebat; qui quamvis cum tanta multitudine congredi manu ad manum propter paucitatem exercitus non auderet, frequenter tamen cum expeditis iuvenibus hostium castra inrumpens magnas eisdem inferebat undique clades. cum-

2 focatem *P* ‖ 5 erationes *V*, heraclones *P* ‖ 10 est] et *P* ‖ 12 quatinus *B* ‖ 13 requirebant *B P* ‖ suam requirebat *P* ‖ 14 huc *B* ‖ 15 nostro *V* ‖ hanc quam *P* ‖ dicetis *B* ‖ 16 ueniret *B* ‖ ut] ū *V*, *om. P*, *exh.* *P* ‖ 17 suggesserunt *B* ‖ 18 uestro *ex* nostro *V* ‖ iam *om. B* ‖ ita *om. V* ‖ ita et ipse in *P* ‖ 19 multa] plura *B* ‖ 20 nil *V* ‖ 24 constans] constas *V*[1] ‖ appellatus est *V* ‖ 26 ad *post* prius *add.* *V*[1]*P*, *del.* *V*[2] ‖ prophetice *B*[1] ‖ 27 adiit *P* ‖ 28 possit *P* ‖ 32 ipsud *P* ‖ dispectui *V* ‖ peribit *P*, periet *G*, periit *F* ‖ 33 perditionem *V* ‖ in hoc loco *P* ‖ 34 modina *B* ‖ 36 beneuentorum *V* ‖ 38 et *om. P praeter F* ‖ 40 nunc *B* ‖ grimualdi *P*, *semper per u* ‖ iuuenculus *V*[1] ‖ 42 eum *om. P*, *exh. F G* ‖ 43 grimoald *V* ‖ 44 ad] a *V*[1] ‖ 45 iam *om. V* ‖ repeteret] nec peteret *B* ‖ 46 qui *P* ‖ 48 irrumpens *B*

que Grimoaldus eius pater iamque properaret, eundem nutricium eius, de quo praemisimus, ad filium misit, qui ei suum adventum nuntiaret. qui cum prope Beneventum venisset, a Graecis captus imperatori delatus est, qui ab eo, unde adveniret, requirens, ille se a Grimoaldo rege venire dixit eundemque regem citius adventare nuntiavit statimque imperator exterritus consilium cum suis iniit, quatenus cum Romualdo pa-
V, 8 *cisceretur, ut Neapolim possit reverti ‖ acceptaque obside Romualdi sorore, cui nomen Gisa fuit, cum eodem pacem fecit, eius vero nutricium Sesoaldum ad muros duci praecepit mortem eidem minatus, si aliquid Romualdo aut civibus de Grimoaldi adventu nuntiaret, sed potius asseveraret eundem venire minime posse. quod ille ita se facturum, ut ei praecipiebatur, promisit; sed cum prope muros advenisset, velle se Romoaldum videre dixit. quo cum Romoaldus citius advenisset, sic ad eum locutus est 'constans esto, domine Romoalde, et habens fiduciam noli turbari, quia tuus genitor citius tibi auxilium praebiturus aderit; nam scias eum ista nocte iuxta Sacrum fluvium cum valido exercitu manere; tantum obsecro, ut misericordiam exhibeas cum mea uxore et filiis, quia gens ista perfida me vivere non sinebit', cumque hoc dixisset, iussu imperatoris caput eius abscisum atque cum belli machina, quam petrariam vocant, in urbem proiectum est. quod caput Romuald sibi deferri iussit idque lacrimans osculatus est dignoque in loculo tumulari praece-*
9 *pit. ‖ metuens igitur imperator subito Grimoaldi regis adventum dimissa Beneventi obsidione Neapolim proficiscitur; cuius tamen exercitus Mitolla Capuanus comes iuxta fluenta Caloris fluminis in loco, qui usque*
10 *hodie Pugna dicitur, vehementer attrivit. ‖ postquam vero imperator Neapolim venit, unus ex eius optimatibus, cui nomen Saburus erat, ab Augusto, ut fertur, XX milia militum expetiit seque cum Romualdo pugnaturum victoremque spopondit. qui cum accepto exercitu ad locum, cui Forinus nomen est, advenisset ibique castra posuisset, Grimoaldus, qui iam Beneventum advenerat, haec audiens contra eum proficisci voluit; cui filius Romuald 'non est opus, inquit, sed tantum partem nobis de exercitu vestro tribuite, ego deo favente cum eo pugnabo et cum vicero, maior utique gloria vestrae potentiae adscribetur'. factumque est. et accepta aliqua parte de patris exercitu pariterque cum suis hominibus contra Saburum proficiscitur. qui priusquam bellum cum eo iniret, a quattuor partibus tubas insonare praecepit moxque super eos audenter irrupit cumque utraeque acies forti intentione pugnarent, tum unus de regis exercitu nomine Amalongus, qui regium contum ferre erat solitus, quendam Graeculum eodem conto utrisque manibus fortiter percutiens de sella, super quam equitabat, sustulit eumque in aera super caput suum elevavit; quod cernens Graecorum exercitus mox inmenso pavore perterritus in fugam convertitur ultimaque pernicie caesus sibi fugiens mortem, Romoaldo et Langobardis victoriam peperit. ita Saburus, qui se imperatori suo victoriae trophaeum de Longobardis promiserat patrare, ad eum cum paucis remeans ignominiam deportavit. Romuald vero patrata de inimicis victoria Beneventum triumphans reversus est patrique gaudium et*
11 *cunctis securitatem sublato hostium timore convexit. ‖ at vero Constans Augustus cum nihil se contra Langobardos gessisse conspiceret, omnes saevitiae suae minas contra suos hoc est Romanos retorsit; nam egressus Neapolim Romam perrexit. cui sexto ab urbe miliario Vitalianus papa cum sacerdotibus et Romano populo occurrit; qui Augustus cum ad beati Petri limina pervenisset obtulit ei pallium auro textilem et manens apud Romam diebus XII omnia, quae fuerunt antiquitus instructa ex aere in ornamentum civitatis, deposuit intantum, ut etiam basilicam beatae Mariae, quae aliquando Pantheon vocabatur et condita fuerat in honorem omnium deorum — et iam ibi per concessionem superiorum principum locus erat omnium martyrum — discoperiret tegulasque aereas exinde auferret easque simul cum aliis omnibus ornamentis Constantinopolim transmitteret. deinde reversus imperator Neapolim in itinere terreno perrexit civitatem Regium ingressusque Siciliam per indictionem VII habitavit in Siracusa et tales afflictiones in suo populo seu habitatoribus vel possessoribus Calabriae, Siciliae, Africae atque Sardiniae exercuit, quales antea numquam auditae sunt ita, ut etiam uxores a maritis vel filii a parentibus separarentur. sed et alia multa et inaudita harum regionum populi sunt perpessi ita, ut alicui spes vitae non remaneret; nam et vasa sacrata vel cimilia sanctarum dei ecclesiarum imperiali iussu et Graecorum avaritia sublata sunt. mansit autem imperator in Sicilia ab indictione VII usque in XII, sed tandem tantarum iniquitatum poenas luit*
12 *atque dum se in balneo lavaret. a suis extinctus est. ‖ interfecto igitur apud Siracusas Constante impera-*

---

1 grimoald *V* ‖ iam *BG* ‖ 2 aduentum suum *B* ‖ 3 veniret *B* (*P*) ‖ que *in* eundemque *sup. lin. B* ‖ 4 perterritus *V*2 *in ras.* ‖ romoaldo *V* ‖ 5 abceptaque *B* ‖ 10 romoald *V* ‖ 11 ista] a *F*, ea *G*, hac *P* ‖ sagrum *e corr. G*, sacrum (*P*), sangrum *P* ‖ 12 sinet *B* ‖ 14 romuuald *B* ‖ 15 grimoald *V* ‖ 16 nitola *ex* notola *V*, mitola *P* ‖ 17 peruenit *P* ‖ opimatibus *VF* ‖ 19 exercitu *om. B* ‖ formius *B* ‖ 20 grimuald *V* ‖ 21 nobis *om. B* ‖ 24 prius cum *V* ‖ insonari *V* ‖ eum *V* ‖ 25 utraque *V*1 *ut videtur*, (*P*) ‖ pugnaret *B* ‖ 26 contulo *P*, contu *FG* ‖ 27 leuauit *P* ‖ 30 tropeum *P* ‖ parare *V* ‖ reportauit *V*2 ‖ 32 nil *V* ‖ 35 ei] ibi *P* ‖ 36 instituta *P* ‖ aere in] aere et *V*2, * et *V*1 ‖ 37 pantheum *PV*1 *ut videtur* ‖ conditum *P* ‖ 40 in *om. P*, *exh. FG* ‖ 41 in suo *FG*] imposuit *P* ‖ 42 exercuit *om. P* ‖ 46 duodecima *V*

tore Mexetius in Sicilia regnum arripuit, sed absque orientalis exercitus voluntate; contra quem Italiae
milites alii per Istriam alii per partes Campaniae alii vero a partibus Africae et Sardiniae venientes in
Siracusas eum vita privarunt multique ex iudicibus eius detruncati Constantinopolim perducti sunt, cum
quibus pariter et falsi imperatoris caput est deportatum. ‖ *haec audiens gens Sarracenorum, quae iam* V, 1
Alexandriam et Aegyptum pervaserat, subito cum multis navibus venientes Siciliam invadunt Siracusas in-
grediuntur multamque stragem faciunt populorum vix paucis evadentibus, qui per munitissima castra et
iuga confugerant montium auferentes quoque praedam nimiam et omne illud, quod Constans Augustus a
Roma abstulerat ornatum in aere et diversis speciebus, sicque Alexandriam reversi sunt. ‖ *porro regis filia,* 11
quam de Benevento obsidis nomine sublatam diximus, Siciliam veniens diem clausit extremum. ‖ *igitur ex-* 30
tincto, ut diximus, apud Siciliam Constante Augusto punitoque, qui ei successerat, Mexetio tyranno Roma-
norum regnum Constantinus Constantis Augusti filius suscepit regendum Romanisque principatus est annis
XVII. Constantii sane temporibus Theodorus archiepiscopus et Adrianus abbas vir aeque doctissimus a Vi-
taliano papa missi in Brittaniam plurimas ecclesias Anglorum doctrinae ecclesiasticae fruge fecundarunt.
e quibus Theodorus archiepiscopus peccantium iudicia, quantis scilicet annis pro unoquoque peccato quis
paenitere debeat, mirabili et discreta consideratione describit. ‖ *dum haec geruntur, haeresis apud Constan-* VI, 1
tinopolim orta est, quae unam in domino nostro Iesu Christo voluntatem et operationem asseverabat. hanc
autem haeresim excitarunt Georgius patriarcha Constantinopolitanus, Macharius, Pyrrus, Paulus et Petrus.
quam ob causam Constantinus Augustus CL episcopos congregari fecit, inter quos etiam fuerunt legati sanctae
Romanae ecclesiae missi ab Agathone papa Iohannes diaconus et Iohannes Portuensis episcopus. qui omnes
eandem haeresim damnaverunt. ea hora tantae aranearum telae in medio populi ceciderunt, ut omnes
mirarentur ac per hoc significatum est, quod sordes haereticae pravitatis depulsae sunt. et Georgius qui-
dem patriarcha correptus est, ceteri vero in sua defensione perseverantes anathematis sunt ultione perculsi.
eo tempore Damianus Ticinensis ecclesiae episcopus sub nomine Mansueti Mediolanensis archiepiscopi hac de
causa satis utilem rectaeque fidei epistolam composuit. quae in praefata synodo non mediocre suffragium tulit.
recta autem et vera fides est, ut in domino nostro Iesu Christo sicut duae sunt naturae hoc est dei et ho-
minis, sic etiam duae tradantur esse voluntates sive operationes; vis audire de deo, quod deitatis est: 'ego
inquit, et pater unum sumus', vis audire, quod humanitatis 'pater maior me est'; cerne secundum huma-
nitatem eum in navi dormientem, cerne eius divinitatem, cum evangelista ait: tunc surgens imperavit
ventis et mari et facta est tranquillitas magna. haec est sexta synodus universalis Constantinopolim ce-
lebrata et Graeco sermone conscripta temporibus papae Agathonis exequente et residente Constantino
principe intra saepta palatii sui. ‖ *dehinc apud Constantinopolim imperator moritur Constantinus et* 11
eius minor filius Iustinianus Romanorum regnum suscepit, cuius per X annos gubernacula tenuit. hic
Africam a Saracenis abstulit et cum eisdem pacem terra marique fecit. hic Sergium pontificem, quia
in errore illius synodi, quam Constantinopolim fecerat, favere et subscribere noluit misso Zacharia pro-
tospatario suo iussit Constantinopolim deportari; sed militia Ravennae vicinarumque partium iussa prin-
cipis nefanda contempnens eundem Zachariam cum contumeliis ab urbe Roma et iniuriis pepulit. ‖ *con-* 12
tra hunc Iustinianum Leo Augustalem dignitatem arripiens eum regno privavit regnumque Romanorum tri-
bus annis regens Iustinianum exulem in Ponto servavit. ‖ *rursumque Tiberius contra hunc Leonem* 1.
insurgens regnum eius invasit eumque toto, quo ipse regnavit tempore, in eadem civitate in custodia te-
nuit. ‖ *hoc tempore synodus Aquileiae facta ob peritam fidei quintum universale concilium suscipere dif-* 11
fidit, donec salutaribus beati papae Sergii monitis instructa et ipsa huic cum ceteris Christi ecclesiis an-
nuere consentit. facta autem est haec synodus Constantinopolim temporibus Vigilii papae sub Iustiniano
principe contra Theodorum et omnes haereticos, qui beatam Mariam solum hominem non deum et hominem
genuisse affirmabant; in qua synodo catholice est institutum, ut beata Maria semper virgo theotocos dice-
retur, quia, sicut catholica fides habet, non hominem solum sed vere deum hominem genuit. ‖ *hoc tempore* 2.

---

1 mezentius *V* (*P*), meretius *P* ‖ arripit *V* ‖ exercitu *V*¹ ‖ 2 histriam *V* ‖ 4 et pariter et *V*¹ ‖ 6 faciunt stragem *B* ‖ 7 nimiam] minimam *B* ‖ illum *V*² ‖ 10 mezetio *P*, mezentio *ex* merentio *V* ‖ 11 augusti *om. B* ‖ 15 descripsit *P*, describit *FG* ‖ 17 georius *B* ‖ constantinopolitanus] constantinus *V*, constant *B* ‖ maccarius *V*, macarius *FG* ‖ 19 agothone *V* ‖ 20 heresem *VP* ‖ 22 dissensione *V*, ssen *m*² *in ras.* ‖ anathemati *V*¹*FG* ‖ gladio *post* anathematis *add. V*² ‖ ultione *om. V* ‖ 23 trioenis *B* ‖ 24 praefato *P* ‖ 25 autem] enim *V* ‖ haec est *P* ‖ 26 credantur *P* ‖ esse *om. V* ‖ deo] eo *P* ‖ 27 unus *V* ‖ 28 eum — dormientem *om. V* ‖ eius] *spatium 3 litt. V* ‖ diuinitate *V* ‖ 29 uniuersali *V*¹ ‖ 30 et sequente *V* ‖ et] ac *P* ‖ 32 gubernaculum *BG* ‖ 34 erroris (errore *FG*) illius synodo [synodi (*P*)] *P* ‖ synodo *B* ‖ 36 cacharaam *B* ‖ contra hunc *V*² *in ras.* ‖ 38 rursusque *BFG* ‖ contra *om. B* ‖ 39 custodiam *VG* ‖ 40 imperitam *F*, imperitiam *P* ‖ 41 et] ex *V* ‖ 43 qui] per *B* ‖ 44 theotochos *BF*, theodocos *V* (*P*) ‖ 45 deum et hominem *P*

apud Gallias in Francorum regnum Anschis Arnulfi filius, qui de nomine Anchisae quondam Troiani cre-
VI, 31 *ditur appellatus, sub nomine maioris domui gerebat principatum.* ‖ *at vero Iustinianus, qui amisso princi-*
patu in Ponto regnum rursus recipiens eos, qui se expulerant, patricios occidit, Leonem quoque et Tiberium,
qui locum eius usurpaverant, cepit et in medio circo coram omni populo iugulari praecepit. Gallicinum
vero patriarcham Constantinopolitanum erutis oculis Romam misit Cyrumque abbatem, qui eum in Ponto
exulem aluerat, episcopum in loco Gallicini constituit. hic Constantinum papam ad se venire iubens hono-
rifice suscepit ac remisit, quem prostratus in terra pro suis peccatis intercedere rogans cuncta eius eccle-
siae privilegia renovavit. qui cum exercitum in Ponto mitteret ad comprehendendum Philippicum, quem
ibi religaverat, multum eum isdem venerabilis papa prohibuit, ne hoc facere deberet, sed tamen inhibere non
32 *potuit.* ‖ *exercitus quoque, qui missus contra Philippicum fuerat, ad partem se Philippici contulit eumque*
imperatorem fecit. qui Constantinopolim contra Iustinianum veniens cum eo ab urbe miliario duodecimo
pugnavit vicit et occidit regnumque eius adeptus est. imperavit autem Iustinianus cum filio Tiberio in hac
secunda vice annos VI, quem Leo in expulsione illius naribus detruncavit; qui post iterum assumpto impe-
rio quotiens defluentem guttam reumatis manu detersit, paene toties aliquem ex his, qui contra eum fuerant,
34 *iugulare praecepit.* ‖ *at vero Philippicus, qui et Bardanis dictus est, postquam in imperiali dignitate confir-*
matus est, Cyrum, de quo dixeramus, de pontificatu eiectum ad gubernandum monasterium suum Pontum
redire praecepit. hic Philippicus Constantino papae litteras pravi docmatis direxit, quas ille cum aposto-
licae sedis concilio respuit et huius rei causa fecit picturas in porticu sancti Petri, quae gesta sex sancta-
rum synodorum universalium retinent; nam et huiusmodi picturas, cum haberentur in urbe regia, Philippicus
iusserat auferri; statuit populus Romanus, ne haeretici imperatoris nomen aut cartam aut figuram solidis
susciperent, unde nec eius effigies in ecclesia introducta est nec nomen ad missarum sollemnia prolatum.
hic cum annum unum et sex mensibus regnum gessisset, contra eum Anastasius, qui et Artemius dictus est,
insurgens eum regno expulit oculisque privavit nec tamen occidit. hic Anastasius litteras Constantino pa-
pae Romam per Scolasticum patricium et exarcum Italiam direxit, quibus se fautorem catholicae fidei et
36 *sancti sexti concilii praedicatorem esse declaravit.* ‖ *hoc tempore Anastasius imperator classem in Alexan-*
driam contra Sarracenos direxit, cuius exercitus ad alium versus concilium ab itinere medio Constantino-
politanam urbem regressus Theodosium orthodoxum inquirens imperatorem elegit atque coactum in solio im-
perii confirmavit. qui Theodosius apud Niceam civitatem Anastasium gravi proelio vicit datoque sibi sacra-
mento eum clericum fieri ac presbyterum fecit ordinari, ipse vero ut regnum accepit, mox in regia urbe
imaginem illam venerandam, in qua sanctae synodus erant depictae et a Philippico fuerant deiectae, pristino
in loco erexit. his diebus ita Tiberis fluvius inundavit, ut alveum suum egressus multa Romanae fecerit
exitia civitati ita, ut in viam latam ad unam et semis staturam excresceret atque a porta sancti Petri us-
Bed. 720 *que ad pontem Molvium aquae se descendentes coniungerent.* ‖ mansit autem diebus septem, donec agen-
41 tibus letanias crebras civibus octavo demum die reversae sunt. ‖ *inter haec defuncto imperatore Theo-*
47 *dosio, qui uno solum modo imperium rexerat anno, eius in loco Leo Augustus subrogatur.* ‖ *hoc etiam*
tempore eadem Sarracenorum gens cum inmenso exercitu veniens Constantinopolim circumdedit ac per
continuum triennium obsedit, donec civibus multa instantia ad deum clamantibus plurimi eorum fame et
frigore bello pestilentiaque perirent ac sic pertaesi obsidionis abscederent. qui inde egressi Vulgarum gen-
tem, quae est super Danubium, bello aggrediuntur et ab hac quoque victi ad suas naves refugiunt; quibus
cum altum peterent, irruente subito tempestate plurimis etiam mersis sive contritis navibus perierunt. intra
49 *Constantinopolim vero trecenta milia hominum pestilentia interierunt.* ‖ *hac tempestate Leo imperator apud*
Constantinopolim sanctorum imagines depositas incendit Romanoque pontifici similia facere, si imperialem
gratiam habere vellet, mandavit; sed pontifex hoc facere contempsit, omnes quoque Ravennae exercitus vel
Venetiarum talibus iussis uno animo restiterunt et nisi eos pontifex prohibuisset, imperatorem super se con-
stituere aggressi. eo tempore Langobardorum rex Liutprandus Ravennam obsedit, Classem invasit atque

1 ansgis *B* ‖ 2 domus *B* (*P*) ‖ 3 *post* ponto *pergit ed. Mur. et P, praeter FG:* exulabat auxilio terebelli bulgarum regis ‖ 4 praecepit] *G*, cepit *F*, fecit *P* ‖ 8 phalippicum B^1 ‖ 9 relegauerat V^2 ‖ 10 qui] per *B* ‖ philippiam B^1 ‖ philippici] philippi V^1 ‖ 13 expulsionem B^1FG ‖ 15 iugulari *P* ‖ im *in* imperiali *sup. lin. B* ‖ 17 dogmatis *V* ‖ 19 synodum *V* ‖ uniuersarum B^1 ‖ 20 chartas *P* ‖ solidi *P*, solidis *F* ‖ 21 susciperet *V* ‖ 22 anastarius *B* ‖ 23 de regno *B* ‖ 24 etrarcum *V*, V^2 *sup. scr.*, al. exarchum ‖ itataliam *B*, et italiam V^1, italiae *P* ‖ 26 aliu^d^ *V*, d *add.* V^2 ‖ consilium *P* ‖ 27 theodoxium *V* ‖ 28 anastaxium *V* ‖ 29 cleri* V^1 ‖ 30 ymagines illas uenerandas in quibus *V* ‖ synodi ** *V* ‖ fuerat *P* ‖ deiecta *BP* ‖ 33 se *om. V* ‖ 34 die *add.* V^2 ‖ 35 solo modo *V* ‖ 36 ac continuo per (*om. FG*) triennium *P* ‖ 38 pestilentia V^1 ‖ si apertesi *B* ‖ 40 tempestate — etiam V^2 *in ras.* ‖ plurimi *P*, plurimis *G* ‖ mersi siue *P*, mersis ibi *FG* ‖ 41 constantinopoli *V* ‖ tricenta *B* ‖ 43 mandauit] intimauit V^1, intinauit V^2 ‖ omnis *BP* ‖ uel *om. B* ‖ 44 iussis] uisis *V*, usis *F*, iusis *G* ‖ 45 sunt (*om. FG*) adgressi *P* ‖ langobardorum *om. P* ‖ liuthprandus *V*

destruxit. tunc Paulus patricius extra Ravennam misit, qui pontificem interimerent; sed Langobardis pro defensione pontificis repugnantibus Spoletanis in Salario ponte et ex aliis partibus Langobardis Tuscis resistentibus consilium Ravennantium dissipatum est. || *rursus cum Ravennam Hildeprandus regis nepos et* VI. 54 *Peredeo Vincentius dux obtinerent, irruentibus subito Veneticis Hildeprandus ab eis captus est, Peredeo viriliter pugnans obcubuit.* || *per idem tempus Leo Augustus ad peiora progressus est ita, ut compelleret omnes* 49 *Constantinopolim habitantes tam vi quam blandimentis, ut deponerent, ubicunque haberent, imagines tam Salvatoris quamque eius sanctae genitricis vel omnium sanctorum easque in medio civitatis incendio concremare fecit. et quia plerique ex populo scelus fieri praepediebant, aliquanti ex eis capite truncati alii parte corporis multati sunt. cuius errori Germanus patriarcha vero consentiens a propria sede depulsus est et eius in loco Anastasius presbyter ordinatus est.*

---

1 extra rauennam] ex rauenna (rauennam *FG*) *P* || 2 solario *BV*[1] || ponte] positis *B* (*P*), poītis *V*[1] || 3 hildebrandus *B et* 4 || 4 uicentinus *P* || 6 *reliqua inde a* habitantes *om. V* || haberentur *P* || 7 concremare *F*, concremari *P* || 8 tale scelus *P* || 9 uero] non *P* || 10 *post* ordinatus est *subscriptum in B:* explicit lib. xvii imperatorum romae vel constantinopolim regnantium. *B*

INDEX NOMINVM.

Numeri sunt paginarum et versuum; additamenta Pauli (p. 8—182) asterisco numeris aut paginae aut versus apposito, Landolfi *litteris inclinatis* notantur.

COLLATIO PAGINARVM HVIVS ET MVRATORIANAE EDITIONVM.

PAVLI INDE A LIBRO XI.

Mur. 81 =	185	3	anno ab urbe condita MCXVIII Valentinianus
82	186	5	Valentinianus Saxones
83	186	28	ut omnis qui
84	187	18	sera peccati
85	188	10	ciamque tanquam
86	189	17	a Theodosio
88	190	12	atque ut voluntariam
89	190	29	praemiserat denique
90	192	11	anno ab urbe
91	193	3	Occidentis tutor
92	195	4	eradunt auferentes
93	196	26	ingenti viro
94	198	21	qui dum
95	199	21	per idem tempus
96	200	9	qui in Sicilia
97	200	32	anno ab urbe
98	204	13	liens solo coaequavit
99	208	13	ctorem exercitum
100	213	6	quas dum ipse
101	217	1	eo tempore Transamundus
102	217	16	Anastasius itaque
103	218	16	at vero in Orientis
104	219	21	anno ab incarnatione
106	221	7	porro dum Agapitus
107	222	6	urbem inpugnant
108	224	19	regnaverat

LANDOLFI SAGACIS.

Mur. 2 =	227	10	filia Priami
3	227	29	centumque
4	228	25	hic in Tarquini
5	229	10	Etrusciae rege
6	230	18	suspenso ad
7	231	36	quamvis non
8	233	12	adversum eos
9	234	6	infringunt
10	235	26	clade actum
11	237	13	secunda inter
12	238	31	busque noctibus
13	240	1	Duilius consul
Mur. 14 =	241	32	mille centum
15	242	39	gnisque copiis
16	244	3	dediderunt
17	245	16	montes inter
18	246	25	idest quosdam ima
19	247	32	nem fluvium
20	248	38	Hannibal utrumque
21	250	4	et colloquium
22	251	17	Lucio Valerio Flacco
23	252	27	bi: ingrata
24	253	10	eodem tempore
25	255	3	multitudo
26	256	20	sed nihil
27	258	1	vos liberaliter
28	259	25	deris notatus
29	261	16	litu calidi
30	262	31	cuius levande
31	264	30	dolo captum
32	266	9	ne. post ubi
33	267	14	veste humilive
34	269	28	cutus occidit
35	271	5	sa cum Syllae
36	272	32	levit exercitum
37	274	8	anno ab urbe
38	275	34	gatus erat
39	277	24	sed Sinopen
40	278	23	hoc est Eufraten
41	279	22	est sed hunc
42	281	2	barbarorum
43	282	23	Scevius imperterritus
44	284	29	vitus aut mors
45	286	30	renas rapto equitatu
46	288	23	percutitur plures
47	289	34	dictator et
48	291	4	saris Smyrnae
49	292	10	Caesar interea
50	294	30	at illa postquam
51	295	30	— populabantur igitur
52	297	15	leges alias
53	298	25	denique delatum
54	299	39	crudelitatis eius
55	301	20	decies centena
56	303	6	qui mox ut
57	304	8	anno ab urbe

Mur. 58 =	306	3	huius inter
59	307	37	status est ne
60	309	9	quadragesimo sexto
61	310	20	hic ob honorem
62	311	36	casio tribuatur itaque si
63	313	22	peri quod in huiuscemodi
64	314	30	et in Quadorum
65	316	8	captus et in
66	317	27	berinus Tractiriusque
67	319	16	confusas turbas
68	320	20	Augusto tricesimus
69	321	16	bella deinde
70	322	11	erat autem
71	322	33	Severo per
72	323	41	tricis compressam
73	325	41	quieto vini avidior quo
74	327	18	dei amicus
75	329	6	lectissimis misso
76	330	38	contempnere non
77	332	31	tate vite atque
78	334	29	cunctos ante se
79	336	38	men paganitate declinare
80	339	3	aequaverat enim
81	340	8	anno ab urbe condita
82	341	39	monstravit idest ΘΕΟΔ
83	343	23	modo duxisse
84	345	15	spiciebat. etiam
85	346	43	Italia relicta Pannoniam
86	348	12	mortuus ergo est consulatu
87	349	31	tanti furoris mens
88	351	33	praesul ecclesiae mandasset
89	353	18	debat nunc avulsis violenter
Mur. 90 =	354	23	igitur VI ID. NOV.
91	356	9	semper divinum vigilare
92	357	8	interea Stilicho patricius
93	357	37	factione autem Ioviniani
94	358	24	dem tempore erant Gothi
95	359	39	nentes etiam possessiones
96	361	15	Attila rex Hunnorum
97	362	24	anno ab urbe
97			adversus Aurelianis — 101 E utrisque partibus innumerae *in hac editione omissa sunt substitutaque haec:* p. 362, 35 erat autem Marcianus — 364, 41 multae ac hominum (*cf. Papencordt p. 408 ss.*), *quae uncis inclusa extant apud Eyssenhardt per p. 336—351.*
101 (E, 6)	364	41	strages et rapinae patratae sunt.
102	365	43	ut fugeret Anastasius
103	367	23	ille cum iuramentis se imperatori
104	369	2	anno ab incarnatione
105	370	15	misit Procopium
106	372	17	diris et in castellum
107	373	41	Belisarius vero sedule
108	374	23	regnarent interfecit

Landolfi additamenta ex Historiae Romanae libris extremis p. 375. 376 huius editionis adiecta leguntur apud Muratorium: p. 111 C (hic Iustinus), 112 B (erat autem Tiberius), 163 C (porro eodem tempore Adelgisus).

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Errorum, quos satis multos relictos esse piget, lectionem emendatam hic apponimus et adiicienda addimus, ut antequam adhibeatur editio, suppleantur et corrigantur.

6 var. lect. versus 3: e] a H || — 14 P. 1: regnum N^1Z^1 — 17 Cap. 9: πρώτους — 19, 15: φωνὴ ἢ Cap. 1: μέταιτός τε καὶ χρημάτων 3: Βρούτῳ ἐπειδὴ καὶ 7: καθ' Ἑλλάδα 13: δικτάτωρ Λάρκιος — 20 P. 1 i. m.: Hier. 1569 — 21 Cap. 1: ὅτε δὲ (om. Ioh.) ἀφίκοντο — 26 var. lect. v. 5: || iuvenis lucius mallius FGPD — 28 P. 11: Alexandri Magni P. 14: (sedicinis HV, sedecinis L P. 24: || Lucius (et Lucius N^2Z) — 30 P. 15: senatu pax cum P. 17: (transvehi NZL) — 32, 10: Laevinus. qui cum v. l. v. 1: || samanitibus L, sananitibus O || v. l. v. 10: || quae cum Romanis v. l. v. 18: || britiis G, brittiisque D, brittiniisque P, bricciis L, bricens O || — 34, 6: obtineret. pax. — 38 in fontibus c. XX 1: (C. Cornelius) — 40, 1: va- v. l. v. 15: omni (om. V) romanu — 42 v. l. v. 10 et 56 v. l. v. 11: Phil. Anz. IV, 251 — 43, 28: Ῥώμην, δοθέντος Cap. 5: Καρχηδονίων ἀφικόμενος — 48 v. l. v. 8: || albinus] sabinus Paean. || v. l. v. 17: vitrodomarum PD || — 49, 11: Ἰλλυριοὺς Ῥωμαίοις P. 3: sic legendus: Vitrodomarum nomine (om. N) occidit atque ubi — 50 P. 4: ut (ua NZ) — 54, 12: occiduntur xxv milia. mittuntur v. l. v. 12 delenda verba: || xxxv milia] Orosius xxv milia GLOPD || — 59 P. im. 1: (Front. 2, 11, 5) — 60 P. 1 i. m. leg.: Iord. Rom. 232 P. 1: Salinatore || apud Metaurum || fluvium in insidias — 63 Cap. 3: ὑποχωρεῖν (ἀποχωρεῖν s. v. Ἀνν., Cap. 4: ἔχοι (ἔχει s. v. Ἀνν.) — 64, 8 regem quingentesimo v. l. v. 15: || gloriam O || ante duxit etqs. — 66 v. l. v. 11: petit codd. praeter exc. Petrop. || — 71, 13: Ἰλλυριῶν θρίαμβος — 74 v. l. v. 16: || pro altero quintus G legit: qum || — 76 v. l. v. 2: || quinto add. ante caepione LO || — 78 v. l. v. 10: || interfectus est G, est interfectus LO || — 80 v. l. v. 11: || lucio] quinto Paean., licinio PD om. caecilio — 84 v. l. v. 11: || teutomodum FGP, teudomodum D, theudomodum S || — 85 P. 1: se suosque — 88 v. l. v. 8 del.: (Paean.) v. l. v. 10: || et ante amicum om. LO || — 90 v. l. v. 15: cccc] del.: PD — 91 P. 4: dehinc Marcum (Marco (Marc* N) P) Marium 5: exectis — 93 P. 1: illuc (illic L Scipio — 94 v. l. v. 12 del.: Paean. — 100 v. l. v. 11 post orodentem LO perg.: prodenter DH, brodenter Z, prudenter V, prudentem N || v. l. v. 14: , polemeni HZ^2 v. l. v. 20 post: expugnavit P || add. , XIII aut XIIII P — 102, 14: Britannicum — 103 P. 1: Caesar rursus — 104, 2: Britanniis 12: victus ad postremum v. l. v. 9: || sescentesimo G^1 || — 108 P. 6: monuitque ut magis amicitiam L) — 114 v. l. v. 16: || phylippis LO, philippum DV, philippim H^2 || — 116, 19: praepositusque v. l. v. 5: || bentilius P — 118 v. l. v. 3: || annis codd praeter exc. v. l. v. 6: || sepultus est FD || — 119 P. i. m. 2 del.: Oros. 441 — 120 v. l. v. 1 verba: || ante DNZ | ponenda ante: 1 reddiderunt om. LO — 122 v. l. v. 17: gaium] iulium LO || P. 7: successit Tiberio Gaius — 126 v. l. v. 3: || alexandrinea LOD, alexandrinae P praet. N || — 128 v. l. v. 10 del.: || duo viginti Paean. || v. l. v. 16: || in tiberim] interim L || — 130 v. l. v. 16: per, post VNZ || v. l. v. 18: || nonum (ante et)] novem V, VIII NZ || in auctorum notis verba: aliena videntur — 9 poenam, adscribenda XVIIII, 2 — 134 v. l. v. 19: || bispellones FG, bispiliones LOD || — 136, 12: factus est v. l. v. 19: || bosporanarum G, bosporanorum F, bosforanorum LODV || — 138 v. l. v. 27: || cognatum O, conantem PD || — 140 v. l. v. 4: || pessidem G^1, perssidem G^2, persidem L || v. l. v. 12: sed v. 11 marcum ponit — 142 v. l. v. 11: ingentia pararuit O || — 144 v. l. v. 16: at cf. p. 142, 12 146, 20: in palatio — 148 v. l. v. 1: azabenicus L Land., aiabenicus PD, aiabinicus O, om. FG || — 152 v. l. v. 7: post sunt pergit G: inter divos referri, senior etqs. — 154 v. l. v. 14: lolliano FGP (polliano D) cf. etqs. — 156 v. l. v. 20: marito] mari G, marito (maritum HV) qui PD || — 158 v. l. post parte par G^1 || add. 11 urbem — cinxit om. P || ante Vopisci locum leg.: xv — 160 v. l. v. 9: colendas $LODN^2Z$ || v. l. v. 21: putore, faetore LO || — 163, 25: καὶ Γεντιανοὶ — 166, 20: tum Salonas v. l. v. 3: morante LO, morant G || v. l. v. 20: salonam FGP, etqs. — 170 v. l. v. 1: brittani D^1VHZ, brittanis D^2 || v. l. v. 8 ante: || tumulto G || inser. || 8 excitato P || — 176 v. l. v. 18 singaram GVN, etqs. — 178 v. l. v. 1: || artium ante expertem add. Paris. Lincoln. (S?, Schonh. e Land. ||

v. l. v. 23 *del.*: argentariam *Hier.* — 187, 14: eosque conturbatos 22: *metu huc illucque fugitarent* *v. l. v.* 13: ‖ diu inaccessis seclusa (seclausa *NZ*)] *etqs.* *v. l. v.* 19: ‖ revocari *NZL* ‖ — 188, 7 *add. i. m.*: (Prosp. 381) 17: rem publicam — 191, 17: *emolliebantur* interdum *severa* *v. l. v.* 30: mediolanum *NZ* ‖ — 192 *in verbis Iord.*: defuncta . . Placidiam — 194, 1: Stilico — 195 *v. l. numerus* 29 *ponendus ante*: quibus] qui *HV* ‖ — 196 *v. l. v.* 4: introgressus *NZML* ‖ — 197, 17: trans maria 33: *post alteram in auctoribus cap. V del. verba*: *Prosp.* 412 Maximo — concessa — 198, 8: *suae* Placidiae *filium* X. *in Tironis verbis*: Romanis cladem *v. l. v.* 10: bello reposcit] bellare poscit *L*, bellare possit *M*[1] ‖ — 199, 16: *Geisericus apud Africam intra* 26: *postmodum vero suis* — 200, 13: premerentur *v. l. v.* 15: *alterum* hostes] hos *L* ‖ — 201 *v. l. v.* 7: pannoniam *LM*[1], scithiam *NZM*[2] ‖ *v. l. v.* 14: turgilingis *H*, turgilinguis *V*, turgilinges *B* ‖ — 202, 5: mos est *v. l. v.* 9: daeminica *H*[1], daemonica *H*[2]*L* ‖ *v. l. v.* 19: inmodico *NZ*, non modicus *M* ‖ — 203 *v. l. v.* 12: et *om. LNZ*, *del. M*[2] ‖ — 205 *in auctoribus cap. XIIII*: Germanus ipse *et add. Tiro* 752: Germanus episcopus Antisiodori virtutibus et vitae districtione claruit. — 206, 8: Boethium *in auctoribus cap. XV*: *Prosp.* 454 *v. l. v.* 1: eundem — sonuit *om. NZ*[1], *add.* — 207 *auctoribus add*: XVIIII *Prosp. Aug.* 455: Geisericus Romam ingressus praeda facta Carthaginem revertitur et post aliquot dies levatus in imperium Avitus. *Isid.* 455: (Marciani anno VI) Theodericus rex Gothorum cum ingenti exercitu Hispaniam ingreditur. — 211 *v. l. v.* 21: uualamere *L*, uuamirem *M* ‖ — 214 *v. l. v.* 8: belli sese] *etqs.* *v. l. numerus*: 14 *ponendus ante*: fugientes *NZ*[1] ‖ *v. l. v.* 22: gundubaldus *B*, gundubadus *ML* ‖ — 216 *in verbis Anon. Valesiani*: eodem tempore contentio *v. l. v.* 4: autharico *H*, eucharico *L* ‖ — 218, 13: regredi fecit eisque *deleta adnot. v. l. v.* 13: ‖ regredi fecit *B* ‖ — 219 *auctoribus cap. VIIII add.*: Beda 529: quo anno . . et Symmachum patricium occiderat (Theodericus) *auctoribus cap. X*: *Greg. dial. IV, 31* *v. l. v.* 8: generi *add. ante* tutorem *v. l. v.* 17: athalarico *HVL*, *deletis* alarico *L* — 221 *v. l. v.* 5: ipsorum *NZM* ‖ *v. l. v.* 18: postremo non] postremo *NZL*[1] ‖ — 223 *v. l. v.* 9: uuintharith *L* ‖ — 224 *v. l. v.* 1: transpadini *L add. ante*: transpadum *V* — 237 *v. l. v.* 40: stuppa *m*[1] *in ras.* — 242 *v. l. v.* 34: collega — 35 nau *m*[1] *in ras.* — 251, 1: *Nabidis* ‖ filium ‖ — 252, 21: diebus Hannibal *victo* a Romanis *Antiocho* apud — 254 *v. l. v.* 27: quo reverso — 266, 40: ceciderunt, Claodicus — 279, 6: nono *Marco Tullio Cicerone oratore* — 289, 1: astu tum *v. l. v.* 1: astu tum *sup. scr. m*[2], astu *Or.* ‖ — 298, 21 *sic leg.*: Hier. 2029 *P.* 15 *poenas daret.* ‖ sepultus Romae in campo Martio. ‖ *igitur mortuum delenda adnot. v. l. v.* 21 — 301, 36: ‖ *Brittanicum* in palatio ‖ — 302 *v. l.*: 36 *add. ante*: altero *Paul.* ‖ — 312, 38: *Campania* ‖ apud Baias ‖ *imperii*, *in margine add.*: Anast. 13, *delenda verba adn.*: (e vita Hadriani 25?) — 321, 43 *versus delendus* — 322, 27 *in marg. add.*: Hier. 2312 — 339, 25: *Sapore* rege Persarum *necessariam* *v. l. add.* ‖ 8 nimis *om. epit.* ‖ — 344, 15 *et* 17 *delendae lineae duplices* ‖ *itemque adnot. v. l. v.* 15 — 355, 12 *i. m.*: (Aug. de exc. urbis 7) 357, 8 *sic leg.*: **195** 12 *interea* Stilicho ‖ patricius ‖ *Wandalorum*, *deleta Orosii mentione* — 361, 18: Heracliam — 364 *add. post v.* 21: **215**, 17 *centum viginti* VI *milia modiorum concessit* (Theodericus Romanis) *v. l. v.* 8: magister totius Orientis *ex Anast.* 73 ‖ — 374, 12: meruit ‖ ‘multa 12 *i. m.*: Greg. dial. 2, 15 14: morieris.’ ‖ deinde — 375, 1: libris XVIII—XXVI. — adiiciendi numeri Valeriani deperditis Nepotiani his: 228, 13 Nep. (7, 4, 1) 35 Nep. (6, 1, 1) — 229, 11 Nep (6, 3, 1) 38 Nep. (5, 4, 1) 39 Nep. (5, 2, 1) — 230, 3 Nep. (5, 5, 2) — 231, 8 Nep.? (cf. 6, 1, 2) — 232, 9 Nep.? (cf. 7, 4, 3) 32 Nep.? (cf. 5, 6, 2) 35 Nep. (5, 6, 2) — 237, 8 Nep. (5, 1, ext. 3). — praef. p. XIV codices Petropolitanus Dubrowski bibliothecae imperialis — p. XX codices Lincolniensis (C numero signatus).

Typis expresserunt Breitkopf et Haertel Lipsienses.